De manu alienigene nō offeretis panes d̄o
vr̄o. ⁊ quicqđ aliud dare voluerīt: q; cor
rupta ⁊ maculata sūt oīa. nō suscipietis
ea. Locutusq; ē dñs ad Moysē dicēs. Bos
ouis ⁊ capra: cū genita fuerīt: septē diebꝫ
erūt sub vbere matris sue. die aūt octauo
⁊ deinceps offerre potērūt dño. Sive ille
bos sive ouis nō īmolabūt vna die cū ve
tib⁹ suis. Si īmolaueritis hostiā ꝑ grāz̄ū
actōne dño vt possit esse placabil̄. eodē die
comedetis eā. Nō remanebit q̄cq̄ ī mane
alter⁹ diei. Ego dñs. Custodite mandata
mea: ⁊ facite ea. Ego dom⁹. Ne polluatis
ea nomē meū sanctū: vt sāctificer in me
dio filioꝝ isrl̄. Ego dñs q̄ sanctifico vos:
et eduxi de terra egipti. vt essem vobis in
deum. Ego dñs. Ca. XXIII.

Locutusq; ē dom⁹ ad
Moysē dicēs. Loqre filijs isrl̄: ⁊ di
ces ad eos. he sūt ferie dñi: q̄s vo
cabitis sāctas. Sex diebꝫ facietis op⁹: di
es septim⁹ q; sabbati requies ē: vocabit̄ san
ctus. Omē op⁹ nō facietis ī eo. Sabbatuz
dñi ē in cūctis habitatōnib⁹ vr̄is. he sunt
ergo ferie dñi sancte: q̄s celebrare debetis
tp̄ib⁹ suis. Mense primo quartadecīa die
mensis ad vesperū phase dñi ē. ⁊ quintade
cima die mensis hui⁹ solennitas azimorū
dñi ē. Septē diebus azima comedetis di
es prim⁹ erit vobis celeberrim⁹ sāctusq;.
Oē opus seruile nō facietis ī eo: sz offere
tis sacrifitiū ī igne dño. septē diebꝫ. Dies
aūt septim⁹ erit celebrioz et sanctioz. nul
lūq; seruile op⁹ facietis in eo. Locutusq; ē
dñs ad Moysen dicens. Loqre filijs isrl̄: ⁊
dices ad eos. Cū ingressi fueritis terram
quam ego dabo vobis ⁊ messueritis sege
tez: feretis manipulos spicarū primitias
messis vr̄e ad sacerdotē. Qui eleuabit fas
ciculū coram dño. vt acceptabile sit ꝑ vo
bis altera die sabbati. ⁊ sanctificabit illū
Atq; in eodem die quo manipulus cōse
crab̄: cedet̄ agnus īmaculatus anniculus
in olocaustū domini: et libamēta offerē
tur cū eo due decime simile cōsperse oleo ī
incensū dñi odorēq; suauissimū. liba quo
q; vini: quarta ps hin. Panem ⁊ polentā
⁊ pultes nō comedetis ex segete: vsq; ad di
em qua offeratis ex ea deo vr̄o. Preceptū
ē sempiternū ī generatōib⁹: cūctisq; habi
taculis vr̄is. Numerabitis ꝙ ab altera die
sabbati ī q̄ obtulistis manipulū p̄mitiaꝝ
septez ebdomadas plenas vsq; ad alteram
diē expletōnis ebdomade septime. id ē quī
quaginta dies: et sic offeretis sacrifitiuz
nouū domino ex omīb⁹ habitaculis vr̄is.
panes primitiarū duos de duab⁹ decimis
sil̄e fermentate: q̄s coquetis in primitias
dñi. Offeretisq; cū panib⁹ septē agnos im
maculatos anniculos: ⁊ vitulū de armen
to vnū. ⁊ arietes duos. et erūt ī olocaustū
cum libamentis suis: in odorem suauissi
mū domino. Facietis ⁊ hircum ꝑ peccato

duosq; agnos anniculos hostias pacifico
rũ. Cũq; eleuauerit eos sacerdos cũ pani
bus p̃mitiaꝝ corã dño. cedent ĩ visũ eius.
Et vocabitis hũc diẽ celeberrimũ atq; sã
ctissimũ. Om̃e opus seruile nõ facietis in
eo. Legittimũ sempiternũ erit in cunctis
habitacul' ⁊ generatõnibꝫ vr̃is. Postq̃ at̃
messueritis segetẽ terre vr̃e non secabitis
eã vsq; ad soluz: nec remanẽtes spicas col
ligetis: sz pauꝑibus ⁊ ꝑegrinis dimittetis
eas. Ego sũ dñs deus vr̃. Locutusq; ẽ dñs
ad Moÿsen dicẽs. Loq̃re filijs isrl' mẽse se-
ptimo p̃ma die mẽsis erit vobis sabbatuz
memoriale clangentibꝫ tubis: et vocabit̃
sanctũ. Om̃e opus seruile nõ facietis ĩ eo
⁊ offeretis olocaustũ dño. Locutusq; ẽ do
min⁹ ad moÿsẽ dicẽs. Decĩo die mẽsis h⁹
septimi dies expiatõnuz: erit celeberrim⁹
⁊ vocabit̃ sanctus: affligetisq; aĩas vr̃as
in eo. ⁊ offeretis olocaustũ dño. Om̃e op⁹
seruile nõ facietis in tp̃e diei hui⁹: q̃ dies
ꝓpiciatõnis ẽ: vt ꝓpicieť vobis dñs de⁹ vr̃.
Om̃is anima q̃ afflicta nõ fuerit die hac.
ꝑibit de ꝓpl'is suis. ⁊ que opis quiꝓpiam fe
cerit: delebo eã de ꝓpl'o suo. nihil g̃ opis fa
cietis in eo. Legittimũ sempiternum erit
vobis in cunctis generatõnibꝫ ⁊ habitatõ
nibus vr̃is. Sabbatuz requietõnis est: et
affligetis aĩas vr̃as. Die nono mẽsis se-
ptimi a vespero vsq; ad vesperũ celebrabi
tis sabbata vr̃a. Et locut⁹ ẽ dñs ad moÿ-
sen dicẽs. Loq̃re filijs isrl'. A quĩtodecimo
die mẽsis hui⁹ septimi erũt ferie taberna
culoꝝ septẽ diebꝫ dño. Dies prim⁹ vocabi
tur celeberrim⁹ atq; sanctissim⁹. Oẽ opus
seruile nõ facietis ĩ eo. ⁊ septẽ diebꝫ offere
tis olocausta dño. Dies q̃ꝫ octau⁹ erit ce-
leberrim⁹ atq; sanctissim⁹. ⁊ offeretis olo
caustum dño. Est em̃ cetus atq; collecte.
Omne op⁹ seruile nõ facietis ĩ eo. He sunt
ferie dñi quas vocabitis celeberrimas at
q; sanctissimas offeretisq; in eis oblatões
dño. olocausta et libamenta iuxta ritum
vniuscuiusq; diei: exceptis sabbatis domĩ
donisq; vr̃is. et que offertis ex voto vel q̃
sponte tribuitis dño. A quindecimo ergo
die mensis septimi qñ ꝯgregaueritis oẽs
fructus terre vr̃e celebrabitis ferias dñi
septem diebꝫ. Die primo ⁊ die octauo erit
sabbatuz. i. requies. Sumetisq; vobis die
primo fructus arboris pulcerrime spatu
lasq; palmarum ⁊ ramos ligni densarum
frondiũ. ⁊ salices de torrente: ⁊ letabimini
corã dño deo vr̃o. celebrabitisq; solennita
tem eius septem diebꝫ ꝑ annum. legitti-
mum sempiternuz erit in generatõnibus
vestris. Mense septimo festa celebrabitis
et habitabitis in vmbraculis septem die-
bus. omnis qui de genere est israhel ma-
nebit in tabernaculis: vt discant posteri
vestri q̃ ĩ tabernaculis habitare fecerim
filios israhel cum educerem eos de terra
egipti. Ego dominus deus vester. locutus
q; ẽ Moÿses sup solẽnitatibꝫ domĩ ad fili-
os israhel. Capitulum. XXIIII.

Et locut⁹ est domin⁹ ad
Moÿsẽ dicẽs. Precipe filijs israel
vt afferãt tibi oleũ de oliuis puris
simũ ac lucidũ ad ꝯcinandas lucernas iu
giter extra velũ testĩonij: in tabernaculo
federis. Ponetq; eas aarõ a vespe vsq; in
mane corã dño: cultu rituq; perpetuo in
generatõnibꝫ vr̃is. Sup candelabrũ mũ-
dissimũ ponent̃ semp in ꝯspectu dñi. Ac-
cipies quoq; similã. ⁊ coques ex ea duode
cim panes: q̃ singuli habebũt duas deci-
mas. Quoꝝ senos altrinsecus sup mensaz
purissimaz corã dño statues. ⁊ pones sup
eos thus lucidissimũ: vt sit panis in moni
mentum oblatõnis dño. Per singula sab
bata mutabunt̃ coram dño. suscepti a fi-
lijs israhel federe sempiterno: erũtq; aarõ
⁊ filioꝝ ei⁹. vt comedãt eos ĩ loco sc̃to: q̃
sanctũ sc̃toꝝ ẽ de sacrifitijs dñi iure ꝑpe-
tuo. Ecce aũt egressus filius mulieris is-
rahelitidis quẽ peꝑat de viro egiptio ĩter
filios israhel: iurgatus ẽ in castris cũ vi-
ro israelite. Cũq; blasphemasset nomẽ do
mĩ. ⁊ maledixisset ei: adduct⁹ ẽ ad moÿsen
Vocabat̃ aũt mater ei⁹ salumith filia da-
bri de tribu dan. Miserũtq; eum in carce-
rez: donec nossent q̃d iuberet dñs. Qui lo
cutus ẽ ad Moÿsen: dicẽs. Educ blasphe-
mũ extra castra. ⁊ ponant oẽs q̃ audierũt
man⁹ suas sup caput ei⁹. ⁊ lapidet eũ ꝓpl's
vniuersus. ⁊ ad filios israel loq̃ris. homo
q̃ maledixerit deo suo portabit peccatum
suũ. ⁊ q̃ blasphemauerit nomẽ dñi: morte
moriatur. lapidibus oꝓprimet euz omnis
ml'titudo ꝓpl'i. Siue ille ciuis seu ꝑegrin⁹
fuerit. q̃ blasphemauerit nomẽ dñi: mor-
te moriat̃. Qui ꝑcusserit ⁊ occiderit hoĩez

morte moriat̃. Qui ꝑcusserit aĩal reddat vicariũ. i. aĩaz ꝑ aĩa. Qui irrigauerit maculã cuilibz ciuiũ suoꝝ: sic̃ fecit. sic fiet ei Fracturã ꝑ fractura. oclm ꝑ oclo. dentẽ ꝑ dente restituet. q̃lem ĩflixerit maculã talẽ sustinẽ coget̃. Qui ꝑcusserit iumẽtũ reddat aliđ. Qui ꝑcusserit hoĩez puĩet̃. Equũ iuditiũ sit ĩter vos. siue ꝑegrin⁹ siue ciuis peccauerit. qꝛ ego sum dñs deus vr̃. Locutusqꝫ ẽ Moÿses ad filios isrl̃. ⁊ eduxerũt eũ q̃ blasphemauerat extra castra. ac lapidibus oꝓpresserũt. Feceruntqꝫ filij isrl̃ sicut p̃ceperat dñs Moÿsi. Ca. XXV.

Locutusqꝫ ẽ domin⁹ ad Moÿsen ĩ monte sÿnai dicẽs. Loquere filijs isrl̃ ⁊ dices ad eos. Qñ ingressi fueritis terrã quaz ego dabo vobis: sabbatizate sabbatũ dño. Sex annis seres agrũ tuũ. ⁊ sex annis putabis vineã tuã: colligesqꝫ fructus ei⁹. Septimo aũt anno sabbatũ erit terre requietõnis dñi. Agrũ nõ seres ⁊ vineã non putabis. Que sponte gignet hum⁹ nõ metes. ⁊ vuas primitiaꝝ tuaꝝ nõ colliges quasi vindemiã Annus em̃ req̃etionis terre ẽ. Sz erunt vobis ĩ cibũ. tibi ⁊ ꝟuo tuo. ancille ⁊ mercẽnario tuo ⁊ aduene q̃ ꝑegrinãt̃ apđ te. Iumẽtis tuis ⁊ pecoribꝫ omĩa q̃ nascunt̃ p̃bebunt cibum. Numerabis q̃ꝫ tibi septez ebdomadas annorũ. i. septies septẽ. que simul faciũt quadragintanouez: ⁊ clanges bucina mense septimo decima die mẽsis ꝓpiciatõnis tꝑe in vniuersa terra vr̃a. Sãctificabisqꝫ annũ quinquagesimuz: et vocabis remissionẽ cunctis habitatoribꝫ terre tue. Ipse est em̃ iubileus. Reuertet̃ hõ ad possessionẽ suam: et vnusquisqꝫ rediet ad familiã pristinã: qꝛ iubileus ẽ. ⁊ quinquagesimus ann⁹. Nõ seretis atqꝫ metetis sponte ĩ agro nascentia. ⁊ p̃mitias vindemie nõ colligetis ob sãctificatõez iubilei. sz statim ablata comedetis. Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. Qñ vendes quiꝓpiam ciui tuo. vel emes ab eo ne contristes fratrẽ tuũ. sed iuxta numerũ annoꝝ iubilei emes ab eo. ⁊ iuxta supputatõez frugũ vẽdet tibi. Quãto pl⁹ ãni remanserint p⁹ iubileum. tanto crescet et pretiũ: quantomin⁹ tꝑis numeraueris tãtomĩoris ⁊ emptio ꝯstabit. Tp̃s em̃ frugũ vẽdet tibi. Nolite affligere ꝯtribules vr̃os sz timeat vnusq̃sqꝫ deũ suũ: qꝛ ego domĩ⁹ deus vr̃. Facite p̃cepta mea. ⁊ iuditia custodite ⁊ ĩplete ea. vt hĩtare possitis ĩ terra absqꝫ vllo pauore. et gignat vob̃ hum⁹ fructus suos quibꝫ vescimini vsqꝫ ad saturitatez. nulli⁹ impetũ formidãtes. Qꝛ si dixeritis quid comedem⁹ anno septĩo: si nõ seuerim⁹ neqꝫ colligerim⁹ fruges nr̃as: dabo bñdictõem meã vobis ãno sexto. ⁊ faciet fructus triũ annoꝝ. seretisqꝫ anno octauo ⁊ comedetis veteres fruges vsqꝫ ad nonũ annũ. Donec noua nascant̃ edetis vetera. Terra q̃ꝫ nõ vendet̃ imꝑpetuũ: qꝛ mea est. ⁊ vos aduene ⁊ coloni mei estis. Vñ cũcta regio possessiõis vr̃e sub redemptõnis ꝯditõne vendet̃. Si attenuat⁹ frater tuus vẽdiderit possessiunculã suam: ⁊ voluerit ꝓpinquus ei⁹ potest redimere qđ ille vendiderat. Sinautem non habuerit ꝓximũ. ⁊ ipse pretiũ ad redimendũ potuerit inuenire. computabũt̃ fructus ex eo tꝑe quo vẽdidit. ⁊ qđ reliquũ ẽ reddat emptori. sicqꝫ recipiet possessionẽ suã. Qđ si nõ inuenerit man⁹ eius vt reddat p̃tium habebit emptor qđ emerat vsqꝫ ad annuz iubileũ. In ip̃o em̃ oĩs venditio redit ad dñm. ⁊ ad possessorẽ pristinũ. Qui vẽdiderit domũ ĩtra vrbis muros: habebit lnĩaz redimendi donec vnus impleat̃ ann⁹. Si nõ redemerit et anni circulus fuerit euolut⁹. emptor possidebit eã. ⁊ posteri ei⁹ imperpetuũ. ⁊ redemi nõ poterit. etiã ĩ iubileo. Sinautẽ in villa fuerit dom⁹ que muros nõ hz: agroꝝ iure vendet̃. Si añ redẽpta nõ fuerit. in iubileo reuertet̃ ad dominũ. Edes leuitaꝝ (qm̃ ĩ vrbibꝫ sũt) semper possent redemi. Si redempte nõ fuerĩt in iubileo reuertent̃ ad dños: qꝛ dom⁹ vrbiũ leuitaꝝ ꝑ possessionibꝫ sũt inter filios isrl̃. Suburbana aũt eoꝝ non venient: qꝛ possessio sẽpiterna ẽ. Si attenuat⁹ fuerit frater tu⁹ ⁊ infirm⁹ manu. ⁊ suscepis eum q̃si aduenã ⁊ ꝑegrinũ ⁊ vixerit tecũ. ne accipias vsuras ab eo: nec ampli⁹ q̃ꝫ dedisti. Time deũ tuũ. vt viuere possit frater tu⁹ apud te. Pecuniã tuã nõ dabis ei ad vsuram. et frugum superhabundantiam nõ exiges. Ego domin⁹ deus vester qui eduxi vos de terra egigti: vt darem vobis terrã chanaan. ⁊ essez vester deus. Si pauꝑtate compulsus vendiderit se tibi frater tu⁹

nō eū oppꝛimes seruitutē famulorū: sꝫ q̄si
mercēnari⁹ q colon⁹ erit. Vsq; ad annum
iubileū opabit apud te. q postea egredietꝫ
cū liberis suis. et reuertetꝫ ad cognatōem
q ad possessionē pr̄m suoꝝ. Mei em̄ serui
sūt: q ego eduxi eos de terra egipti. Nō ve
nient conditōne seruoꝝ. Ne affligas eū p
potentiam: sꝫ metuito deū tuum. Seru⁹
q ancilla sint vobis de natōnib⁹ q̄ i circui-
tu vr̄o sūt: q de aduenis q̄ pegrinantꝫ apd
vos. vel qui ex his nati fuerīt i terra vr̄a
Hos habebitis famulos. q hereditario iu-
re trās̄mittetis ad posteros. ac possidebi-
tis ineternum. fratres aūt vr̄os filios is-
rahel ne opprimatis p potentiā. Si inua
luerit apud vos man⁹ aduene atq; pegri-
ni. q attenuat⁹ frater tu⁹ vendiderit se ei,
aut cuiq; de stirpe ei⁹: p⁹ venditōem p̄t re-
dimi. Qui voluerit ex frib⁹ suis redimet
eū. q patru⁹ q patruelis q ꝯsanguineus q
affinis. Sinautez q ipe potuerit: redimet
se. supputatis dūtaxat annis a tpe vēditō-
nis sue usq; in annū iubileum. q pecunia
qua venditus fuerat iuxta annoꝝ nume
rum. et ratōne mercēnarij supputata. Si
plures fuerint anni qui remanēt usq; ad
iubileū. s̄m hos reddet q pretiuz. si pauci
ponet ratōem cū eo iuxta annoꝝ numeꝝ
q reddet emptori qd̄ reliquū est. annoꝝ q̄
bus añ seruiuit mercedib⁹ imputatis. Nō
affliget eū violenter in ꝯspectu tuo. Qꝛsi
p hec redimi non potuerit: anno iubileo
egredietꝫ cū liberis suis. mei em̄ sūt serui
filij isrl̄: q̄s eduxi ꝺ terra egipti. Ego dn̄s
deus vester. Ca. XXVI:

On facietis vobis ydo

lū q sculptile: nec titulos erigetis
nec insignē lapidē ponetis i terra
vr̄a vt adoretis eū. Ego em̄ sū dn̄s de⁹ vr̄.
Custodite sabbata mea et pauete ad san-
ctuariū meū. Ego dominus. Si in p̄ce-
ptis meis ābulaueritis q mādata mea cu
stodieritis q feceritis ea: dabo vobis plu
uias tpibus suis. Et terra gignet germē
suū. q pomis arboꝛes replebunt. Apprehē
det messiū tritura vindemiam. q vindemia
occupabit sementē: q comedetis panē ve-
strū in saturitate. et absq; pauoꝛe habita-
bitis i terra vr̄a. Dabo pacē in finib⁹ ve-
stris: dormietis. q nō erit q̄ exterreat. Au
feram malas bestias: et gladi⁹ nō trāsibit
terminos vr̄os. Persequmini inimicos ve-
stros. q corꝛuent corā vobis. Persequant
quinq; de vr̄is: centū alienos q centum de
vobis decē milia. Cadent inimici vr̄i gla-
dio in cōspectu vr̄o. Respitiaz vos q cre-
scere faciā: multiplicabimi q firmabo pa
ctum meū vobiscū. Comedetis vetustissi-
ma veterū. et vetera nouis supueniētib⁹
p̄ꝛcietis. Ponā tabernaculū meū in me-
dio vr̄i. q nō abiiciet vos aīa mea. Ambu
labo inē vos. q ero vester de⁹. vosq; eritis
p̄ꝛs me⁹. Ego dn̄s deus vr̄. q eduxi vos de
terra egiptioꝝ ne seruiretis eis q q̄ cōfre-
gi cathenas ceruicū vr̄arū vt incederetis
erecti. Qꝛsi nō audieritis me nec feceritis
oīa mādata mea: sꝫ spreueritis leges me-
as: q iudicia mea cōtempseritis vt nō fa-
ciatis ea q̄ a me ꝯstituta sunt. q ad irritū
p̄ducatis pactū meū: ego q̄q; hec faciā vo-
bis. Visitabo vos velocit̄r in egestate et
ardoꝛe: q̄ ꝯficiat oc̄los vr̄os q ꝯsumat ani
mas vr̄as. Frustra seretis sementez: q̄ ab
hostib⁹ deuorabit̄. Ponam faciem meam
contra vos: q corꝛuetis corā hostib⁹ vr̄is
q subiiciemini his q̄ oderūt vos. Fugietis
nemine p̄sequēte. Sinautē nec sic obedie-
ritis mihi: addā correptōnes vr̄as septu-
plum p̄pter pc̄a vr̄a: et cōterā supbiā du-
ritie vr̄e. Daboq; vobis celuz desup sicut
ferrū. et terrā eneā. Consumet in cassum
laboꝛ vr̄. nō p̄feret terra germē nec arbo
res poma p̄bebunt. Si ambulaueritis ex
aduerso mihi. nec volueritis audire me:
addā plagas vr̄as usq; in septuplu z p̄pter
pc̄a vr̄a. Emittāq; in vos bestias agri q̄
ꝯsumāt vos q pecora vr̄a q ad paucitatē
cūcta redigant: deserteq; fient vie vestre.
Qꝛsi nec sic volueritis recipe disciplinam
sꝫ ambulaueritis ex aduerso mihi. ego q̄q;
contra vos aduersus incedam q p̄cutiam
vos septies p̄pter pc̄a vr̄a. inducāq; super
vos gladiū vltoꝛem federis mei. Cūq; ꝯfu
+ geritis i vrbes: mittā pestilentiā i medio
vr̄i: q trademini i manib⁹ hostiū postq̄ cō
fregero baculū panis vr̄i. ita vt decē mu-
lieres in uno clibano coquāt panes. q red
dant eos ad pond⁹: q comedetis q nō satu
rabimi. Sinautē nec p̄ hec audieritis me.
sꝫ ambulaueritis cōtra me: q ego incedaz
aduersus vos in furoꝛe contrario q corri-
piam vos septez plagis p̄pter peccata vr̄a

ita vt comedatis carnes filioꝝ vꝛoꝝ ⁊ filiarũ vꝛaꝝ. Destruã excelsa vꝛa ⁊ simulacra ꝓfringã. Cadetis ĩter ruinas ydolorũ vꝛoꝝ. ⁊ abominabit vos aĩa mea. ĩ tantũ vt vrbes vꝛas redigã ĩ solitudinẽ. ⁊ deserta faciã sanctuaria vꝛa. nec recipiaz vlt odorẽ suauissimũ. dispdãq; tꝛrã vꝛam. et stupebũt sup ea ĩimici vꝛi cũ habitatores illi⁹ fuerint. Vos aũt dispgã in gentes. et euaginabo p⁹ vos gladiũ: eritq; tꝛra vꝛa deserta. ⁊ ciuitates dirute. Tũc placebunt tꝛre sabbata sua cũctis diebꝫ solitudinis sue. qñ fueritis in tꝛra hostili. Sabbatizabit ⁊ requiescet ĩ sabbatis solitudis sue eo ꝙ nõ requieuerit in sabbatis vꝛis. qñ habitabatis ĩ ea. Et q̃ ꝺ vobis remãserint dabo pauorẽ in cordibꝫ eorũ in regionibꝫ hostiũ. Terrebit eos sonit⁹ folij volãtis: ⁊ ita fugiẽt quasi gladiũ. Cadẽt nullo seqñte. et corruent singuli sup frẽs suos quasi bella fugiẽtes. Nemo vꝛm inimicis audebit resistere. Peribitis inter gentes: ⁊ hostilis vos tꝛra ꝓsumet. Qꝛsi ⁊ de his aliq̃ remanserit. tabescent in iniq̃tatibꝫ suis. in tꝛra inimicoꝝ suoꝝ. ⁊ ꝓpter pcã pꝛm suoꝝ ⁊ sua affligent donec ꝓfiteant iniq̃tates suas ⁊ malo⁹ suoꝝ recordent quibꝫ ꝓuaricati sũt in me. ⁊ ambulauerũt ex aduerso mihi. ambulabo igit ⁊ ego ꝓtra eos ⁊ inducã illos in tꝛrã hostilẽ donec erubescat incircũcisa mẽs eorũ. Tũc orabũt p impietatibꝫ eorũ. et recordabor federis mei. qꝺ pepigi cũ iacob. ysaac et Abrahã. tꝛre q̃z memor ero. q̃ cũ relicta fuerit ab eis ꝓplacebit sibi in sabbatis suis: patiẽs solitudinẽ ꝓpter illos. Ipi ꝺo rogabũt pro pcis suis. eoꝝ abiecerint iudicia mea et leges meas despexerit. Attñ etiã cũ eẽnt in tꝛra hostili: nõ penit⁹ abieci eos. neq; sic despexi vt cõsumerent ⁊ irritũ facerez pactũ meũ cũ eis. Ego em̃ sũ dñs deus eorũ. et recordabor federis mei pristini. qñ eduxi eos de tꝛra egipti ĩ ꝓspectu gentiũ vt essem de⁹ eorũ. Ego dñs deus. Hec sunt iudicia atq; pcepta. ⁊ leges q̃s dedit dñs ĩter se ⁊ inter filios isrl̃ in monte sy̓nai. p manum Moy̓si. Ca. XXVII:

LOcutus q̃z ẽ dom⁹ ad Moy̓sẽ dicẽs. Loq̃re filijs isrl̃ ⁊ dices ad eos. hõ q̃ votũ fecerit ⁊ spopõderit deo aĩam suã. sub estimatõne data bit ptiũ. Si fuerit masculꝰ a vicesimo anno vsq; ad sexagesimũ annũ dabit quinq̃ginta siclos argenti ad mensurã sãctuarij si mulier: trigĩta. A quĩto aũt ãno vsq; ad vicesimũ masculus dabit viginti siclos. femina decem. Ab vno mense vsq; ad annũ quintũ p masculo dabunt quĩq; sicli. p femina tres. Sexagenari⁹ et vltra masculꝰ dabit quĩdecim siclos: femĩa decẽ. Si pauper fuerit ⁊ estimatõez reddere nõ valebit stabit corã sacerdote: ⁊ quãtũ ille estiauerit ⁊ viderit eũ posse reddere: tantũ dabit. Animal aũt qꝺ ĩmolari potest dño si q̃s vouerit sanctũ erit ⁊ mutari nõ poterit. id ẽ nec meli⁹ malo nec peius bono. Qꝺsi mutauerit. ⁊ ipm qꝺ mutatũ ẽ. ⁊ illud p q̃ mutatũ ẽ cõsecratum erit dño. Animal ĩ mundũ qꝺ immolari dño non potest q̃s vouerit: adducet añ sacerdotẽ. qui diiudicans vtrũ bonũ vel malũ sit: statuet ptiũ Quod si dare voluerit is qui offert: addet supra estimatõem quintaz ptem. homo si vouerit domũ suã ⁊ sãctificauerit dño cõsiderabit eã sacerdos vtruz bona an mala sit. ⁊ iuxta ptium qꝺ ab eo fuerit cõstitutum venũdabit. Sinautẽz ille q̃ vouerat voluerit redimere eã: dabit quintã ptem estimatõis sup̃. ⁊ habebit domũ. Qꝛsi agrũ possessiõis sue vouerit et ꝓsecrauerit dño iuxta mensurã sementis estimabit ptium Si triginta modijs ordei serit tꝛra: quinquaginta siclis venundet argenti. Si statim ab ãno incipiẽtis iubilei vouerit agꝝ quãto valere pt tanto estiabit. Sinautẽz p⁹ aliquantũ tpis: supputabit sacerdos pecuniã iuxta annoꝝ q̃ reliqui sũt numerũ vsq; ad iubileũ. ⁊ ꝺtrahet ex pcio. Qꝛsi voluerit redimere agrũ ille q̃ vouerat: addet quintã ptẽ estimate pecunie: ⁊ possidebit eã. Sinautẽ voluerit redimere: sed alteri cuilibet fuerit venũdat⁹. vltra eũ q̃ vouerat redimẽ nõ poterit: qꝛ cũ iubilei venerit dies sctificat⁹ erit dño. ⁊ possessio ꝓsecrata ad ius ptiet sacerdotũ. Si ager emptus ẽ ⁊ nõ de possessiõe maioꝝ sctificat⁹ fuerit dño: supputabit sacerdos iuxta annoꝝ nũerũ vsq; ad iubileũ ptiũ. ⁊ dabit ille q̃ vouerat eũ dño. In iubileo aũt reuertet ad prioꝛẽ dñm q̃ venditerat euz. ⁊ habuerit ĩ sortẽ possessionis sue. Oĩs estimatio sicli sãctuarij ponderabit. Siclus vi-

98 BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

ginti obulos habet. Primogenita que ad deum ꝑtinēt nemo sanctificare poterit et vouere. Siue bos siue ouis fuerit: dñi sūt Qꝛsi īmūdū est aīmal: redimet qui obtulit iuxta estimatōem suā. et addet quintā partē pretij. Si redimere noluerit vendet̄ alteri: quātocūqꝫ fuerit añ estimatū. Oē qd̄ dño cōsecrat̄ siue hō fuerit siue aīal. siue ager non vendet̄: nec redemi poterit quicq̄d semel fuerit cōsecratū. Sanctū sāctoꝝ erit dño. Et omīs ꝯsecratio q̄ offert̄ ab hoīe nō redimet̄: sꝫ morte morieť. Oēs decime terre siue de pomis arborū siue de frugibꝫ dñi sūt: ⁊ illi sanctificāt̄. Siq̄s at̄ voluerit redimere decimas suas: addet q̄ntam partem eaꝝ oīm decimaꝝ. Boues et oues ⁊ capre q̄ sub pastoris virga trāseūt quicquid decimū venerit sanctificabit̄ domino. nō eliget̄ nec bonū nec malum nec altero cōmutabit̄. Si quis mutauerit: et qd̄ mutatū est: ⁊ ꝑ quo mutatū est sanctificabit̄ dño. et nō redimet̄. hec sūt p̄cepta q̄ mādauit dñs Moÿsi ad filios isrl̄ ī monte sÿnai. ¶ Explicit liber Leuiticus.

¶ Incipit liber Uaiedaber quem nos Numeri dicim⁹. ¶ Capitulū primū.

Locutusqꝫ est dominꝰ ad Moÿsen ī deserto sÿnai ī tabernaculo federis: prīa die mensis secūdi āno altero egressionis eoꝝ ex egipto: dicens. Tolle sūmaꝫ vniuerse congregatōnis filiorū israhel ꝑ cognatōnes et domos suas: ⁊ nomina singulorū. quicquid sexus est masculini a vicesimo anno ⁊ sup̄. omniū viroꝝ fortium ex israhel: et numerabitis eas ꝑ turmas suas tu et Aaron. Erūtqꝫ vobiscuꝫ principes tribuum. ac domoꝝ in cognatōnibus suis: quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben. elÿsur filius sedeur. De tribu Sÿmeon. salamihel fili⁹ surisaddai. De tribu Juda. naason filius amminadab. De tribu ÿsachar. nathanael filius suar. De tribu zabulon. eliab filius henon. Filioruꝫ aūt Joseph de tribu ephraim. elisama filius ammiud. De tribu manasse. gamalihel fili⁹ phadassur. De tribu beniamī. abidan fili⁹ gedeonis. De tribu Dan. abiezer fili⁹ amisaddaÿ. De tribu aser. phegiel filius ochran. De tribu Gad. eliasaph fili⁹ duel. De tribu neptalim. ahira fili⁹ enan. hi nobilissimi principes multitudinis per tribus ⁊ cognatōnes suas: et capita exercitus israhel quos tulerūt Moÿses ⁊ Aaron cū omni vulgi multitudine. ⁊ ꝯgregauerūt primo die mēsis secūdi recensētes eos ꝑ cognatōnes ⁊ domos ac familias ⁊ capita ⁊ noīa singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ sup̄. sicut p̄cepat dñs Moÿsi. Nūeratiqꝫ sūt in deserto sÿnai de ruben primogenito israhelis ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos suas ⁊ noīa capitū singuloꝝ omē qd̄ sex⁹ ē masculini a vicesimo anno ⁊ sup̄ ꝓcedētiū ad bellū quadragintasex milia q̄ngēti. De filijs sÿmeon ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos cognatōnū suaꝝ recēsiti sūt ꝑ noīa ⁊ capita singuloꝝ. omē qd̄ sexus ē masculini a vicesimo anno ⁊ sup̄. ꝓcedentiū ad bellū. quinq̄gintanouē milia trecēti. De filijs Gad ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos cognatōnū suaꝝ. recensiti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vigīti annis ⁊ sup̄ oēs q̄ ad bella ꝓcederēt. quadragītaquīqꝫ milia sexcenti quinq̄ginta. De filijs Juda. ꝑ generatōnes ⁊ familias ac domos cognatōnū suaꝝ ꝑ noīa singuloꝝ a vicesimo āno ⁊ sup̄. oēs q̄ poterāt ad bella ꝓcedere recēsiti sūt. septuagītaq̄tuor milia sexcēti. De filijs ÿsachar ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos cognatōnū suaꝝ ꝑ noīa singuloꝝ a vicesimo āno et sup̄ oēs q̄ ad bella ꝓcederēt recensiti sūt: quinq̄gītaquatuor milia quadringēti. De filijs zabulon ꝑ generatōnes ⁊ familias ac domos cognatōnuꝫ suaꝝ recensiti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vicesimo āno ⁊ supra. om̄s q̄ poterāt ad bella ꝓcedere: quinquagintaseptē milia quadrīgenti. De filijs Joseph filiorū ephraim ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos cognatōnū suaꝝ recēsiti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. om̄s q̄ poterant ad bella ꝓcedere: quadraginta milia quingēti. Porro filiorū manasse ꝑ generatōnes ⁊ familias ac domos cognatōnū suaꝝ recensiti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vigiti ānis ⁊ supra. om̄s qui poterāt ad bella ꝓcedere: trigintaduo milia ducēti. De filijs beniamin ꝑ generatōnes et familias ac domos

cognatõnum suaꝝ recensiti sũt nomibus singulorꝝ a vicesimo anno ꝛ supra. oẽs q̃ poterãt ad bella ꝓcedere. trigintaquinqꝫ milia quadringẽti. De filijs dan ꝑ generatõnes et familias ac domos cognatõnũ suaꝝ recensiti sũt noĩbꝰ singulorꝝ a vicesimo ãno ꝛ supra. oẽs q̃ poterãt ad bella ꝓcedere: sexagintaduo milia septingenti. De filijs aser ꝑ generatões et familias ac domos cognatõnũ suaꝝ recẽsiti sũt ꝑ nomĩa singulorꝝ a vicesimo ãno ꝛ supꝫ. oẽs q̃ poterãt ad bella ꝓcedere: q̃draginta milia ꝛ mille q̃ngenti. De filijs neptalĩ ꝑ generatões ꝛ familias ac domos cognatõnum suaꝝ recẽsiti sũt noĩbꝰ singulorꝝ a vicesimo ãno ꝛ supra. oẽs q̃ poterãt ad bella ꝓcedere quinq̃gintatria milia q̃dringenti hi sũt q̃s numerauerũt Moyses ꝛ aarõ et duodecĩ p̃ncipes ysrl̃. singlos ꝑ domos cognatõnũ suaꝝ. Fuitqꝫ oĩs numer⁹ filiorũ ysrl̃ ꝑ domos et familias suas a vicesimo ãno ꝛ supra q̃ poterãt ad bella ꝓcedere. sexcentatria milia virorꝝ quĩgentiquinq̃gin ta. Leuitæ aũt ĩ tribubꝰ familiaꝝ suaꝝ ñ sũt numerati cuꝫ eis. Locutusqꝫ ẽ dñs ad moysen dicẽs. Tribuꝫ leui noli nũerare: neqꝫ pones sũmã eorꝝ cũ filijs ysrl̃: sꝫ ꝓsti tues eos supꝫ tabernaculũ tẽstionij. Cũcta vasa eius ꝛ quicq̃d ad ceremonias ꝑtinet ipi portabũt. tabernaculũ ꝛ oĩa vtẽnsilia ei⁹: ꝛ erũt ĩ mĩsterio ac ꝑ girũ tabernaculi metabũt castra. Cũ ꝓficiscenduꝫ fuerit ẽponũt leuitæ tabernaculũ cũ castrametanda erigent. Quisq̃s exterꝝ accesserit: occidẽt. Metabunt aũt castra filij ysrabel vnusquisqꝫ ꝑ turmas et cuneos atqꝫ exercitũ suũ. porro leuitæ ꝑ giruꝫ tabernaculi figent tẽtoria ne fiat indignatio supꝫ multitudinẽ filiorꝝ ysrl̃: ꝛ excubabũt in custodijs tabernaculi tẽstimonij. Fecerũt ergo filij ysrl̃ iuxta oĩa que p̃cepat dominus Moysi. Capitulum. II.

Locutusqꝫ ẽ dominus ad Moysen ꝛ Aaron: dicens. Singuli ꝑ turmas. signa atqꝫ vexilla et domos cognatõnũ suaꝝ castrametabũtur filiorꝝ ysrl̃. ꝑ gyrum tabernaculi fœderis. Ab orientẽ Judas figet tẽtoria ꝑ turmas exercitus sui. Eritqꝫ princeps filiorꝝ ei⁹ naason fili⁹ amminadab. ꝛ omis de stirpe ei⁹ sũma pugnantiũ septuagintaq̃tuor milia sexcentorꝝ. Juxta euꝫ castrametati sunt de tribu ysachar quorũ p̃ceps fuit nathanael fili⁹ suar et omis numerus pugnatoruꝫ quinquagintaquatuor milia q̃dringenti. In tribu zabulon p̃ceps fuit heliab fili⁹ helon. omisqꝫ de stirpe ei⁹ exercitus pugnatorũ quinquagintaseptẽ milia quadringenti. Uniuersi qui in castris Jude adnumerati sũt. fuerunt centũoctogintasex milia quadringenti. ꝛ ꝑ turmas suas primi egredient. In castris filiorũ Ruben ad meridianã plagã erit p̃ceps elisur fili⁹ sedeur. ꝛ cunct⁹ exercit⁹ pugnatorũ ei⁹ qui numerati sũt q̃draginta sex milia quingenti. Juxta eũ castrametati sũt de tribu symeon. quorũ p̃ceps fuit salamihel fili⁹ surisaddaÿ. ꝛ cunct⁹ exercitus ei⁹ pugnatoruꝫ qui numerati sũt quinquaginta nouẽ milia trecenti. In tribu Gad p̃ceps fuit eliasaph fili⁹ duel: et cũctus exercitus pugnatorꝝ ei⁹ qui numerati sũt quadragintaquinqꝫ milia sexcentiquinq̃ginta. Oĩes qui recensiti sunt in castris Ruben. centũquinquaginta milia ꝛ mille quadringẽtiquinq̃ginta: ꝑ turmas suas in scõo loco ꝓficiscẽt. Leuabit aũt tabernaculũ tẽstimonij ꝑ officia leuitarꝝ ꝛ turmas eorꝝ. Quomõ erigẽt: ita ꝛ ẽponẽt. Singuli ꝑ loca ꝛ ordines suos ꝓficiscent. Ad occidẽtalem plagaꝫ erunt castra filiorũ ephraim. quorũ p̃ceps fuit heliasama filius ammiud. Cũctus exercitus pugnatorũ eius q̃ numerati sũt. quadragĩta milia quingenti. Et cũ eis tribus filiorũ manasse. quorũ princeps fuit gamaliel fili⁹ phadassur. cunctusqꝫ exercit⁹ pugnatorũ ei⁹ qui numerati sũt. trigĩtaduo milia ducenti. In tribu filiorꝝ beniamĩ p̃ceps fuit abidan fili⁹ gedeonis. ꝛ cunctus exercitus pugnatorũ eius qui recensiti sũt triginta quinqꝫ milia quadringẽti. Oẽs qui numerati sũt in castris ephraim centum octo milia centũ: ꝑ turmas suas tertij ꝓficiscent. Ad aquilonis ꝑtem castrametati sũt filij dan. quorꝝ p̃ceps fuit ahieser fili⁹ amisaddaij. Cunctus exercit⁹ pugnatorũ ei⁹ qui numerati sũt sexagĩtaduo milia septingenti. Juxta eũ figere tẽtoria de tribu aser. q̃rũ p̃ceps fuit phegiel fili⁹ ochran. cunct⁹ exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt: q̃draginta

milia ⁊ mille quingenti. De tribu filiorũ neptalim princeps fuit abira filius enan. Cunct⁹ exercit⁹ pugnatorũ ei⁹ qui quaginta tria milia quadringenti. Omnes qui numerati sũt in castris dan. fuerũt centum quinquaginta septem milia. sexcẽti. ⁊ nouissimi pficiscent. Hic numer⁹ filiorũ isrl̃ p domos cognatõnũ suarũ et turmas diuisi exercit⁹. sexcẽta tria milia q̃ngẽti q̃nquaginta. Leuitæ aũt nõ sunt numerati ĩter filios isrl̃. Sic em̃ pcepat dñs moysi. Fecerũtq; filij isrl̃ iuxta omnia que mandauerat dñs. Castrametati sũt p turmas suas. et profecti p familias ac domos patrum suorum. Capitulum. III.

HE sũt generationes Aaron et Moysi ĩ die q̃ locut⁹ ẽ dñs ad Moysen ĩ mõte sỹnai. ⁊ hec nomina filiorũ aarõ. Primogenit⁹ ei⁹ nadab deinde abiu et eleazar et ythamar. Hec nomina filiorũ Aaron sacerdotũ q̃ uncti sũt. ⁊ quorũ repletæ et ꝯsecratæ sũt man⁹ ut sacerdotio fungerẽt. Mortui sũt em̃ nadab et abiu cum offerrent ignem alienũ in cõspectu dñi ĩ deserto sỹnai absq; liberis: fũctiq; sunt sacerdotio eleazar et ythamar coram Aaron patre suo. Locutusq; ẽ dñs ad Moysen dicẽs. Applica tribum leui. et fac stare ĩ conspectu Aaron sacerdotis ut mĩstrent ei et excubent ⁊ obseruẽt quicq̃d ad cultũ ptinet multitudĩs corã tabernaculo testimonij. ⁊ custodiãt vasa tabernaculi seruiẽtes in ministerio eius. Dabisq; dono leuitas Aaron ⁊ filijs ei⁹ quibus traditi sũt a filijs isrl̃. aaron autẽ ⁊ filios eius constitues sup cultum sacerdotij. Extern⁹ qui ad ministrandũ accesserit morietur. Locutusq; est dñs ad moysen dicẽs. Ego tuli leuitas israhel p omni primogenito: qui aperit vuluã in filijs israhel. erũtq; leuitæ mei. Meum est enim omne primogenitũ. Ex quo pcussi priogenitos in terra egipti sanctificaui mihi quicquid primũ nascit in israhel. Ab hoie usq; ad pecus mei sunt Ego. dñs. Locutusq; ẽ dñs ad Moysẽ in deserto sỹnai dicens. Numera filios leui per dom⁹ pr̃m suos ⁊ familias: oẽm masculũ ab vno mẽse ⁊ supra. Numerauit Moyses vt pceperat dñs. ⁊ inuẽti sũt filij leui p nomina sua Gerson et caath. ⁊ merari. Filij Gerson lebni ⁊ semei. Filij caath amrã et iessaar. hebron et oziel. Filij merari mooli ⁊ musi. De gerson fuere familie due: lebnitica et semeitica. quarũ numerat⁹ ẽ popul⁹ sex⁹ masculini ab vno mense ⁊ sup̃. septẽ milia quingẽtorũ. Hi p⁹ tabernaculũ castrametabunt ad occidentẽ sub pricipe eliasaph filio lael: ⁊ habebũt excubias in tabernaculo federis. ipm tabernaculũ et opimentũ eius. tẽtorium qđ trahit ante fores tecti federis ⁊ cortinas atrij. tẽtoriũ quoq; quod appendit in introitu atrij tabernaculi. et quicquid ad ritũ altaris pti net: funes tabernaculi et omnia utensilia ei⁹. Cognatio caath habebit pl̃os. amramitas ⁊ iessaaritas ⁊ hebronitas et ozielitas. he sunt familie caahitarũ: recensiti p nomina sua. omẽs generis masculini ab vno mense et supra. octo milia sexcẽti. habebũt excubias sanctuarij. et castrametabunt ad meridianã plagam. Princeps q; eorũ erit elizaphan fili⁹ oziel: et custodiẽt archam mensamq; et candelabrũ. altaria ⁊ vasa sãctuarij in quibus ministrant ⁊ velũ cunctãq; huiusce modi suppellectilẽ. Princeps aũt principũ leuitarũ eleazar filius Aarõ sacerdotis erit sup excubitores custodie sanctuarij. Attuero de merari erũt pl̃i moolitæ ⁊ musitæ recensiti p noĩa sua omnes generis masculini ab vno mense ⁊ supra. sex milia ducenti. Princeps eorũ suriel filius abiael: in plaga septẽtrionali castrametabũt. Erũt sub custodia eor̃ tabule tabernaculi: et vectes et colũne ac bases ear̃. et omnia que ad cultũ huiusce modi ptinent. colũneq; atrij p circuitum cũ basibus suis: et paxilli cũ funibus. Castrametabunt añ tabernaculũ federis. id ẽ ad orientalem plagam: moyses et aaron cum filijs suis: hñtes custodiam sanctuarij in medio filior̃ israhel. Quisq; alien⁹ accesserit: morietur. Omnes leuitæ quos numerauerunt Moyses et Aaron iuxta pceptum domini p familias suas in genere masculino a mẽse vno et supra: fuerunt viginti duo milia. Et ait dom̃in⁹ ad Moysen. Numera primogenitos sex⁹ masculini ỏ filijs israhel ab vno mense ⁊ sup̃. ⁊ habebis summã eorũ. tolleq; leuitas mihi: p omni primogenito filior̃ israhel. Ego sũ dominus et pecora eorũ p vniuersis primogenitis pecorũ filiorũ israhel. Recensuit Moyses

sicut ꝓcepat dñs prīogenitis filioꝝ ysrl'.et fuer ūt masculi ꝑ noīa sua a mense vno ꝛ sup̄ vigintiduo milia ducētiseptuaginta tres.Locutusq; est dñs ad Moysen.Tolle leuitas ꝑ prīogenitis filioꝝ ysrl'et pecora leuitaꝝ ꝑ pecoribꝫ eoꝝ.erūtq; leuitæ mei. Ego sum dñs. Jn ꝓtio autē ducentoꝝ septuagintatriū qui excedūt numerū leuitarū.de primogenitis filioꝝ ysrl' accipies quīq; siclos ꝑ singula capita:ad mensurā sanctuarij.Siclus hz viginti obulos. dabisq; pecuniaz aaron ꝛ filijs ei⁹. ꝓtiumq; eoꝝ ꝙ supra sūt. Tulit igit̄ Moyses pecuniam eoꝝ qui fuerāt ampli⁹.ꝛ quos redemerat a leuitis ꝑ primogenitis filiorū israbel mille trecentoꝝūseptuagintaquinq; siclorum iuxta pond⁹ sanctuarij:ꝛ dedit eā Aaron ꝛ filijs eius iuxta verbum qđ ꝓceperat sibi dominus. Ca.IIII.

LOcutusq; ē domin⁹ ad moysē ꝛ aaron dicēs. Tolle sūmā filioꝝ caath de medio leuitarū ꝑ domos ꝛ familias suas a tricesimo āno ꝛ sup̄ usq; ad quinq̄gesimū annū: omniū ꝙ ingrediunt̄ vt stent ꝛ ministrent ī tabernaculo federis. Hic est cult⁹ filiorū caath Tabernaculū federis ꝛ sanctū sanctoꝝ īgredient̄ aaron ꝛ filij ei⁹ qñ mouenda sūt castra:ꝛ deponēt velum qđ pendet añ fores.inuoluētq; eo archā testimonij.ꝛ operient rursum velamine iacinctinaꝝ pellium.extendentq; desup pallium totū iacinctinū:ꝛ inducēt vectes.mensā quoq; ꝓpositōnis inuoluent iacinctino pallio:ꝛ ponēt cū ea thuribula ꝛ mortariola.ciathos ꝛ cratheras ad liba fūdenda.Panes semp in ea erūt.Extendentq; desup palliū coccinum qđ rursum opient velamento iacinctinarū pelliū ꝛ inducēt vectes.Sumēt ꝛ palliū iacinctinū quo opient candelabrū cū lucernis ꝛ forcipibus suis.ꝛ emūctoriis ꝛ cūctis vasis olei que ad cōcinnandas lucernas necessaria sūt.ꝛ sup̄ oīa ponēt operimentū iacinctinaꝝ pelliū ꝛ inducēt vectes.Necnō ꝛ altare aureū inuoluēt iacinctino vestimēto:ꝛ extendēt desup opimentum iacinctinaꝝ pelliū:inducētq; vectes. Omnia vasa quibꝫ ministrant̄ ī sanctuario inuoluēt iacinctino pallio.ꝛ extendēt desup opimentū iacinctinaꝝ pelliū:inducētq; vectes. Hz ꝛ altare mūdabunt cinere.

ꝛ inuoluēt illud purpureo vestimento.ponentq; cū eo oīa vasa quibꝫ in ministerio eius utunt̄.i.igniū receptacula fuscinulas ac tridentes uncios et batilla. Cūcta vasa altaris opient simul velamīe iacinctinarū pelliū:ꝛ inducēt vectes. Cūq; inuoluerint aaron ꝛ filij ei⁹ sanctuariū ꝛ omīa vasa ei⁹ ī cōmotōne castroꝝ:tūc intrabūt filij caath vt portāt īuoluta:et nō tangāt vasa sāctuarij ne morianť. Jsta sūt onera filiorū caath in tabernaculo federis super qbꝫ erit eleazar fili⁹ Aaron sacerdotis. ad cui⁹ ptinet curā oleū ad cōcinnandas lucernas ꝛ cōpositōnis incensū et sacrificiū qđ semp offert̄ ꝛ oleuz unctōnis ꝛ quicqđ ad cultū tabernaculi ptinet. oīmq; vasoꝝ q̄ in sanctuario sūt. Locutusq; est dñs ad Moysen ꝛ aaron dicēs. Nolite ꝑdere ꝑ̄m caath de medio leuitaꝝ: sed hoc facite eis vt viuant:et nō morianť si tetigerīt sancta sanctoꝝ. Aaron et filij ei⁹ intrabunt. ipiq; disponēt opa singuloꝝ:ꝛ diuidēt qđ portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant q̄ sūt ī sāctuario priusq̄ inuoluant̄:alioquin morient̄. Locutusq; ē dñs ad Moysen dicēs. Tolle sūmā etiā filiorum gerson ꝑ domos ac familias ꝛ cognatōes suas a trigīta annis et sup̄ usq; ad ānos quinquaginta. Numera omēs q̄ ingrediū tur et mīstrāt ī tabernaculo federis. Hoc est officiū familie gersonitaꝝ:vt portent cortinas tabernaculi et tectū federis opimētum aliud. et sup̄ oīa velamē iacinctinū:tentoriumq; qđ pendet ī introitu tabernaculi federis. cortinas atrij et velū ī introitu qđ ē añ tabernaculū. Oīa q̄ ad altare ptinēt funiculos et vasa mīsterij iubēte aaron et filijs ei⁹ portabūt filij gersō et sciēt singuli cui debeāt opi mancipari. hic ē cult⁹ familie gersonitaꝝ ī tabernaculo federis. Erūtq; sub manu ythamar filij aaron sacerdotis. Filios q̄ merari ꝑ familias et domos pr̄m suoꝝ recēsebis a trigīta annis et sup̄ usq; ad annos quinq̄ginta:omēs q̄ ingrediunt̄ ad officiū mīsterij sui et cultū federis testionij. hec sūt onera eoꝝ. Portabūt tabulas tabernaculi.et vectes ei⁹ colūnas et bases eaꝝ: colūnas q̄ atrij ꝑ circuituz cū basibus et paxillis et funibꝫ suis. Omnia vasa et supellectilē ad numerū accipiēt:sicq; portabunt.hoc

est offitium familie merarita⁊ ꝙ ministeriũ ī tabernaculo federis.erũtq⁊ sub maũ ythamar filij aarõ sacerdotis.Recẽsuert igit̃ Moyses ꝙ aaron ꝙ ꝓncipes synagoge filios caath p cognatões ꝙ domos patrũ suo⁊ a triginta ānis et supra usq⁊ ad annum quinq̃gesimũ. oẽs qui ingrediũt̃ ad misteriũ tabernaculi federis. ꝙ inuẽti sũt duo milia septingenti quinquaginta. Hic est numerus ꝓlī caath.q̃ intrãt taberna culũ federis.hos numerauit Moyses ꝙ Aaron iuxta sermonẽ dñi p manu⁊ Moysi. Numerati sũt ꝙ filij Gerson p cognatões ꝙ domos patrũ suo⁊ a trigīta annis ꝙ sup usq⁊ ad quinquagesimũ annũ omnes qui ingrediunt̃ ut ministrẽt ī tabernaculo fe deris.ꝙ inuẽti sũt duo milia sexcenti trigī ta.hic est populus gersonitarũ:quos nu merauert Moyses ꝙ aaron iuxta ꝏbũ dñi Numerati sũt ꝙ filij merari p cognatões ꝙ domos patrũ suo⁊ a trigīta annis ꝙ sup usq⁊ ad annũ quinquagesimũ omnes qui ingrediunt̃ ad explendos ritus taberna culi federis ꝙ inuẽti sũt tria milia ducẽti hic est numerus filio⁊ merari.quos recẽ suerũt Moyses ꝙ aaron iuxta impiu⁊ dñi p manũ Moysi.Omnes qui recensiti sunt de leuitis ꝙ quos fecit ad nomẽ Moyses et aaron ꝙ prīcipes isrl̄ p cognatões et do mos patrũ suo⁊ a triginta annis ꝙ supra usq⁊ ad annũ quinq̃gesimum ingrediẽtes ad ministeriũ tabernaculi ꝙ onera portã da:fuerũt simul octo milia quingẽtioctо ginta.iuxta verbũ dñi recensuit eos Moy ses vnumquenq⁊ iuxta offitium et onera sua.sicut p̄cepat dominus. // Ca.V.

LOcutusq⁊ est domin⁹ ad Moysen dicẽs. Precipe filijs is rahel ut eiciãt de castris oẽm le prosũ ꝙ q̃ semīe fluit pollutusq⁊ ẽ sup mor tuo. Tam masculũ q̃ feminã eicite de ca stris.ne ꝓtaminẽt ea cu⁊ habitauerīt vo biscum. Fecerũtq⁊ ita filij isrl̄:ꝙ eiecerũt eos extra castra sicut locutus erat domī⁹ moysi.Locutusq⁊ ẽ dñs ad moysen dicẽs. Loquere ad filios israel. Vir siue mulier cũ fecerint ex omnib⁊ peccatis(que solẽt hominib⁊ accidere)ꝙ p negligentiã trans gressi fuerint mandatum domini atq⁊ de liq̃rint:cõfitebunt̃ peccatũ suũ.ꝙ reddent ipsum caput quintamq⁊ partẽ desup ei in quẽ peccauerīt. Si nautem nõ fuerit qui recipiat:dabunt dño et erit sacerdotis.ex cepto arietẽ qui offert̃ p expiatione vt sit placabilis hostia. omẽs q̃ primitie quas offerent filij israbel ad sacerdotẽ pertinẽt et quicq̃d in sanctuarium offert̃ a singu lis.ꝙ tradit̃ manib⁊ sacerdotis ipsius erit Locutus est dñs ad Moysen dicẽs.Loq̃re ad filios israbel:et dices ad eos.Vir cui⁹ uxor errauerit maritumq⁊ cõtemnẽs.dor mierit cum altero viro.ꝙ hoc mazit⁹ tẽp bendere nõ quiuerit sed latet adultẽrium ꝙ testib⁊ argui nõ potest.q⁊ nõ est inuẽta in stupro.si spũs zelotipie cõcitauerit vi rum contra uxorẽ suã que vel polluta est vel falsa suspitõne appetit̃.adducit eã ad sacerdotẽ.ꝙ offeret oblatõez p illa decimã ptem sati farine ordeacee.Nõ fũdet super eã oleum nec imponẽt thus.q⁊ sacrifitiuz zelotipie est.et oblatio inuestigãs adulte rium:offeret igit̃ eaz sacerdos.et statuet coram dño:assumetq⁊ aquam sanctam in vase fictili et pauxillũ terre de pauimẽto tabernaculi mittet ī eã.Cũq⁊ stetерit mu lier ī ꝓspectu dñi discooperiet caput ei⁹. et ponet sup man⁹ illi⁹ sacrifitiũ recorda tõnis et oblatõez zelotipie. Ipe aũt tene bit aq̃s amarissimas ī quas cũ execratõne maledicta ꝓgessit: adiurabitq⁊ eaz ꝙ dicet Si nõ dormiuit vir alienus tecum etsi nõ polluta es deserto mariti thoro:nõ te no cebũt aque iste amarissime.in quas male dicta ꝓgessi. Si nautem declinasti a viro tuo atq⁊ polluta es.ꝙ ꝓcubuisti cũ altero.his maledictõib⁊ subiacebis. Det te dñs ī ma ledictõem exemplumq⁊ cũct⁊ ī ꝓlo suo. Putrescere faciat femur tuum.ꝙ tumens uterus dirũpat̃. Ingrediant̃ aque male dicte in ventrem tuũ.ꝙ utero tumescente putrescat femur. Et rñdebit mulier. Amẽ amen. scribetq⁊ sacerdos ī libello ista ma ledicta.ꝙ delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta cõgessit.ꝙ dabit ei bibere Quas cum exhauserit: tollet sacerdos de manu ei⁹ sacrifitiuz zelotipie.et eleuabit illõ corã dño: īponitq⁊ illõ sup altare:ita dũtaxat ut pri⁹ pugillũ sacrifitij tollat de eo qõ offert̃ ꝙ incẽdat sup altare.ꝙ sic po tũ det mulieri aq̃s amarissimas. Quas cũ biberit. si polluta ẽ ꝙ ꝓtempto viro adul terij rea.p̄trãsibũt eã aq̃ maledictõnis.ꝙ

inflato ventre computrescet femur. eritq; mulier in maledictōem ⁊ in exemplū omī ꝓpl'o. Qꝛsi polluta nō fuerit erit innoxia. ⁊ faciet liberos. Ista est lex zelotipie. Si declinauerit mulier a viro suo. etsi polluta fuerit: maritusq; zelotipie spū ꝯcitat⁹ adduxerit eā in conspectu dñi. ⁊ fecerit ei sacerdos iuxta omīa que scripta sūt. maritus absq; culpa erit. ⁊ illa recipiet iniq̄tatem suam. ¶ Capitulum. VI.

Locutus ē dominus ad moysen dicēs. loq̄re ad filios isrl'. ⁊ dices ad eos. Vir siue mulier cū fecerīt votum vt sāctificent̄. ⁊ se voluerīt dño ꝯsecrare. a vino ⁊ oē qd̄ inebriare p̄t: abstinebunt: Acetum ex vino ⁊ ex q̄libet alia potōne: ⁊ quicq̄d de vua exprimit̄. nō bibēt: vuas recentes siccasq; nō comedēt cūctis diebus quibꝫ ex voto dño cōsecrantur. quicquid ex vinea esse potest: ab vua passa vsq; ad acinum nō comedent. omni tp̄e sep̄atōnis sue nouacula nō transibit ꝑ caput eius. vsq; ad completum diē quo dño cōsecrat̄ sanct⁹ erit. crescente cesarie capitis ei⁹. omni tp̄e cōsecratōnis sue sup̄ mortuū nō ingrediet̄. nec sup̄ p̄ris quidez ⁊ matris ⁊ fratris. sororisq; funere ꝯtaminabit̄. qꝛ ꝯsecratio dei sui sup̄ caput ei⁹ ē. omībꝫ diebꝫ sep̄atōnis sue: sanctus erit domino. Sinautē mortuus fuerit subito q̄spiam corā eo. polluet̄ caput ꝯsecratōnis ei⁹: qd̄ radet ilico ⁊ in eadem die purgatōnis sue. ⁊ rursuz septima. In octauo aūt die offeret duos turtures vel duos pullos colūbe sacerdoti in introitu federis testimonij: facietq; sacerdos vnū ꝑ pc̄to. ⁊ alterū in olocaustū. ⁊ dep̄cabit̄ ꝑ eo qꝛ peccauit sup̄ mortuo: sāctificabitq; caput ei⁹ in die illo. ⁊ cōsecrabit dño dies sep̄atōnis illi⁹. offerens agnum anniculum ꝑ peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant: qm̄ polluta est sanctificatio eius. Ista est lex ꝯsecratōnis. Cū dies quos ex voto decreuerat: ꝯplebunt̄. adducet eū ad ostiuz tabernaculi federis: vt offeret oblatōem eius. domino agnū anniculuz immaculatum in olocaustum. ⁊ ouem anniculam īmaculatam ꝑ pc̄to. et arietē immaculatū hostiā pacificam. canistrū quoq; panum azimoꝝ q̄ ꝯspersi sūt oleo. ⁊ lagana absq; fermento vncta oleo ac libamīa singulo-

ruz que offeret sacerdos corā dño ⁊ faciet tam ꝑ peccato q̄ in olocaustum. Arietem vo immolabit hostiam pacificaz domino offerens simul canistrum azimoꝝ et libamenta que ex more debent̄. Tunc radetur nazareus ante ostiuz tabernaculi federis cesarie cōsecratōnis sue: tolletq; capillos ei⁹ ⁊ ponet sup̄ ignem qui ē suppositus sacrifitio pacificoꝝ. ⁊ armum coctum arietis. ⁊ tortamq; absq; fermento vnaz de canistro. ⁊ laganū azimoꝝ vnū: et tradet in manibus nazarei postq̄ rasum fuerit caput ei⁹. susceptaq; rursum ab eo eleuabit in cōspectu domī. ⁊ sāctificata sacerdotis erūt. sicut pectusculū qd̄ sep̄ari iussuz est ⁊ femur. Post hec p̄t bibere nazareus vinum. Ista est lex nazarei cū vouerit oblatōem suam dño tp̄e ꝯsecratōnis sue. exceptis his que inuenerit man⁹ eius. Iuxta quod mente deuouerat: ita faciet ad perfectōem sāctificatōnis sue. Locutus ē dominus ad Moysen dicens. Loquere aaron ⁊ filijs eius. Sic benedicetis filijs israel. ⁊ dicetis eis. Benedicat tibi dominus: ⁊ custodiat te. ostendat domin⁹ faciez suā tibi ⁊ misereat̄ tui. Conuertat dñs vultū suū ad te: et det tibi pacem. Inuocabūt nomē meum super filios israhel: et ego benedicam eis. ¶ Capitulum. VII.

Factuz est autem in die q̄ cōpleuit Moyses tabernaculū et erexit illd̄. vnxitq; et sāctificauit cū oībꝫ vasis suis altare sil'r ⁊ omīa vasa ei⁹ obtulerūt prīceps isrl' ⁊ capita familiarū q̄ erant ꝑ singulas tribus p̄fecti eorū q̄ nūerati fuerāt mūera corā dño: sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulere duo duces: et vnum bouem singuli: obtuleruntq; ea in conspectu tabernaculi. Ait autem dominus ad Moysen. Suscipe ab eis vt seruiāt in ministerio tabernaculi. et trades ea leuitis iuxta ordinem ministerij sui. Itaq; cū suscepisset moyses plaustra et boues: tradidit eos leuitis. Duo plaustra et quatuor boues dedit filijs gerson. iuxta id qd̄ habebant necessariū: quatuor alia plaustra ⁊ octo boues dedit filijs merari ꝟm offitia et cultū suuz sub manu ythamar filij aaron sacerdotis. Filijs aūt caath nō dedit plaustra et boues: qꝛ in sāctuario seruiūt

q onera ꝑ ꝓis portant humeris. Igit obtulerũt duces ī dedicatõnem altaris. die q̃ unctũ est oblatõem suã añ altare. Dixitq; dñs ad Moysen. Singuli duces p singlos dies offerãt munera in dedicatõem altaris. Prio die obtulit oblatõem suã Naasson filiꝰ āminadab de tribu Juda. fuezũtq; in ea acetabulũ argenteum. pondo centũtrigīta siclorꝫ. fiala argẽtea hñs septuaginta siclos iuxta pondꝰ sãctuarij. utrũq; plenũ simila cõspsa oleo ī sacrifitium: mortariolũ ex decẽ siclis aureis plenũ incẽso bouẽ de armẽto q arietẽ et agnũ āniculũ in olocaustũ hircũq; p pcõ. q ī sacrifitio pacificorꝫ boues duos: arietes q̃nq; hircos quĩq;. agnos āniculos quĩq;. hec ẽ oblatio Naasson filij āminadab. Sc̃o die obtulit Nathanael filiꝰ suar dux de tribu ysachar. acetabulũ argenteũ appẽdens cẽtũtriginta siclos. fialã argenteã hñtẽ septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij utrũq; plenũ simila ꝯspsa oleo ī sacrifitiũ mortariolũ aureũ hñs decez siclos plenũ incenso: bouẽ de armẽto et arietẽ et agnũ āniculũ in olocaustũ hircũq; p pcõ: et in sacrifitiũ pacificorũ boues duos. arietes quĩq;. hircos quĩq;. agnos āniculos q̃nq; hec fuit oblatõ Nathanael filij suar. Tertio die prĩceps filiorꝫ zabulõ heliab filius helon obtulit acetabulũ argenteũ appendens centũtriginta siclos. fialã argenteã hñtem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij. utrũq; plenũ simila ꝯspersa oleo ī sacrifitiũ: mortariolũ aureũ appẽdens decem siclos plenũ incenso. bouẽ de armẽto q arietẽ et agnũ anniculũ: in olocaustum hircũq; p pcõ q in sacrifitio pacificorꝫ boues duos. arietes quinq;. hircos quĩq; agnos anniculos quĩq;. hec ẽ oblatõ heliab filij helon. Die q̃rto princeps filiorꝫ ruben elisur filiꝰ sedeur. obtulit acetabulꝫ argẽteũ appẽdens centũtrigīta siclos. fialã argenteã hñtẽ septuagīta siclos ad põdus sãctuarij. utrũq; plenũ simila ꝯspersa oleo ī sacrifitiũ: mortariolũ aureũ appendens decem siclos plenũ incenso: bouem q arietẽ q agnũ anniculũ ī olocaustũ. hircũq; p pcõ q in sacrifitio pacificorũ boues duos. arietes quinq;. hircos quĩq;. agnos anniculos quĩq;. hec fuit oblatio helisur filij sedeur. Die quĩto prĩceps filiorũ Symeon salamihel filius surisaddaÿ obtulit acetabulũ argenteũ appendens centũtriginta siclos. fialam argenteã habentẽ septuagīta siclos ad pondus sãctuarij. utrũq; plenum simila consperſa oleo in sacrifitium. mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso. bouẽ de armento et arietem et agnum anniculum ī olocaustum. hircumq; p peccato et in hostias pacificorꝫ boues duos. arietes quĩq;. hircos quinq;. agnos āniculos quinq; Hec fuit oblatio salamiel filij surisaddaÿ Die sexto prĩceps filiorũ gad heliasaph filius duel: obtulit acetabulꝫ argenteum appendens centumtriginta siclos. fialã argenteam habentꝫ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij. utrumq; plenum simila consperſa oleo in sacrifitiuꝫ: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento q arietẽ et agnum anniculũ in olocaustũ. hircũq; pro peccato: et in hostias pacificorũ boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;. agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatõ heliasaph. filij duel. Die septimo prĩceps ephraim. elisama filiꝰ ammiud obtulit acetabulũ argenteũ appendens centumtriginta siclos. fialam argenteam habentꝫ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij utrũq; plenũ simila consperſa oleo in sacrifitium: mortariolus aureũ appendens decem siclos plenum incenso. bouẽ de armento. et arietem. q agnum anniculuꝫ in olocaustũ. hircumq; pro peccato: q in hostias pacificorũ boues duos. arietes q̃nq;. hircos quinq; agnos anniculos quĩq;. hec fuit oblatõ elisama. filij ammiud. Die octauo prĩceps filiorum manasse gamaliel filius phadassur: obtulit acetabulum argenteuꝫ. appendens centumtriginta siclos. fialam argenteam habentꝫ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij. utrũq; plenum simila consperſa oleo in sacrificiũ: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento. et arietem. et agnum anniculum ī olocaustum. hircumq; pro peccato: et in hostias pacificorum boues duos. arietes quinq;. hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. hec fuit oblatõ gamaliel filij phadassur. Die nono prĩceps filiorꝫ beniamī

abidan filiꝰ gedeonis. obtulit acetabuluꝫ argenteũ appendens centũtriginta siclos fialã argenteã hñtẽ siclos ad pondus sanctuarij. vtrũqꝫ plenũ simila cõspsa oleo ĩ sacrifitiũ: mortariolũ aureũ appẽdens decem siclos plenũ incenso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculũ ĩ olocaustũ: hircumqꝫ ꝑ pcto ⁊ ĩ hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quĩqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio abidã filij gedeonis. Die decimo prĩceps filiorũ dan abiezer filiꝰ amisaddaÿ obtulit acetabulũ argenteũ appẽdens centũtriginta siclos. fialã argẽteã hñtẽ septuagĩta siclos ad pondꝰ sãctuarij. vtrũqꝫ plenũ simila cõspersa oleo in sacrifitiũ. mortarioluꝫ aureũ appendens decem siclos plenũ incenso bouem de armento ⁊ arietẽ et agnũ anniculũ in olocaustũ hircũqꝫ ꝑ peccato. ⁊ ĩ hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quĩqꝫ hircos quĩqꝫ. agnos anniculos quĩqꝫ. hec fuit oblatio abiezer filij amisaddaÿ. Die vndecĩo prĩceps filioꝝ aser phagaihel filiꝰ ochran obtulit acetabulũ argenteũ appendẽs centũtrigĩta siclos. fialam argenteam hñtẽ septuagĩta siclos ad pondꝰ sanctuarij. vtrũqꝫ plenũ simila cõspsa oleo ĩ sacrifitiũ. mortariolũ aureũ appẽdens decem siclos plenũ incẽso. bouẽ de armẽto. ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculũ ĩ olocaustu hircũqꝫ ꝑ pcto: ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quĩqꝫ. hircos quĩqꝫ. agnos anniculos quĩqꝫ. hec fuit oblatõ phagaihel filij ochran. Die duodecĩo prĩceps filioꝝ neptalĩ ahira filiꝰ henan obtulit acetabulũ argenteũ appẽdens centũtrigĩta siclos. fialam argenteã hñteꝫ septuaginta siclos ad pondꝰ sanctuarij. vtrũqꝫ plenuꝫ simila ꝯspsa oleo ĩ sacrifitiũ. mortariolũ aureũ appẽdens decẽ siclos plenũ incenso. bouem de armento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ ãniculum in olocaustũ hircũqꝫ ꝑ pcto. ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quĩqꝫ hircos quinqꝫ. agnos ãniculos quĩqꝫ. hec fuit oblatõ ahira filij henan. hec ĩ dedicatõne altaris oblata sũt a prĩcipibꝰ isrl' in die q̃ ꝯsecratũ ẽ. acetabula argẽtea duodecim. fiale agẽtee duodecĩ: ita vt centũtrigĩta argẽti siclos hr̃et vnũ acetabulum. ⁊ septuaginta siclos vna fiala. i. in cõmune vasorũ omniũ ex argento. sicli duo milia quadringenti pondere sanctuarij: mortariola aurea duodeciꝫ plena incẽso. denos siclos appendentia pondere sanctuarij. i. simul auri sicli centumuigĩti. boues de armento in olocaustũ duodecĩ. arietes duodecim. agni anniculi duodecim. ⁊ libamẽta eorũ. hirci duodecim ꝑ peccato. ĩ hostias pacificoꝝ boues vigintiquatuor. arietes sexaginta. hirci sexagĩta. agni ãniculi sexagĩta. hec oblata sũt ĩ dedicatõne altaris quando vnctuꝫ est. Cũqꝫ ingrederetur Moÿses tabernaculũ federis vt cõsuleret oraculum: audiebat vocẽ loquentis ad sede ꝓpiciatorio. quod erat super archam testimonij. inter duos cherubin. vnde et loquebatur ei.

Capitulum. VIII.

Locutus est dominꝰ ad Moÿsen: dicẽs. Loq̃re Aaron ⁊ dices ad eũ. Cũ posueris septẽ lucernas candelabrũ ĩ australi ꝑte erigat̃. hoc igit̃ p̃cipe vt lucerne cõtra boreã e regione ꝯspiciant ad mensã panuꝫ ꝓpositõnis. contra eã ꝑtem quã candelabruꝫ respicit lucere debebũt. Fecitqꝫ Aarõ ⁊ imposuit lucernas sup candelabruꝫ ut p̃cepat dñs Moÿsi. hec aũt erat factura candelabri. ex auro ductili tam mediꝰ stipes q̃ cuncta q̃ ex vtroqꝫ calamoꝝ latere nascebãt̃. Juxta exemplũ qd̃ oñdit dñs Moÿsi. ita opatus est candelabrum. Et locutꝰ est dñs ad Moÿsen dicẽs. tolle leuitas ex medio filiorũ isrl' ⁊ purificabis eos iuxta hũc ritum Aspgant̃ aqua lustratõnis: et radãt om̃s pilos carnis sue. Cũqꝫ lauerĩt vestimẽta sua ⁊ mũdati fuerĩt: tollant bouem de armentis ⁊ libamentũ eius. similã oleo conspsa. bouẽ aut alterũ de armẽto tu accipies ꝑ pcto. ⁊ applicabis leuitas corã taberculo federis. ꝯuocato omni multitudĩe filioꝝ isrl'. Cũqꝫ leuite fuerĩt coraꝫ dño ponent filij isrl' manꝰ suas sup eos: ⁊ offeret aarõ leuitas munꝰ ĩ ꝯspectu dñi a filijs israhel: vt seruiãt in mĩsterio eiꝰ. Leuite q̃ꝫ ponẽt manꝰ suas sup capita boũ: e quibꝰ vnũ faciẽs ꝑ pcto. ⁊ alterũ in olocaustuꝫ dñi vt dep̃ceris ꝑ eis. Statuesqꝫ leuitas ĩ ꝯspectu aaron ⁊ filioꝝ eius ⁊ cõsecrabis oblatos dño: ac sepabis de medio filiorũ isrl' vt sint mei: et postea ingrediant̃ tabernaculũ federis: vt seruiãt mihi. Sicqꝫ purificabis ⁊ cõsecrabis eos in oblatõem

dñi: qñ dona donati sũt mihi a filijs isrl̃.
Pro primogenitis q̃ aperiũt oẽm vuluaz in israhel accepi eos. mea sũt eñ oĩa primogenita filioz israel: tam ex hoĩbꝫ q̃ ex iumẽtis. Ex die q̃ pcussi omne prĩogenitũ ĩ tra egipti. sãctificaui vos mihi ꝛ tuli leuitas p cũctis prĩogenitis filioz isrl̃. tradiditqꝫ eos dono aarõ ꝛ filijs ei⁹. ỏ medio ppli. vt seruiãt mihi p isrl̃ ĩ tabernaculo federis: ꝛ orẽt p eis ne sit in ppo plaga: si ausi fuerit accedere ad sãctuariũ. Fecerũtqꝫ Moyses ꝛ Aarõ ꝛ oĩs multitudo filioz israel sup leuitis q̃ pcepat dñs Moysi. purificatiqꝫ sũt et lauerũt vestimenta sua. Eleuauitqꝫ eos Aaron ĩ ꝓspectu dñi et orauit p eis: vt purificati ingrederẽtur ad offitia sua in tabernaculũ federis coram Aarõ ꝛ filijs ei⁹. sicut pcepat dñs Moysi de leuitis: ita factũ est. Locutus est dominus ad moysen dicens. hec est lex leuitarũ. A vigintiquinqꝫ ãnis ꝛ supra ingredient: vt mĩstrent ĩ tabernaculo federis. Cũqꝫ quinquagesimũ annũ etatis impleuerint: fuire cessabũt. erũtqꝫ mĩstri fratruz suoz in tabernaculo federis. vt custodiãt que sibi fuerit ꝓmendata. opa autẽm ipsa nõ faciant. sic dispones leuitas in custodys suis.

Capitulum. IX.

LOcutus est domin⁹ ad Moysen ĩ deserto sỹnai. ãno scdo postq̃ egressi sũt de tra egipti mẽse prio: dicẽs. Faciãt filij isrl̃ phase ĩ tpe suo: q̃rtadecia die mẽsis hui⁹ ad vesperaz: iuxta oẽs ceremonias ꝛ iustificatões ei⁹. Precepitqꝫ Moyses filijs isrl̃: vt facerent phase. Qui fecerũt tpe suo q̃rtadecia die mẽsis ad vespam ĩ monte sỹnai iuxta oĩa q̃ mãdauerat dñs Moysi fecerũt filij isrl̃. Ecce aũt q̃dam ĩmũdi sup aĩa hoĩs: q̃ nõ potẽrãt facẽ phase ĩ die illo: accedẽtes ad Moysen ꝛ Aaron. dixerũt eis. Immundi sum⁹ sup aĩa homĩs. quare fraudamur vt nõ valeam⁹ offerre oblatõnem dño in tpe suo inter filios isrl̃? Quibꝫ rñdit Moyses. state vt ꝓsulã quid pcipiat dñs de vobis. Locutusqꝫ ẽ dñs ad Moysen dicẽs. Loq̃re filijs israhel. hõ qui fuerit ĩmund⁹ sup aĩa siue in via pcul in gente vra. faciat phase dño in mense secũdo quartadecia die mẽsis ad vespam. cũ azimis ꝛ lactucis agrestibꝫ comedẽt illud. Nõ relinquẽt ex eo q̃piam vsqꝫ mane ꝛ os eius nõ confringent oẽz ritũ phase obseruabũt. siq̃s aũt ꝛ mũdus ẽ ꝛ ĩ itinere nõ fuit. ꝛ tñ nõ fecit phase. exterminabit̃ aia illa de ppliis suis. qz sacrifitiũ dño nõ obtulit tpe suo. Peccatuz suũ ipe portabit. Peregrin⁹ q̃qꝫ ꝛ aduena si fuerit apud vos: facient phase dño iuxta ceremonias ꝛ iustificatões suas. Preceptũ idem erat apud vos tam aduene q̃ indigene. Igit̃ die q̃ erectũ est tabernaculũ operuit illud nubes. A vespera aũt sup tentoriũ erat quasi spẽs ignis vsqꝫ ad mane. Sic fiebat iugiter. Per diez operiebat illud nubes. ꝛ per noctẽ q̃si spẽs ignis. Cũqꝫ ablata fuisset nubes q̃ tabernaculũ ptegebat. tũc pficiscebant̃ filij isrl̃. et ĩ loco vbi stetisset nubes ibi castrametabãt̃. ad imperiũ dñi pficiscebant̃. ꝛ ad impiuz illi⁹ figebãt tabernaculũ. Cũctis diebꝫ q̃bus stabat nubes sup tabernaculũ manebãt ĩ eodez loco. etsi euenisset vt mltꝫ tpe maneret sup illud. erãt filij isrl̃ ĩ excubijs domi. ꝛ nõ pficiscebant̃ quotq̃t diebꝫ fuisset nubes sup tabernaculũ. ad impiũ dñi erigebãt tentoria. ꝛ ad imperiũ illi⁹ deponebãt. Si fuisset nubes a vespere vsqꝫ ad mane. ꝛ statim diluculo tabernaculũ reliquisset: pficiscebant̃. etsi p⁹ die ꝛ noctẽ recessisset: dissipabãt tentoria. Si vo biduo aut vno mense vel longiori tpe fuisset sup tabernaculũ: manebãt filij isrl̃ in eodẽ loco: ꝛ nõ pficiscebant̃. statim aũt vt recessisset: mouebãt castra. Per verbũ dñi figebãt tentoria. ꝛ p verbũ illi⁹ pficiscebantur: erantqꝫ in excubijs dñi iuxta imperium ei⁹ per manũ Moysi.

Ca. X.

LOcut⁹ est dominus ad Moysen: dicẽs. Fac tibi duas tubas argẽteas ductiles q̃bꝫ ꝓuocaẽ possis mltitudinẽ q̃n mouẽda sũt castra. Cũqꝫ increpueris tubis: congregabit̃ ad te oĩs turba ad ostiũ tabernacli federis. Si semel clanxeris: venient ad te prĩcipes ꝛ capita multitudinis israhel. Si aũt plixior atqꝫ consciſus clangor increpuerit: mouebunt castra primi qui sunt ad orientalez plagã. In scdo aũt sonitu ꝛ pari vlulatu tube leuabãt tentoria qui habitãt ad meridiẽ: ꝛ iuxta hunc modũ reliqui faciant vlulãtibus tubis in pfectõne. Quãdo aũt congregandus ẽ populus: simplex tubaz

clangor erit. ⁊ nõ concise vlulabunt. Filij aũt Aarõ sacerdotis clangẽt tubis. eritq; hoc legittimũ sempiternũ ĩ generatõnibꝫ vr̃is. Si exierit̃is ad bellũ de terra vr̃a cõ tra hostes q̃ dimicãt aduersũ vos. clange tis vlulantibꝫ tubis. ⁊ erit recordatio vr̃i corã dño deo vr̃o. vt eruami de manibꝫ in imicorꝫ vr̃orꝫ. Si qñ hẽbitis epulũ ⁊ dies vr̃os ⁊ kalẽdas. canetis tubis sup olocau stis ⁊ pacificis victimis. vt sint vobis ĩ re cordatõem dei vr̃i. Ego dñs deus vr̃. Anno scõo mẽse scõo vicesima die mẽsis ele uata ẽ nubes ꝺ tabernaculo federis. Pro fectiq; sũt filij isrl̃ p turmas suas de deser to sy̓nai: ⁊ recubuit nubes ĩ solitudĩe pha ran. Mouerũtq; castra p̃mi iuxta impiuz dñi ĩ manu Moy̓si. filij iuda p turmas su as. q̃rũ p̃ceps erat Naason fili⁹ ammina dab. In tribu filiorꝫ y̓sachar fuit p̃ceps nathanael fili⁹ suar. in tribu zabulõ erat p̃ceps eliap fili⁹ elon. Depositũq; ẽ taber naculũ. qꝺ portantes egressi sũt filij ger son ⁊ merari. Profectiq; sũt ⁊ filij ruben p turmas ⁊ ordinẽ suũ. quorꝫ princeps erat elisur fili⁹ sedeur. In tribu aũt filiorꝫ sy̓me on p̃ceps fuit salamiel fili⁹ surisaddaÿ. porro ĩ tribu gad erat p̃ceps eliasaph fi lius duel. Profectiq; sũt ⁊ caathite. por tantes sãctuariũ. tamdiu tabernaculum portabaẽ: donec venirẽt ad erectõis locũ Mouerũt castra ⁊ filij ephraim p turmas suas. ĩ q̃ꝝ exercitu p̃ceps erat elisama fi li⁹ ammiud. In tribu aũt filiorꝫ manasse p̃ceps fuit Gamaliel fili⁹ phadassur. ⁊ ĩ tribu beniamĩ erat dux abidan fili⁹ gedeo nis. Nouissimi castrorꝫ oĩm pfecti sũt filij dan p turmas suas: ĩ quorꝫ exercitu p̃ceps fuit abiezer fili⁹ ammisaddaÿ. In tribu aũt filiorũ aser erat p̃ceps phagaiel filius achran. ⁊ ĩ tribu filiorꝫ neptalĩ p̃ceps fuit abira fili⁹ henan. Hec sũt castra ⁊ pfectõnes filiorũ isrl̃ p turmas suas q̃ egrediebanẽ. Dixitq; Moy̓ses Hobab filio raguelis madianiti cognato suo. pficiscimur ad locũ q̃ dñs datur⁹ est nobis. ve ni nobiscũ vt bñfaciamus tibi. q̃ dñs bo na pmisit israheli. Cui ille rñdit. Nõ vadã tecũ: sꝫ reuertar ĩ terram meã ĩ qua nat⁹ sum. Et ille. noli inquit nos reliquere: tu em̃ nosti ĩ quibꝫ locis p desertũ castra po nere debeam⁹: et eris ductor noster. Cũq;

nobiscũ veneris: quicqꝺ optimũ fuerit ex opibus quas nobis traditur⁹ ẽ dñs dabi mus tibi. Profectiq; sũt ergo de mõte do mini viaꝫ triũ dierũ: archaq; federis dñi p̃cedebat eos p dies tres. puidens castro rũ locũ. Nubes q̃ꝫ dñi sup eos erat p diem cũ ĩcederent. Cũq; eleuaret̃ archa dicebat Moy̓ses. Surge dñe ⁊ dissipent̃ ĩimici tui ⁊ fugiãt q̃ oderũt te a facie tua. Cũ autez deponeret̃: aiebat. Reuertere dñe ad mꝝ titudinẽ exercitus isrl̃. Ca. XI.

Nterea ortũ ẽ murmur pl̃i: q̃si dolentiuz p labore contra dñm. Qꝺ cũ audisset iratus ẽ ⁊ ac census ĩ eos ignis dñi deuorauit extremã castrorꝫ p̃tẽ. Cũq; clamasset pl̃s ad moy̓ sen: orauit Moy̓ses ad dñm et absorpt⁹ est ignis. Vocauitq; nomẽ loci illi⁹ incensio. eoq; succensus fuisset contra eos ignis do mini. Vulgus q̃ppe p̃miscuũ qꝺ ascẽderat cũ eis. flagrauit desiderio carniũ sedens et flens. iũctis sibi pariter filijs israel: ⁊ ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium q̃s comedebam⁹ in egipto gratis ĩ monte nobis veniũt cucu meres ⁊ pepones. porriq; et cepe et allia. Aia nostra ariꝺa ẽ. nihil aliud respitiũt oculi nostri nisi man. Erat autẽ man q̃si semẽ coriãdri. coloris bedellij. Circuibat q; pl̃us. et colligẽs illud frangebat mola siue terebat ĩ mortario. coquens ĩ olla et faciẽs ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cũq; descẽderet nocte supra castra ros. descendebat pariter et man. Audiuit ergo ⁊ Moy̓ses flentẽ pl̃m p familias: sin gulos p ostia tẽtorij sui. Iratusq; ẽ furor dñi valde: sed ⁊ moy̓si ĩtolleranda res visa est. ⁊ ait ad dominum. Cur afflixisti seruũ tuum? Quare nõ inuenio grãm coram te? Et cur imposuisti pondus vniuersi popu li huius super me? Nunquiꝺ ego concepi omnẽ hanc multitudinem vel genui eaz: vt dicas mihi. porta eos ĩ sy̓nu tuo (sicut portare solet nutrix infantulum) et defer ĩ terram p qua iurasti patribus eorũ. Vnde mihi carnes: vt dez tante multitudi. Flẽt cõtra me dicẽtes. Da nobis carnes vt co medam⁹. Nõ possũ solus sustinere omnẽ hũc pl̃m: q̃ grauis⁹ mihi est. Sin aliter ti bi videt̃: obsecro vt interfitias me et in ueniam graciam in oculis tuis. ne tantis

afficiar malis. Et dixit dominꝰ ad Moyſen. Cõgrega mihi ſeptuagĩta viros de ſenibꝫ iſrl'. qs tu noſti q ſenes ꝓpli ſint ac mgri: ⁊ duces eos ad oſtiũ tabernaculi fœderis. faciesqꝫ ibi ſtare tecũ vt deſcendaz. et loqr tibi: ⁊ auferã de ſpũ tuo tradamqꝫ eis: vt ſuſtentẽt tecũ onꝰ ꝓpli. ⁊ nõ tu ſolꝰ gueris. Populo qꝫ dices. Sãctificamini. Cras comedetis carnes. Ego emĩ audiui vos dicere. Quis dabit nobis eſcas carniũ: Bene nobis erat ĩ egipto. Ut det vobis dñs carnes ⁊ comedatis. nõ vno die nec duobꝫ vl' quinqꝫ aut decem: nec viginti qdem: ſz vſqꝫ ad menſẽ dierũ: donec exeat ꝑ nares veſtras ⁊ vertãt in nauſeã: eo q repuleritis dñm q ĩ medio vr̃i eſt. ⁊ fleueritis coraz eo dicẽtes. quare egreſſi ſumꝰ ex egipto vt perirem⁹ in ſolitudine. Et ait moyſes ad dñm. Sexcenta milia peditũ hui⁹ ꝓpli ſũt Et tu dicis. dabo eis eſum carniuz menſe integro. Nũquid ouiũ ⁊ boũ multitudo cedet: vt poſſit ſufficere ad cibũ. vel oẽs piſces maris in vnũ cõgregabunt vt eos ſaciant. Cui rñdit dñs. Nũquid manꝰ dñi ĩualida eſt. Jam nũc videbis: vtrũ meꝰ ſermo ope ꝓpleat. Venit igit Moyſes ⁊ narrauit ꝓpło vba dñi: ꝙgregãs ſeptuaginta viros de senibꝫ iſrl': qs ſtare fecit circa tabernaculũ. Deſcenditqꝫ dñs ꝑ nubez: ⁊ locutus ẽ ad eũ. auferẽs de ſpũ q erat ĩ Moyſe: ⁊ dans ſeptuaginta viris. Cũqꝫ requieuiſſet ĩ eis ſpũs ꝓphetauerũt: nec vltra ceſſauerũt. Remãſerãt aũt ĩ caſtris duo viri quorũ vnus vocabat Heldad ⁊ alter Medad. ſupꝫ qs requieuit ſpũs: nã ⁊ ipi deſcripti fuerãt: ⁊ nõ exierant ad tabernaculũ. Cũqꝫ ꝓphetarẽt in caſtris: cucurrit puer ⁊ nũciauit Moyſi dicens. heldad ⁊ medad ꝓphetant in caſtris. Statim Joſue filius nun miſter Moyſi: ⁊ electꝰ e pluribus ait. Dñe mi Moyſes phibe eos. at ille quid inquit emularis ꝑ me: Quis tribuat vt oĩs ꝓpłus ꝓphetet. ⁊ det eis dñs ſpm̃ ſuuz: Reuerſuſqꝫ ẽ Moyſes ⁊ maiores natu iſrl' in caſtra. Ventus aũt egrediẽs a dño: arreptas trãs maze coturnices detulit ⁊ dimiſit in caſtra. itinere quantũ vno die cõfici potest ex omni pte caſtrorũ ꝑ circuituz: volabãtqꝫ in aere duobꝫ cubitis altitudie ſup terrã. Surgẽs ergo ꝓpłs totꝫ die illo ⁊ nocte ac die altero. ꝙgregauerũt coturnicũ. qui parũ decem chorꝫos: ⁊ ſiccauerũt eas ꝑ gyruz caſtrorũ. Adhuc carnes erãt in dentibꝫ eoꝝ. nec defecerat huiuſcemodi cibꝫ: ⁊ ecce furor dñi ꝙcitatus in ꝓplm percuſſit eũ plaga magna nimis. Vocatuſqꝫ ẽ ille locꝰ ſepulchra ꝙcupie. ibi emĩ ſepelierũt ꝓplm qui ꝺſiderauerat carnes. Egreſſi aũt de ſepulchris cõcupie venerũt ĩ aſſeroth: ⁊ manſerũt ibi. Ca. XII.

LOcutaqꝫ ẽ Maria ⁊ Aaron ꝛ Moyſen ꝓpter vxorez eius ethiopiſſã: ⁊ dixerũt. Num ꝑ ſolũ Moyſen locutꝰ eſt dñs. Nõne et nobis ſil'r eſt locutꝰ. Quod cũ audiſſet dñs iratꝰ eſt. Erat emĩ Moyſes vir mitiſſimꝰ ſup omnes hoies q morabanꝫ in terra. Statim locutus eſt ad eũ ⁊ Aaron ⁊ Mariã. Egredimĩ vos tres ad tabernaculũ fœderis. Cũqꝫ fuiſſent egreſſi: deſcendit dñs in columna nubis. ⁊ ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron ⁊ Mariã. Qui cũ eſſent: dixit ad eos. Audite ſermones meos. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi ĩ viſione appa rebo ei: vel ꝑ ſomniũ loqr ad illũ. Et ait. At nõ talis ſeruꝰ meus Moyſes: q in omĩ domo mea fideliſſimꝰ ẽ. Ore enim ad os loquar ei. Palam et nõ ꝑ enigmata ⁊ figuras dñm videt. Quare ergo nõ timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi. Iratuſqꝫ contra eos abiit. nubes qꝫ receſſit que erat ſuper tabernaculũ. Et ecce Maria apparuit candens lepra q̃ſi niꝛ. Cũqꝫ reſpexiſſet eã Aaron ⁊ vidiſſet pfuſã lepra ait ad Moyſen. Obſecro dñe mi. ne ĩponas nobis hoc pcm̃ qꝺ ſtulte cõmiſimus: ne fiat hec q̃ſi mortua. ⁊ vt abortiuuz qꝺ ꝓtcit de vulua matris ſue. Ecce iam mediũ carnis eiꝰ devoratum eſt a lepra. Clamauitqꝫ Moyſes ad dñm dicẽs. Deus obſecro ſana eã. Cui rñdit dñs. Si pater eiꝰ ſpuiſſet in faciem illiꝰ. nõne debuerat ſaltim septẽ diebꝫ rubore ſuffundi. Separet ſeptẽ diebꝫ extra caſtra: ⁊ poſtea reuocabit. Excluſa ẽ itaqꝫ Maria extra caſtra septẽ diebꝫ: ⁊ populus nõ eſt motus de loco illo: donec reuocata eſt Maria. Ca. XIII.

PRofectuſqꝫ ẽ populus de aſſeroth fixis tentoꝛijs ĩ deſerto pharã. Jbiqꝫ locutus ẽ dominꝰ ad Moyſen dicẽs. mitte viros qui cõſiderent

tꝛam chanaan quã datur? ſum filijs iſꝛl. ſingulos de ſingulis tribubꝫ ex ꝓncipibus. Fecit moyſes qđ dñs imperarat: ꝺ deſerto Pharan mittẽs ꝓncipes vizos: quozũ iſta ſũt nomina. De tribu rubẽ. ſemmua filiuz Zechur: de tribu ſymeon. Saphat filium uri: de tribu iuda Caleph filiũ iephone: de tribu Iſachar igal filium Joſeph: de tribu Ephraim oſee filiũ nũ: de tribu Beniamin phalti filiũ raphu: de tribu Zabulõ. geddibel filiũ ſodi: de tribu Joſeph ceptri manaſſe gaddi filiũ ſuſi: de tribu Dan amibel filiũ Gemalli: de tribu Azer ſechoz filium michael: ꝺ tribu Neptalim naabi filiũ bapſi: ꝺ tribu Gad gubel filiũ machi. Hec ſũt nomina vizoꝝ. quos miſit Moyſes ad conſiderandã tꝛam: vocauitqꝫ oſee filiũ nun Joſue. Miſit g̃ eos Moyſes ad ꝓſiderandã tꝛam chanaan: et dixit ad eos. Aſcẽdite per meridianã plagam. Cũqꝫ veneritis ad montes. ꝓſiderate tꝛam qualis ſit: et populũ qui habitatoz eſt eius. vtruz fortis ſit an ĩfirmus: pauci numeꝛo an plures: ipa tꝛa bona an mala: vrbes quales. murate an abſqꝫ muris: huius pĩguis an ſterilis. nemoꝛoſa an abſqꝫ arboꝛibꝫ. Cõfoꝛtamini et affertε nobis de fructibꝫ tꝛe. Erat autem tempus quando iam ꝓcoque vue veſci poſſunt. Cunqꝫ aſcendiſſent explorauerũt tꝛam a deſerto ſyn. vſqꝫ ad roob intrantibus emath. Aſcenderũtqꝫ ad meridiẽ ꝙ venerũt in Hebꝛon. vbi erant achimã ꝙ ſiſai ꝙ tolmai. filij Enach: nam hebꝛõ ſeptẽ annis ante Thanim vrbem egipti cõdita eſt. Pergenteſqꝫ vſqꝫ ad toꝛrẽtem botri abſciderunt palmitem cum vua ſua quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoqꝫ granatis ꝙ de ficis loci illius tulerunt ꝙ appellatus eſt Nebeleſcol id eſt toꝛrens botri eoqꝫ botrum poꝛtaſſent inde filij iſrabel Reverſiſqꝫ exploratoꝛes tꝛe poſt quadraginta dies omni regione circuita venerũt ad Moyſen ꝙ aaꝛon ꝙ ad omnẽ cetũ filioꝝ iſrl̃ in deſertũ Pharan qđ eſt in cades. Locutiqꝫ eis et omni multitudini oſtenderũt fructus tꝛe ꝙ narrauerũt: dicẽtes. Veni-mus in tꝛrã ad quã miſiſtis nos. que reuera fluit lacte ꝙ melle. vt ex his fructibus ꝓgnoſci poteſt: ſꝫ cultoꝛes foꝛtiſſimos habet et vrbes grãdes atqꝫ muratas. Stirpẽ enach vidim? ibi. Amalech habitat in meridie. Etheus et Jebuſeus et amorreus in mõtanis. Cananeus ꝺo moꝛat iuxta maꝛe. et circa fluenta iozdanis. Inẽ hec Caleph ꝓpeſcẽs murmur populi qui oꝛiebat ꝓtra Moyſen: ait. Aſcẽdamus et poſſideamus tꝛrã quoniã poterimus obtinere eã Alij ꝺo qui fuerant cum eo: dicebant. Nequaqꝫ ad hunc populum valemus aſcendere: quia foꝛtioꝛ eſt nobis. Detraxeruntqꝫ tꝛre quaz inſpexerãt apud filios iſrabel: dicentes. Terra quã luſtrauimus deuorat habitatoꝛes ſuos. Populus quẽ aſperim? procere ſtature eſt. Ibi vidimus monſtra quedã filiorũ Enach de genere gigantꝛo: quibus ꝓpati quaſi locuſte videbamur.

Capitulum .XIIII.

IBitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa: ꝙ murmurati ſunt contra Moyſen ꝙ Aaron cũcti filij iſrabel: dicẽtes. Utinã mortui eſſemus in egypto et non in hac vaſta ſolitudine. Utinã pereamus. et nõ indicat nos dominus in tꝛram iſtam: ne cadam? gladio. ꝙ vꝛoꝛes ac liberi noſtri ducantur captiui. Nõne melius ẽ reuerti in egiptũ: Dixerũtqꝫ alter ad alterũ. Conſtituamus nobis ducẽ. ꝙ reuertamur in egiptũ. Quo audito Moyſes ꝙ aaron ceciderunt ꝓni in tꝛram coram omni multitudine filioꝛum iſrabel. Atueꝛo Joſue filiꝰ nun. et Caleph filius Jephone. qui et ipſi luſtrauerãt tꝛram. ſciderunt veſtimẽta ſua. ꝙ ad omnem multitudinem filiorum iſrabel locuti ſũt. Terra quaz circuiuimus valde bona ẽ. Si ꝓpicius fuerit dominus inducet nos in eã ꝙ tradat humũ lacte ꝙ melle manantẽ. Nolite rebelles eſſe cõtra dñm. neqꝫ timeatis populũ tꝛre huius. qꝛ ſicut panez ita eos poſſumus deuorare. Receſſit ab eis omne ꝓſidium: dñs vobiſcum ẽ. nolite metuere. Cunqꝫ clamaret omnis multitudo ꝙ lapidibus eos vellet oppꝛimere. apparuit gloꝛia domini ſuper tectum federis. cunctis videntibꝫ filijs iſrabel. Et dixit dñs ad Moyſen. Uſqꝫquo ꝺtrahet mihi populus iſte. Quouſqꝫ non credent mihi in omnibꝫ ſignis que feci coram eis. Feriam igitur eos peſtilẽtia. atqꝫ cõſumam. tε aũt faciam ꝓncipem ſup gentẽ magnam et foꝛtioꝛem ꝙ hec eſt. Et ait Moyſes ad dñm. Ut audiãt egiptij de quoꝝ medio eduxiſti populum iſtum. ꝙ

6 tus

34

habitatores terre huius qui audierunt qd̄ tu dñe in ꝓpl'o isto sis. et facie videaris ad faciē ⁊ nubes tua ꝓtegat illos: ⁊ in colūna nubis p̄cedas eos ꝑ diē. et in colūna ignis ꝑ noctē. q̄ occideris tantā multitudinē q̄si vnū hoīem. et dicāt. Nō poterat introducē ꝓpl'm in terrā ꝓ qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudīe. Magnificet̄ g̊ fortitudo dñi sicut iurasti: dicens. Dñs paciēs et multe misericordie. ⁊ auferens iniquitatē et scelera. nullūq̄ innoxiū derelinq̄ns: qui visitas peccata p̄m in filios in tertiā et quartam generatōnem: dimitte obsecro peccatū ꝓpl'i tui huius ſm magnitudinem misericordie tue: sicut ꝓpitius fuisti egrediētib̄ de egipto vsq̄ ad locū istū. Dixitq̄ dñs. Dimisi iuxta verbū tuū viuo ego: et implebit̄ gl'ia dñi vniuersa terra. Attamē om̄es homīes qui viderūt maiestatē meā et signa que feci in egipto et in solitudine. et tēptauerunt me iā per decem vices nec obedierūt voci mee. nō videbunt terrā pro qua iuraui patrib̄ eoꝝ nec quisq̄ ex illis q̄ detraxit mihi intuebit̄ eam. Seruū meuz Caleph qui plenus alio spū secutus est me inducā in terrā hanc quā circuiuit. ⁊ semē eius possidebit eā: qm̄ amalechites ⁊ chananeus habitant in vallib̄. Cras mouete castra: et reuertimini in solitudinē ꝑ viaz maris rubri. Locutusq̄ ē dñs ad Moysen ⁊ aaron: dicēs. Vsq̄quo multitudo hec pessima murmurat ꝯtra me: Querelas filioꝝ israhel audiui. Dic ergo eis. Viuo ego ait dñs: sicut locuti estis audiēte me. sic faciā vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis et supra. et murmurastis ꝯtra me. non intrabitis terram sup̄ quam leuaui manū meam vt habitare vos facerem: p̄ter Caleph filium iephone. et iosue filiū nun. Paruulos autem vestros de quib̄ dixistis qd̄ prede hostib̄ forent introducam: vt videant terraz que vobis displicuit: vr̄a cadauera iacebūt in solitudine. Filij vestri erūt vagi in deserto ānis q̄draginta: ⁊ portabūt fornicatōem vr̄am. donec cōsument̄ cadauera p̄m in deserto: iuxta numerum quadraginta dieꝝ quib̄ ꝯsiderastis terrā. Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vr̄as: et scietis vltionem meā. Quoniam sicut locutus sū. ita faciā omni multitudini huic pessime. que ꝯsurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet et morietur. Igit̄ oēs viri quos miserat Moyses ad ꝯtemplandā terraz. et qui reuersi murmurare fecerant ꝯtra eum omnem multitudinē. Detrahentes terre q̄ esset mala: mortui sunt atq̄ ꝑcussiq̄ in ꝯspectu domini. Josue aūt filius Nun et Caleph filius iephone vixerunt ex omnib̄ qui ꝑrexerant ad ꝯsiderandā terram. Locutusq̄ est Moyses vniuersa verba hec ad om̄es filios israhel. et luxit ꝓpl's nimis. Et ecce mane p̄mo surgentes ascenderunt verticē montis atq̄ dixerunt. Parati sumus ascendere ad locū de quo dñs locutus est: q̄ peccauimus. Quib̄ Moyses. Cur inquit trāsgredimini verbū dñi. quod vobis nō cedet in ꝓspeꝝ: Nolite ascendere. non em̄ est dñs vobiscū: ne corruatis corā inimicis vr̄is. Amalechites ⁊ chananeus ante vos sunt quoꝝ gladio corruetis: eoq̄ nolueritis acquiescē dño: nec erit dñs vobiscū. At illi ꝯtenebrati. ascenderūt in verticem montis. Archa aūt testamenti dñi et Moyses non recesserunt de castris. Descenditq̄ Amalechites et chananeus q̄ habitant in monte: et ꝑcutiens eos atq̄ ꝯcidens. persecutus est eos vsq̄ horma.

Capitulum .XV.

Locutus est dominus ad Moysen: dicens. Loquere ad filios israhel. et dices ad eos. Cū ingressi fueritis terraz habitatōnis vr̄e quā ego dabo vobis. et feceritis oblatōnem domino in olocaustum. aut victimam pacificam vota soluentes. vel sponte offerentes munera. aut in solennitatib̄ vestris adolētes odorem suauitatis domino: de bobus siue de ouib̄ offeret quicunq̄ immolauerit victimam: sacrifitium simile decimam ꝑtem ephi ꝯspersam oleo. quod mēsuram habebit quartā ꝑtem hyn: et vinū ad libafundenda eiusdem mēsure dabit in olocaustum siue in victimā. Per agnos singulos et arietes erit sacrificiū simile duaꝝ decimaꝝ. que ꝯspersa sit oleo tertie ꝑtis hyn: et vinū ad libamentuz tertie ꝑtis eiusdem mēsure offeret in odorem suauitatis dño. Quando v̄o de bobus feceris olocaustum aut hostiā vt impleas votuz vel pacificas victimas: dab̄ ꝑ singl'os boues simile tres

decimas ꝓsperse oleo. quod habeat mediũ mensure hyn: et vinum ad liba fundenda eiusdem mensure in oblatõnem suauissimi odoris domino. Sic facietis per singulos boues et arietes et agnos et hedos: taz indigene q̃ peregrini eodem ritu offerẽt sacrificia. Unuz ꝑceptum erit atq; iuditium tam vobis q̃ aduenis terre. Locutus ẽ dominus ad Moysen: dicens. Loquere filijs israhel et dices ad eos. Cũ veneritis in terram quã dabo vobis. et ꝓmederitis de panibz regionis illius: separabitis primitias domino de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis: ita ꝛ de pulmentis dabitis primitias dño. Qsi p ignorantiã ꝑterieritis quicq̃ horũ que locutus est dñs ad Moysen. ꝛ mandauit p eũ ad vos. a die qua cepit iubere et vltra. oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulũ de armento olocaustum in odorem suauissimum domino et sacrificiũ eius ac liba vt ceremonie postulãt. hircumq; pro peccato: ꝛ rogabit sacerdos pro omni multitudine filioz israel ꝛ dimittetur eis. quoniam nõ sponte peccauerunt nihilominus offerentes incensum domino pro se et p peccato atq; erzore suo. et dimittetur vniuerse plebi filioz israhel. et aduenis qui peregrinantur inter vos: Quoniam culpa est omnis populi p ignorantiam. Qsi anima vna nesciens peccauerit. offeret caprã anniculã pro peccato suo: et deprecabitur pro ea sacerdos quod insscia peccauerit coram domino: impetrabitq; ei veniam. ꝛ dimittetur illi. Tam indigenis q̃ aduenis vna lex erit omniũ qui peccauerint ignorantes. Anima vo que p superbiam aliquid commiserit. sive civis sit ille sive peregrinus quoniam aduersus dominum rebellis fuit: peribit de populo suo. Verbum enim domini ꝓtempsit. et ꝑceptum illius fecit irritũ: idcirco delebitur ꝛ portabit iniquitatẽ suam. Factum est aũt cũ essent filij isral'in solitudie. et inuenissẽt hoiem colligentẽ ligna in die sabbati: obtulerunt eum Moysi et Aaron et vniuerse multitudini. Qui reclusserũt eũ in carcere nesciẽtes q̃d sup eo facere deberẽt. Dixitq; dñs ad Moysen. Morte moriat hõ iste: obruat eũ lapidibz omis turba extra castra. Cũq; eduxissent eũ foras obruerũt eum lapidibz. et mortuus ẽ sicut preceperat dñs.

Dixit quoq; dñs ad Moysen. loquere filijs israhel et dices ad eos. Ut faciant sibi fimbrias per angulos palliozz. ponẽtes in eis vittas iacinctinas. Quas cũ viderint: recordentur oim mãdatoz dñi. nec sequant cogitatõnes suas et oculos per res vanas fornicãtes: sz magis memores ꝑceptorum dñi: faciãt ea: sintq; sancti deo suo. Ego dominus deus vester. qui eduxi vos de terra egypti: vt essem de9 vester. Ca. XVI.

Ece autez Chore filius yssaar filij caath. filij leui ꝛ dathan atq; abiran filij eliab. Hon q̃z filio pheleth de filijs ruben surrexerũt contra Moysen: alijq; filioz israhel ducentiquinq̃ginta viri proceres synagoge. et qui tpe concilij per nomina vocabantur. Cũq; stetissent aduersũ Moysen et aaron: dixerũt. Sufficiat vobis quia omis multitudo sanctoz est. et in ipis est dominus. Cur eleuamini super populum domini: Quod cũ audisset Moyses cecidit pronus in faciem. locutusq; ad Chore ꝛ ad omnẽ multitudinẽ. Mane iquit notum faciet dominus qui ad se pertineãt. et sanctos applicabit sibi: ꝛ q̃s elegerit: approinquabũt ei. Hoc igit̃ facite. Tollat vnusquisq; thuribula sua tu chore et omne cõcilium tuum. et hausto cras igne ponite desuper thimiama corã domino: et quẽcunq; elegerit. ipe erit sanctus. Multũ erigimini filij Leui. Dixitq; rursũ ad Chore. Audite filij Leui. Num paz vobis est q̃ separauit vos deus israhel ab omni populo: ꝛ iunxit sibi vt fruiretis ei in cultu tabernaculi: ꝛ staretis coram frequentia populi et ministraretis ei. Idcirco ad se fecit accedere te et omes frres tuos filios Leui. vt vobis etiam sacerdotiũ vendicetis. et omnis globus tuus stet ꝓtra dominuz. Quid est enim Aaron vt murmuretis cõtra eũ: Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan et abiran filios eliab. Qui respondere runt. Non venimus. Nunquid parum est tibi q̃ eduxisti nos de terra egypti que lacte et melle manabat vt occideres in deserto: nisi ꝛ dominatus fueris nostri. Reuera induxisti nos in terram que fluit riuis lactis et mellis: et dedisti nobis possessiones agrorum et vinearum. An et oculos nzos vis eruere: Non venimus. Iratusq; Moy-

ses valde. Ait ad dominũ. Ne respicias sacrificia eorum. Tu scis q̃ nec asellu3 quidem vnq̃ acceperim ab eis. nec afflixerim quẽpiam eoꝝ. Dixitq3 ad chore. Tu ⁊ omnis ꝯgregatio tua state seorsum coram domino et Aaron die crastino sepatim. Tollite singuli thuribula vestra. et ponite sup ea incensũ offerentes dño ducentaquinq̃ginta thuribula. Aaron q̃3 teneat thuribulum suũ. Qd̃ cum fecissent stantib3 Moÿse et Aaron. et coaceruassent aduersum eos omnez multitudinẽ ad ostiũ tabernaculi: apparuit cũctis gloria dñi. Locutusq3 dñs ad Moÿsen ⁊ aaron: ait. Sepamini de medio ꝯgregatõnis huius: vt eos repente disperdaz. Qui ceciderũt pni in faciem. atq3 dixerũt. Fortissime deus spirituũ vniuerse carnis. num vno peccante ꝯtra omnes tua ira deseuiet? Et ait dñs ad Moÿsen. p̃cipe vniuerso populo vt sepetur a tabernaculis Chore et dathan ⁊ abiran. Surrexitq3 Moÿses ⁊ abyt ad dathan ⁊ abiran. ⁊ sequẽtib3 eũ senioribꝫ isrl̃ dixit ad turbã. Recedite a tabernaculis impioꝝ: et nolite tãgere que ad eos ꝑtinent. ne ĩuoluamini in peccatis eoꝝ. Cunq3 r̃cessissent a tentorijs eoꝝ per circuitũ. Dathan ⁊ abiran egressi stabant in introitu papilionuz suaꝝ. cum vxorib3 ⁊ liberis. om̃iq3 frequentia. Et ait Moÿses. In hoc scietis q̃ dominus miserit me: vt facerem vniuersa que cernitis. ⁊ nõ ex ꝓprio ea corde protulerim. Si ꝯsueta hominum morte interierĩt. ⁊ visitauerit eos plaga qua ⁊ ceteri visitari solent: nõ misit me dominus. Sinautem nouam rem fecerit dominus. vt aperiẽs terra os suum degluciat eos et om̃ia que ad illos pertinẽt descenderintq3 viuentes in infernum. scietis q̃ blasphemauerint dominũ. Cõfestim igitur vt cessauit loqui dirupta ẽ terra sub pedib3 eorum: et aperiens os suum deuorauit illos cũ tabernaculis suis. ⁊ vniuersa substantia eoꝝ. Descenderuntq3 viui in infernum operti humo: ⁊ perierũt de medio mltitudinis. Atuero om̃is israhel qui stabat per girum fugit a clamore pereuntiũ: dicẽs. Ne forte et nos terra degluciat. Sed et ignis egressus a domino interfecit ducẽtosquinquaginta viros qui offerebãt incensum.

Capitulum .XVII.

Locutusq3 est dominus ad Moÿsen: dicẽs. Precipe eleazaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thuribula que iacent in incẽdio. et ignem huc illucq3 dispergat: qm̃ sanctificata sunt in mortib3 peccatorum: producatq3 ea in laminas. et affigat altari. eoq̃ oblatuz sit in eis ĩcensum domino ⁊ sanctificata sint: vt cernant ea pro signo ⁊ monimento filij israhel. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula enea. in quib3 obtulerãt hi quos incendium deuorauit. et ꝓduxit ea in laminas affigens altari. vt haberẽt postea filij israhel quibus ꝯmonerẽtur: ne quis accedat alienigena et qui nõ est de semine Aaron. ad offerendum incensum dño: ne paciatur sicut passus est Chore. et om̃is ꝯgregatio eius loquente domino ad Moÿsen. Murmurauit autem omnis multitudo filioꝝ israhel sequenti die contra Moÿsen et Aaron: dicens. Vos interfecistis populũ domini. Cunq3 oriretur seditõ ⁊ tumultus incresceret. Moÿses et Aaron fugerũt ad tabernaculũ federis. Qd̃ postq̃ ĩgressi sũt operuit nubes: et apparuit gloria dñi. Dixitq3 dominus ad Moÿsen. Recedite d̃ medio huius multitudinis: etiam nũc delebo eos. Cunq3 iacerent in terra dixit Moÿses ad Aaron. Tolle thuribulũ. ⁊ hausto igne de altari mitte incensum desuper. pergens cito ad populũ: vt roges pro eis. Jam em̃ egressa est ira a domino. et plaga deseuit. Qd̃ cũ fecisset aaron. ⁊ cucurrisset ad mediam multitudinẽ quam iam vastabat incẽdiũ obtulit thimiama. ⁊ stãs inter mortuos ac viuentes pro populo deprecatus ẽ et plaga cessauit. Fuerunt autem qui percussi sũt quatuordecim milia hominum et septingenti: absq3 his qui perierant in seditione chore. Reuersusq3 ẽ Aaron ad Moÿsen ad ostiũ tabernaculi federis. postq̃ q̃euit interitus. Et locutus est dominus ad Moÿsen: dicens. Loquere ad filios isrl̃. et accipe ab eis virgas singulas ꝑ cognatões suas a cunctis principib3 tribuum virgas duodecim: et vniuscuiusq3 nomẽ superscribes virge sue. Nomẽ autem Aaron erit in tribu Leui: et vna virga cunctas eoꝝ familias cõtinebit: ponesq3 eas in tabernaculo federis coram testimonio vbi loquar

ad te. Quez ex his elegero germinabit v̄ga eius: ⁊ cohibebo a me querimonias filiorꝝ israhel. quibus contra vos murmurāt. Locutusqꝫ est Moÿses ad filios israhel. ⁊ dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus. Fuerūtqꝫ virge duodecim absqꝫ virga Aaron. Quas cū posuisset Moÿses corā domino in tabernaculo testimonij sequenti die regressus inueīt germīasse virgam Aaron in domo Leui. ⁊ turgentibus gemmis eruperāt flores: qui folijs dilatatis in amigdalas deformati sūt. Protulit ergo Moÿses omnes virgas de ꝯspectu dñi ad cunctos filios israhel: viderunt-qꝫ ⁊ receperūt singuli virgas suas. Dixitqꝫ dñs ad Moÿsen. Refer virgam Aaron in tabernaculū testimonij. vt seruet̄ ibi in signum rebellium filiorum israhel. ⁊ quiescant querele eorum a me ne moriant̄. Fecitqꝫ Moÿses sicut preceperat dñs. Dixerūtqꝫ autem filij israhel ad Moÿsen. Ecce ꝯsumpti sumus: om̄es peribimus. Quicūqꝫ accedit ad tabernaculuz domini: morit̄ Num vsqꝫ ad internitōnem cuncti delendi sumus.

Capitulum .XVIII.

Dixitqꝫ dominus ad Aaron. Tu et filij tui et domus p̄ris tui tecū portabitis iniquitatē sāctuarij et tu et filij tui simul sustīebitis peccata sacerdotij vestri. Sed et fr̄es tuos de tribu Leui ⁊ sceptro patris tui sume tecū. prestoqꝫ sint et ministrent tibi. Tu autē et filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntqꝫ leuite ad precepta tua. et ad cuncta opa tabernaculi: ita dūtaxat vt ad vasa sanctuarij et altare non accedant ne et illi moriant̄. et vos ꝑeatis simul. Sint aūt tecum et excubent in custodijs tabernaculi. et ī om̄ibꝫ ceremonijs eius alienigena non miscebit̄ vobis. Excubate in custodia sanctuarij. et in mīsterio altaris: ne oriatur indignatō super filios isrl̄. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorum israhel: et tradidi domū domino. vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autem et filij tui custodite sacerdotium vestrum: et omnia que ad cultum altaris pertinent. et intra veluz sunt ꝑ sacerdotes āmīstrabunt̄. Si quis externus accesserit: occidetur. Locutus est dñs ad Aaron. Ecce dedi tibi custodiam primitiaꝝ mearū. Omnia que sanctificantur a filijs israhel tibi tradidi ⁊ filijs tuis. ꝑ officio sacerdotali legittima sempiterna. Hec ergo accipies d̄ his que sanctificant̄ ⁊ oblata sunt domino. Omnis oblatō et sacrificium. et quicquid pro peccato atqꝫ delicto redditur mihi. et cedet in sancta sanctorū tuum erit et filiorum tuorū. In sanctuario comedes illud. Mares tm̄ edent ex eo: quia ꝯsecratum est tibi. Primitias autem quas vouerint et obtulerint filij israhel: tibi dedi et filijs tuis ac filiabꝫ tuis iure ꝑpetuo. Qui mūdus est in domo tua: vescetur eis. Omnē medullā olei et vini ac frumenti. quicquid offerunt primitiaꝝ domino: tibi dedi. Uniuersa frugum initia que gignit humus et domino d̄portātur: cedēt in vsus tuos. Qui mūdus est in domo tua vescet̄ eis. Omne quod ex voto reddiderint filij israhel: tuum erit. Quicquid primuz erumpit e vulua cuncte carnis quam offerūt domino. siue ex hominibꝫ siue de pecoribꝫ fuerit: tui iuris erit. ita dumtaxat vt pro hominis primogenito pretiū accipies ⁊ omne animal quod īmundum est redimi facias: cuius redemptio erit post vnū mēsem: siclis argēti quinqꝫ pondere sanctuarij. Siclus viginti obulos habet. Primogenitū aūt bouis ⁊ ouis ⁊ capre nō facies redimi quia sanctificate sunt domino. Sāguinez tm̄ eoꝝ fundes super altare: ⁊ adipes adolebis in suauissimum odorem dño. Carnes v̄o in vsum tuum cedent: sicut pectusculum ꝯsecratum et armus dexter tua erunt. Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij israhel dño: tibi dedi et filijs ac filiabꝫ tuis iure ꝑpetuo. Pactuz salis ē sempiternū corā dño tibi ac filijs tuis. Dixitqꝫ dñs ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis: nec hēbitis partem inter eos. Ego ꝑs ⁊ hereditas tua in medio filiorum isrl̄. Filijs autez Leui dedi om̄es decimas israhelis in possessionē. pro ministerio quo ꝑuiūt mihi in tabernaculo federis: vt nō accedāt vltra filij isrl̄ ad tabernaculū nec ꝯmittant peccatū mortifeꝝ: solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibꝫ et portantibꝫ peccata populi: legittimū sempiternū erit in generatōnibꝫ v̄ris. Nihil aliđ possidebūt decimaꝝ oblatione cōtenti: q̄s

de decimis

in vsus eorum et necessaria sepaui. Locutusq; est dñs ad Moysen: dicens. Precipe leuitis atq; denũcia. Cum acceperitis a filijs israbel decimas quas dedi vob: primitias eaq; offerte dño. id est decimã partem decime: vt reputẽ vobis in oblatõem primitiuoq;: tam de areis q̃ de torcularibo et vniuersis quoq; accipitis primitias offerte domino. et date ea Aaron sacerdoti. Omnia q̃ offeretis ex decimis. et in donaria dñi separabitis: optima et electa erunt. Diceisq; ad eos. Si preclara et meliora queq; obtuleritis ex decimis. reputabit̃ vobis q̃si de area et torculari dederitis primitias: et ꝓmedetis eas in omnibo locis vestris. tam vos q̃ familie vestre: qz precium est pro ministerio q̃ seruitis in tabernaculo testimonij: et nõ peccabitis sup hoc. egregia vobis et pinguia reseruantes: ne polluatis oblatõnes filiorum israbel. et moriamini.

Capitulum .XIX.

Locutusq; est dominus ad Moysen et aaron: dicẽs. Ista ẽ religio victime quam ꝓstituit dñs Precipe filijs israbel. vt adducãt ad te vaccã rufam etatis integre in q̃ nulla sit macula. nec portauerit iugũ: tradetisq; eã eleazaro sacerdoti. Qui eductaq; extra castra immolabit in ꝓspectu omnium: et tinguẽs digitum in sanguine eius. asperget cõtra fores tabernaculi septem vicibo: ꝓburetq; eam cunctis videntibo: tam pelle et carnibus q̃ sanguine et fimo flamme trabitis. Lignum quoq; cedrinũ et ysopum coccũq; bistinctum sacerdos mittet in flammaq; que vaccam vorat. Et tũc demum lotis vestibo et corpore suo. ingredietur in castra ꝓmaculatusq; erit vsq; ad vesperam. Sozet ille qui ꝓbusserit eam lauabit vestimenta sua et corpus. et immundus erit vsq; ad vesperam. Colliget autem vir mundus cineres vacce et effundet eos extra castra in loco puriſſimo: vt sint multitudini filiorum israbel in custodiam et in aquam asperſionis: quia pro peccato vacca combusta est. Cũq; lauerit qui vacce portauerat cineres vestimenta sua: immundus erit vsq; ad vesperum. Habebũt hoc filij israbel et aduene qui habitant inter eos sanctũ iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hoĩs et ꝓpter hoc septem diebo fuerit immũdus. asperget ex hac aqua die tertio et septimo: et sic mundabitur. Si die tertio asperſus nõ fuerit septimo non poterit emũdari. Omnis qui tetigerit humane anime mortici-num et asperſus ex hac ꝓmixtõne nõ fuerit: polluet tabernaculum domini. et peribit ex israbel. Quia aqua expiatõnis nõ ẽ asperſus immundus erit: et manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediũtur tentorium illius et vniuersa vasa que ibi sunt polluta erunt septem diebo. Vas quod nõ habuerit operculum nec ligaturam ꝺsuper immundum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi homĩs. aut per se mortui. siue os illius vel sepulcruz: immũdus erit septem diebo. Tollent de cineribo ꝓbustionis atq; peccati. et mittent aquas viuas super eos in vas: in quibo cũ homo mundus tinxerit ysopum. asperget ex eo omne tentorium et cunctam supellectilem. et homines huiuscemodi ꝓtagione pollutos: atq; hoc modo mũdus luſtrabit imundum tertio et septimo die. expiatusq; die septimo lauabit et se et vestimẽta sua et immundus erit vsq; ad vesperam. Si qs hoc ritu non fuerit expiatus. peribit aĩa illius de medio ecclesie: qz sanctuarium domini pollut: et non est aqua luſtrationis asperſus. Erit hoc preceptũ legittimũ sempiternum. Ipe quoq; qui aspergit aquas. lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis: immũdus erit vsq; ad vesperam. Quicquid tetigerit imũdus immundum faciet: et anima que hoc quippiam tetigerit. imunda erit vsq; ad vesperam.

Capitulum .XX.

Cenerunt̃q; filij israbel et omnis multitudo in desertũ sin mense primo et mansit populus in cades. Mortuaq; ẽ ibi maria. et sepulta in eodem loco. Cũq; indigeret aqua populus ꝓuenerũt aduersum Moysen et aaron: et versi in seditõem: dixerũt. Vtinam periſſemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiã domini in solitudinem: vt et nos et nostra iumẽta moriamur. Quare nos fecistis ascẽdere ꝺegipto. et adduxistis ad locũ istum pessimũ qui seri nõ potest: qui nec ficũ gignit. nec vineas nec

malogranata: insup et aquā nō habet ad bibendū. Ingressusq; Moyses et aaron dimissa multitudine in tabernaculū federis corruerūt proni in terrā: clamauerūtq; ad dñm atq; dixerūt. Domine deus audi clamorem populi huius. ⁊ aperi eis thesaurꝝ tuū fontē aque viue: vt saciati cesset murmuratō eorꝝ. Et apparuit gloria dñi super eos. Locutusq; est dñs ad Moysen: dicēs. Tolle virgā et ꝯgrega ꝑplm tu ⁊ Aaron frꝫ tuus. et loquimini ad petraz coram eis: et illa dabit aquas. Cunq; eduxeris aquā de petra. bibet omis multitudo ⁊ iumta eiꝰ. Tulit igit Moyses virgā qui erat in ꝯspectu dñi sicut preceperat ei. ꝯgregata multitudine ante petram: dixitq; eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Num de petra hac vobis aquā poterimus eijcere. Cūq; eleuassz Moyses manum percutiens virga bis silicem. egresse sūt aque largissime: ita vt populus biberet et iumenta. Dixitq; dñs ad Moysen ⁊ aaron. Quia nō credidistis mihi vt sāctificaretis me coram filijs isrl nō introducetis hos populos in terram quaz dabo eis. Hec est aqua ꝯtradictionis. vbi iurgati sunt filij israhel ꝯtra dominum: et sanctificatus est in eis. Misit interea nuncios Moyses de cades ad regē edom qui dicerent. Hec mādat frater tuus israhel. Nosti omnē laborē qui apprehendit nos. quomodo descēderint patres nostri in egiptū. et hītauerimus ibi multo tpe. afflixerintq; nos egiptij ⁊ patres nostros. ⁊ qūo clamauerimus ad dominū et exaudierit nos miseritq; angelum qui eduxerit nos ꝺ egipto. Ecce in vrbe cades que est in extremis finibꝰ tuis positi: obsecramus vt nob trāsire liceat per tuam terrā. Non ibimus per agros nec ꝑ vineas: non bibemus aquas ꝺ puteis tuis: sed gradiemur via publica. nec ad dexteram nec ad sinistram declinātes: donec trāseamus terminos tuos. Cui rñdit Edom. Non trāsibis ꝑ me. Alioquin armatus occurrā tibi. Dixerūtq; filij isrl. Per tritam gradiemur viam: etsi biberimus aquas tuas nos et pecora nostra. dabimus qꝺ iustum est. Nulla erit in precio difficultas tm̄ velocit transeamus. At ille rñdit. Non transibitis. Statimq; egressus est obuius cū infinita multitudine ⁊ manu forti: nec voluit acquiescē depcanti. vt ꝯcederet transitum ꝑ fines suos. Quobrem diuertit ab eo isrl. Cūq; castra mouissent de cades. venerūt in montē or. qui ē in finibus terre edom. vbi locutꝰ est dñs ad Moysen: dicēs. Pergat inquit aaron ad populos suos. Non em̄ intrabit terrā quaz dedi filijs israhel: eoq; īcredulus fuerit ori meo ad aq̄s ꝯtradictōnis. Tolle aaron et filiuz eius cū eo: et duces eos in montē or. Cūq; nudaueris pr̄em veste sua. indues ea eleazarꝝ filiū eius: et aaron colliget. ⁊ moriet ibi. Fecit Moyses vt p̄ceperat dñs: et ascēderūt in montem or. coram omni multitudine. Cūq; aaron spoliasset vestibꝰ suis. induit eis Eleazarꝝ filium eius. Illo mortuo in montis supcilio: descendit cū Eleazaro Omnis autē multitudo videns occubuisse Aaron: fleuit super eo triginta diebꝰ per cunctas familias suas.

Capitulum .XXI.

Quod cuz audisset Chananeꝰ rex arad. qui habitabat ad meridiē. venisse scilicet israhel per exploratorꝝ viam. pugnauit ꝯtra illum: ⁊ victor existens. duxit ex eo predam. At isrl voto se domino obligās: ait. Si tradideris populum istum in manu mea: delebo vrbes eius. Exaudiuitq; dñs preces israhel. ⁊ tradidit chananeū: quē ille interfecit subuersis vrbibus eius: ⁊ vocauit nomen loci illius orma. id est anathema. Profecti sūt autem et de monte or. per viā que ducit ad mare rubrum: vt circuirent terraz edom. Et tedere cepit populum itineris ac laboris: Locutusq; cōtra dñm et Moysen: ait. Cur eduxisti nos de egipto: vt moriemur in solitudine: Deest panis: nō sunt aque: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quobrem misit dñs in populum ignitos serpentes: ad quorꝝ plagas ⁊ mortes plurimorum venerūt ad Moysen atq; dixerunt. Peccauimus: quia locuti sumꝰ contra dominū et te. Ora vt tollat a nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo. Et locutus est dominus ad eum. Fac serpentem eneum: ⁊ pone eum pro signo. Qui ꝑcussus aspexerit euz: viuet. Fecit ḡ Moyses serpentem eneum: et posuit eum pro signo. Quem cum percussi aspicerent: sanabant. Profectiq; filij israhel: castrametati sūt in oboth. Uñ egressi fixere tētoria

in ieabarim in solitudine q̃ respicit mabo: ꝓtra orientalem plagam: et inde mouẽtes venerũt ad torrentẽ zareth. Quẽ relinquẽtes castrametati sunt ꝓtra arnon. q̃ est in deserto. et prominet in finib⁹ amorrei. Siquidẽ arnon terminus ẽ Moab: diuidens moabitas ⁊ amorreos. Unde dicitur in libro bellor dñi. Sicut fecit in mari rubro sic faciet in torrentib⁹ arnon. Declinauit torrentiũ inclinati sunt vt requiescerent in arnon et recũberent in finib⁹ moabitar. Ex eo loco apparuit puteus. sup quo locutus est dñs ad Moysen. Congrega ꝑplm: ⁊ dabo ei aquã. Tunc cecinit isrl carmen istud Ascendat puteus ꝓcinebant: puteus quez foderunt ꝓncipes: ⁊ parauerũt duces multitudinis. in datore legis ⁊ in baculis suis ꝑfectiq; sũt. De solitudine: mathana. De mathana: nabaliel. De nabaliel. in bamoth. Bamoth vallis ẽ in regione Moab in vertice fasga: ⁊ qđ respicit ꝓtra deserti Misit aũt israel nũcios ad Seon regem amorreor: dicens. Obsecro vt trãsire mihi liceat per terram tuã. Non declinabimus in agros et vineas: nõ bibemus aquas ex puteis. Via regia egrediamur: donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt trãsiret israel per fines suos: quin potius exercitu ꝯgregato egressus ẽ obuiã in desertũ et venit in Jasa pugnauitq; cõtra euz. A quo percussus est in ore gladij: et possessa est terra eius ab arnon vsq; Jebot. et filios Ammon: quia forti presidio tenebanr̃ termini ãmonitarũ. Tulit ergo israbel omẽs ciuitates eius: et habitauit in vrbib⁹ amorrei: in esebon scilicet ⁊ viculis eius. Urbs esebon fuit r̃gis seon amorrei. qui pugnauit ꝓtra regẽ Moab: et tulit omnẽ terraz que ditionis illius fuerat vsq; arnon. Docirco dicitur in puerbio. Venite in esebõ: edificetur et ꝓstruatur ciuitas seon. Ignis egressus est ò esebon. flamma de oppido seon: et deuorabit armoabitarũ. et bitatores excelsor arnon. Ue tibi moob peristi populе chamos. Dedit filios eius in fugã: ⁊ filias in captiuitatẽ regi amorreorũ seon. Jugum ipsor disperijt ab esebon vsq; dibon: lassi peruenerunt in iophe vsq; medaba. Habitauit itaq; israel in terra amorrei. Misitq; Moyses qui explorarẽt Jazer: cuius ceperunt viculos. et possederunt habitatores. Uerteruntq; se ⁊ ascenderunt per viam basan: ⁊ occurrit eis Og rex basan cum oñi populo suo pugnaturus in Edrai. Dixitq; dñs ad Moysen. Ne timeas eum: quia in manu tua tradidi illum et omnem populũ ac terram eius: faciesq; illi sicut feciſti Seon regi amorreorum habitatori esebon. Percusserunt igitr̃ et hunc cum filijs suis. vniuersumq; populum eius vsq; ad internitionem: et possederunt terram illius. Profectiq; castrametati sunt in campestribus Moab: vbi trãsior danen biericho sita est.

Capitulum .XXII.

Videns autem Balach filius Sephor omnia que fecerat israbel amorreo ⁊ q̃ pertimuissent eum moabitæ. et impetum eius ferre non possẽt: dixit ad maiores natu madiã. Jta delebit hic populos omnes qui in nostris finib⁹ ꝓmorantur: quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Ipe erat eo tẽpore rex in moab. Misit g̃ nuncios ad Balaam filium Beor ariolum. qui habitabat super flumen terre filior Ammon: vt vocarẽt eum et dicerent. Ecce egressus ẽ populus ex egipto qui operuit superficiẽ terre sedens cõtra me. Veni igitur et maledic populo huic quia fortior me est: si quomõ possim ꝓcutere ⁊ eijcere eum de terra mea. Noui enim q̃ benedictus sit cui benedixeris: ⁊ maledictus in quem maledicta congesseris. Perrexerunt seniores Moab et maiores natu madian: habentes diuinatõnis precium in manibus. Cumq; venissent ad Balaam et narrassẽt ei omia vba Balac: ille respondit. Manete hic nocte: ⁊ respondebo quicquid mihi dixerit dominus Manẽtib⁹ illis apud Balaam: venit deus et ait ad eũ. Quid sibi volunt homines isti apud te? Rñdit. Balach filius sephor rex moabitar misit ad me: dicens. Ecce ꝑplus qui egressus est de egipto operuit supficiẽ terre: veni et maledic ei: si quomodo possim pugnãs abigere eum. Dixitq; deus ad Balaam. Noli ire cum eis neq; maledicas populo. q̃ benedictus est. Qui mane ꝓsurgẽs: dixit ad principes. ite in terrã vr̃am: quia prohibuit me deus venire vobiscum

q̃ fortæ euenisset ei: vt nõ esset mũd⁹ nec
purificatus. Cũq̃z illuxisset dies secunda
post kalendas rurs⁹ apparuit vacu⁹ locus
Dauid. Dixitq̃z saul ad ionathan filium
suũ. Cur nõ venit filius ysai nec heri nec
hodie ad escẽdũ: Rñditq̃z ionathas sau
li. Rogauit me obnixe vt iret ī bethleem
et ait. Dimittę me quoniã sacrificiũ solẽ
ne est in ciuitate mea. vnus de frib⁹ meis
accersiuit me. Nũc ergo si inueni grãm ī
oculis tuis: vadã cito ⁊ videbo frẽs meos
Ob hanc causã nõ venit ad mensã regis.
Iratus aũt Saul aduersus ionathan: di
xit ei. Filius mulieris virũ vltro rapien
tis: nũquid ignoro q⁹ diligis filium ysai ī
confusionem tuã. ⁊ in confusionẽ ignomi
nioſe matris tue. Omnib⁹ em̃ diebꝫ quib⁹
fili⁹ ysai vixerit sup terram. nõ stabilieris
tu neq̃z regnuz tuum. itaq̃z iam nũc mitte
⁊ adduc euz ad me. q⁹ fili⁹ mortis est. Rñ
dens aũt ionathas sauli patri suo ait. q̃re
morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul
lanceam vt percuteret eum. Et intellexit
ionathas: q̃ diffinitũ esset a patre suo. vt
interficeret dauid. Surrexit g̃ ionathas
a mensa in ira furoris: et non comedit in
die kalendarũ secũda panẽ. Contristat⁹ ẽ
em̃ sup dauid: eoq̃ ꝓfudisset eũ pater su⁹
Cũq̃z illuxiss̃ mane veit ionathas ī agrũ
iuxta placitum Dauid: et puer puul⁹ cũ
eo. Et ait ad puerum suum. Vade et affer
mihi sagittas: q̃s ego iacio. Cũq̃z puer cu
curriſſet: iecit aliã sagittam trans puerũ
Venit itaq̃z puer ad locũ iaculi: q̃ miſe
rat ionathas. Et clamauit ionathas post
tergũ pueri: et ait. Ecce ibi ẽ sagitta. po
ro vltra te. Clamauitq̃z itez ionathas p⁹
tergũ pueri dicens. Festina velociter: ne
steteris. Collegit aũt puer ionathe sagit
tas. et attulit ad dñm suũ. et quid ageret.
penit⁹ ignorabat. Tantũmodo em̃ iona
thas ⁊ Dauid rem nouerant. Dedit ergo
ionathas arma sua puero: et dixit ei. Vla
de et defer in ciuitatez. Cũq̃z abisset puer
surrexit Dauid de loco q̃ versebat ad au
strum. et cadens pnus ī terram: adorauit
tertio. Et osculantes se alterutrũ. fleuerũt
pariter. dauid aũt amplius. dixit ergo io
nathas ad dauid. vade in pace. Quecunq̃z
iurauimus ambo in nomine dñi dicentes
dñs sit inter me et te. et inter semen tuuz
et semen meuz vsq̃z in sempiternũ. Et sur
rexit dauid ⁊ abijt: sed ⁊ ionathas ingres
sus est ciuitatem. Ca. XXI.

VEnit aũt Dauid in no
be ad achimelech sacerdotem. Et
obstupuit achimelech: eoq̃ venis
set dauid. ⁊ dixit ei. Quare tu sol⁹. ⁊ null⁹
ẽ tecũ: Et ait dauid ad achimelech sacer
dotẽ. rex p̃cepit mihi sermonẽ. ⁊ dixit. Ne
mo sciat rem ꝑpter quam missus es a me.
⁊ cuiusmodi p̃cepta tibi dederiz. Nã ⁊ pue
ris meis cõdixi: in illũ ⁊ illum locũ. Nũc
ergo si q̃d habes ad manũ. vl̃ q̃nq̃z panes
da mihi. aut quicq̃d inueneris. Et rñdens
sacerdos ad dd̃: ait illi. Non habeo laycos
panes ad manũ: sz tm̃ panẽ sctm. Si mũ
di sunt pueri. maxime a mulieribꝫ: mãdu
cent. Et rñdit dd̃ sacerdoti: ⁊ dixit ei. Et q̃
dem si de mulieribꝫ agit̃. ꝓtinuim⁹ nos ab
heri ⁊ nudiustertius qñ egrediebamur. et
fuerũt vasa puerorꝫ sctã. porro via hec pol
luta ẽ. sz ⁊ ipa hodie sãctificabit̃ in vasis.
dedit g̃ ei sacerdos sctificatũ panẽ. neq̃z eĩ
erat ibi panis. nisi tm̃ panes ꝓpositõnis: q̃
sublati fuerãt a facie dñi: vt ponerẽt̃ pa
nes calidi. Erat aũt ibi vir q̃daz de seruis
saul. in die illa int⁹ in tabernaculo dñi: et
nomẽ ei⁹ doech ydume⁹ potentissimus pa
storuz saul. hic pascebat mulas saul. dixit
aũ dauid ad achimelech. Si habes hic ad
manum hastam aut gladiũ da mihi. quia
gladium meum ⁊ arma mea nõ tuli mecũ

sermo eñ regis vrgebat. Et dixit sacerdos. Ecce hic gladi⁹ goliath philistei. quem pcussisti in valle therebinthi. est ꝟuolutus pallio post ephot. Si istū vis tollere: tolle. Neqꝫ eñ hic ē alius absqꝫ eo. Et ait dauid. Nō est huic alter silis. Da mihi eū. Surrexit itaqꝫ dō. et fugit in die illa a facie saul. et venit ad achis regē geth. Dixerūtqꝫ ꝟui achis: cū vidissent dauid. Nūquid nō iste ē Dauid rex terre: Nonne huic cantabant p choros: dicētes. pcussit saul mille. et dauid decē milia: Posuit aūt dauid ꝟmones istos in corde suo: ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os suū coraꝫ achis et collabebaꝫ inē manus eoꝝ: ⁊ ꝟpingebat in ostia portę: defluebantqꝫ saliue eius in barbam. Et ait achis ad seruos suos. Vidistis hoiem insanū: quare adduxistis eū ad me: An ōsint nob furiosi: qꝫ introduxistis istū vt fureret me pñte: Dimittite illū hinc ne ingrediaꝫ domum meā. ¶ Ca. XXII.

Byt ergo dauid inde et fugit in spelunca odollā. Qō cum audissent frēs eius ⁊ oīs domus pris eius: descēderūt ad eū illuc. Et ꝟuenerūt ad eum oēs qui erāt in angustia ꝟstituti. et oppressi ere alieno et amaro animo: et factus est eoꝝ pnceps. Fuerūtqꝫ cū eo qsi qdringenti viri. Et pfectus est dauid inde in maspha: q̄ est moab. Et dixit ad regem moab. Maneat oro pr̄ meus et mr̄ mea vobiscū: donec sciam quid faciat mihi de⁹. Et reliquit eos ante faciē regis moab. Manserunt qꝫ apud eū: cunctis diebꝫ quibꝫ dauid fuit in pr̄sidio. Dixitqꝫ Gad ꝓpha ad dauid. Noli manere in pr̄sidio. Proficiscere et vade in terram iuda. Et pfectus est Dauid: et venit in saltum areth. Et audiuit Saul q̄ apparuisset Dauid: et viri qui erant cū eo. Saul aūt cū maneret in gabaa et esset in nemore quod ē in rama. hastam manu tenens. cūctiqꝫ serui eius circūstarent eū: ait ad seruos suos q̄ assistebant ei. Audite me nunc filij iemini. Nūquid oīmb vobis dabit filius ysai agros et vineas et vniuersos vos faciet tribunos ⁊ cēturiones: quoniā ꝟiurastis omnes aduersū me. et non est qui mihi renūciet maxime cū et filius meus fedus inierit cū filio ysai: Nō est q̄ vicē meā doleat ex vobis. nec q̄ annūciet mihi: eo q̄ suscitauerit filiꝰ meus seruū meū aduersū

me insidiantē mihi vsqꝫ hodie. Rñdens aūt doech ydumeus qui assistebat. ⁊ erat ꝑmus inter ꝟuos saul: vidi inqt filiuꝫ ysai in nobe. apud achimelech filiū achitob sacerdotem. Qui ꝑsuluit ꝑ eo dñm: ⁊ cibaria dedit ei. Sed et gladiū goliath philistei dedit illi. Misit ergo rex ad accersiendū achimelech sacerdotem filiū achitob: et omnez domum pris eius sacerdotuz qui erāt in nobe. Qui vniuersi venerūt ad regem. Et ait saul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui rñdit. Presto sum dñe. Dixitqꝫ ad eū Saul. Quare ꝓiurastis aduersum me tu et filius ysai: et dedisti ei panes et gladiū et cōsuluisti ꝑ eo dñm: vt ꝓsurgeret aduersū me insidiator vsqꝫ hodie ꝑmanēs: Rñdensqꝫ Achimelech regi: ait. Et quis in oīmb seruis tuis sicut dauid fidelis et gener regis et pgens ad imperiū tuū: ⁊ gloriosus in domo tua: Nū hodie cepi ꝓsulere ꝑ eo dñm: Absit hoc a me. Ne suspiceaꝫ rex aduersum seruū suū rem huiuscemōi: in vniuersa domo patris mei. Non eñ sciuit ꝟuus tuus quicq̄ ꝟuper hoc negotiō: vel modicū vel grande. Dixitqꝫ rex. Morte morieris achimelech: tu et oīs domus pris tui. Et ait rex emissarijs q̄ circūstabant eū. Conuertimī: ⁊ interficite sacerdotes dñi. Nā manus eoꝝ cū dauid est: sciētes q̄ fugisset ⁊ non indicauerūt mihi. Noluerūt aūt ꝟui regis extēdere manꝰ suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad doech. Conuertere tu: ⁊ irrue in sacerdotes dñi. Conuersusqꝫ doech ydumeꝰ irruit in sacerdotes: et trucidauit in die illa octogintaq̄nqꝫ viros vestitos ephot lineo. Nobe aūt ciuitatem sacerdotū pcussit in ore gladij: viros ⁊ mulieres ⁊ ꝑuulos ⁊ lactātes. bouēqꝫ ⁊ azinū et ouē in ore gladij. Euadēs autē vnus. filius Achimelech filij achitob cuiꝰ nomen erat abiathar. fugit ad dauid: et annūciauit ei q̄ occidisset saul sacerdotes dñi. Et ait dauid ad abiathar. Sciebā eī ī die illa: qō cū ibi eēt doech ydumeꝰ. pculdubio annūciaret sauli. Ego sum reus oim aīaꝝ patris tui. Mane mecū: ne timeas. Qui q̄s q̄sierit aīam meā queret et aīam tuā: mecūqꝫ seruaberis. Capitulum. XXIII.

civitates sacerdotum

Tānūciauerūt dauid. dicētes. Ecce philistym oppugnāt ceilam: et diripiūt areas. Cōsuluit q̄ Dauid dñm: dicēs. Nū vadam et pcutiam

philisteos istos. Et ait dñs ad dauid. Vade et pcuties philisteos: ꝙ saluabis ceilam. Et dixerũt viri qui erãt cũ dauid ad eũ. Ecce nos hic in iudea ꝑsistentes timemus: ꝙntomagis si ierimus in ceilã aduersũ agmina philistinoꝝ. Kursum ꝯ dauid ꝑsuluit dñm Qui rñdens ait ei. Surge ꝙ vade in ceilaz. Ego enim tradam philisteos in manu tua Abijt ꝯ dauid ꝙ viri ei⁹ in ceila: et pugnauit aduersũ philisteos. Et abegit iumenta eoꝝ: et pcussit eos plaga magna: et saluauit dõ habitatores ceile. Porro eo tpe quo fugiebat abiathar fili⁹ achimelech ad dõ i ceilã: ephot secũ hñs descenderat. Nũciatũ est aũt saul: ꝙ venisset dõ in ceilam. Et ait saul. Tradidit eũ dñs in manus meas. cõcluso⁹q ẽ introgressus vrbem: in qua porte ꝙ sere sũt. Et ꝑcepit saul omi populo: vt ad pugnam descenderet in ceilam. et obsidere dõ et viros eius. Qd cuz rescisset dauid qz prepazet ei saul clam malũ: dixit ad abiathar sacerdotẽ. Applica ephot. Et ait dõ. Dñe deus isrl audiuit famã tuus tu⁹ ꝙ disponat saul venire ad ceilam: vt euertat vrbem ꝓpter me. Si tradẽt me viri ceile in manus ei⁹: etsi descẽdet saul sicut audiuit seruus tu⁹: dñe de⁹ isrl indica tuo tuo: Et ait dñs. Descendet. Dixitq; rursum dauid. Si tradent me viri ceile. et viros qui sũt mecũ in man⁹ saul: Et dixit dñs. Tradent. Surrexit ꝯ dõ et viri eius q̃i sexcenti: ꝙ egressi de ceila huc atq; illuc vagabantur incerti. Nũciatũq; ẽ saul ꝙ fugisset dauid de ceila ꝙ saluatus essz: q̃obrem dissimulauit exire Morabaꝯ aũt dauid in deserto in locis firmissimis: mãsitq; in mõte solitudinis ziph in monte opaco. Querebat eũ tñ saul cunctis diebz: et non tradidit eũ dñs in manus eius. Et vidit dauid ꝙ egressus esset Saul vt q̃reret aiam eius. Porro Dauid erat in deserto ziph in silua. Et surrexit ionathas filius saul et abijt ad dauid in siluã: et cõfortauit man⁹ eius in deo. dixitq; ei. Ne timeas. Neq; em̃ inueniet te manus saul patris mei. Et tu regnabis super isrl: et ego ero tibi secundus. Sed et saul pater meus scit hoc. Percussit ꝯ vterq; fedus corã dño Mansitq; dauid in silua: ionathas aũt reuersus est in domum suam. Ascenderũt aũ ziphei ad saul in gabaa: dicentes. Nonne ecce dõ latitat apud nos in locis tutissimis silue in colle achille. que est ad dextram deserti: Nunc ergo sicut desiderauit aĩma tua vt descẽderes: descẽde. nr̃m aũt erit vt ẽdamus eũ in man⁹ regis. Dixitq; saul. Benedicti vos a dño: quia doluistis vicem meam. Abite ꝯ oro et diligentius prepate. ꝙ curiosius agite: ꝙ ꝑsiderate locũ vbi sit pes ei⁹. vel quis viderit eũ ibi vbi dixistis: Recogitat em̃ de me: ꝙ callide insidier ei. Considerate ꝙ videte omnia latibula ei⁹ in quibz abscondit: et reuertimini ad me ad rẽ certã. vt vadam vobiscũ. Qsi etiam in terram se obstruxerit: pscrutabor eũ in cunctis milibz iuda. At illi surgẽtes abierunt in ziph ante saul. Dauid aũt ꝙ viri eius erãt in deserto maon in campestribz. ad dextram iesimuth. Iuit ꝯ saul ꝙ socij eius ad q̃renduz eum. Et nũciatũ est Dauid: statimq; descẽdit ad petram et versabaꝯ in deserto maon. Qd cũ audisset saul: psecutus ẽ dõ in deserto maon. Et ibat saul ꝙ viri ei⁹ ad latus montis ex parte vna: dauid aũt et viri ei⁹ erãt in latere mõtis ex parte altera. Porro dõ despabat se posse euadere a facie saul. Itaq; saul et viri eius in modum corone cingebant dauid et viri eius: vt caperent eos. Et nuncius venit ad saul: dicẽs. Festina ꝙ veni: qm̃ insoderunt se philistijm sup terram Reuersus est ꝯ saul desistens psequi dauid et prexit in occursũ philistinoꝝ. Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.

Capitulũ. XXIIII.

Ascendit ergo dauid inde: et habitauit in locis tutissimis engaddi. Cunq; reuersus esset saul postq̃ ꝑsecutus est philisteos: nũciauerunt ei: dicẽtes. Ecce dõ in deserto ẽ engaddi. Assumens ꝯ saul tria milia electoꝝ virorũ ex omi israel. prexit ad inuestigandũ dõ et viros eius: etiam super abruptissimas petras que solis ibicibz puie sunt. Et venit ad caulas ouiũ que se offerebant vianti. eratq; ibi spelunca: quam ingressus est saul vt purgaret ventrẽ. Porro dõ et viri eius in interiori pte spelunce latebant. Et dixerũt pui dauid ad eũ. Ecce dies de qua locutus ẽ dñs ad te: ego tradam tibi inimicũ tuum vt facias ei sicut placuerit tibi i oc̃lis tuis Surrexit ꝯ dauid: ꝙ presicibit oraz clamidis saul silenter. Post hec percussit cor suũ dauid: eo ꝙ abscidisset oraz clamidis saul.

Dixitq; ad viros suos. Propitius sit mihi
dñs ne faciam hanc rem dño meo xpo dñi
vt mittam manũ meã in eũ: qr xpc dñi est.
Eliuit dñs: quia nisi dñs pcusserit euz. aut
dies eius venerit vt moriat. aut descendẽs
in pliuz pierit. ꝓpitius sit mihi dñs vt non
mittã manũ meaz in xpm dñi. Et ꝯfregit
dauid viros suos ſmonibꝫ istis: et ñ pmisit
eos vt ꝯsurgerẽt i saul. Porro saul expurgẽs
de spelũca: pgebat cepto itinere. Surrexit
aũt Dauid post eũ: et egressus de spelunca
clamauit post tergũ saul: dicens. Dñe mi
rex. Et respexit saul post se: et inclinans se
dauid pnus in terrã adorauit. Dixitq; ad
Saul. Quare audis verba hoim loquẽtiũ.
Dauid q̃rit malũ aduersum te. Ecce hodie
viderũt oculi tui. q̃ tradiderit te dñs i manu
mea in spelũca: et cogitaui vt occiderẽ te:
sed pepcit tibi oculus meus. Dixi eñ. Non
extẽdam manũ meam in dñm meũ: qr xpc
dñi est. Quin potius pr̃ mi vide et ꝯgnosce
oram clamidis tue in manu mea: qũo cum
pciderem summitatem clamidis tue. nolui
extẽdere manum meã in te. Animaduerte
et vide: qm̃ non est in manu mea malũ ne-
q; iniquitas: neq; peccaui in te. Tu aũt in-
sidiaris anime mee: vt auferas eã. Judicet
dñs inter me et te et vlciscat̃ me dñs ex te:
manus aũt mea nõ sit in te sicut dr̃ in pver-
bio antiquo. Ab impijs egredietur ipietas.
Manus q̃ mea nõ sit in te. Quez psequeris
rex isrl quẽ psequeris: Canem mortuũ pse
queris: et pulicẽ vnũ. Sit dñs iudex et iu-
dicet inter me et te: r videat et iudicet cãm
meã: r eruat me de manu tua. Cũ aũt com
plesset Dauid loquẽs ſmones hususcemõi
ad saul: dixit Saul. Nunquid vox hec tua
est fili mi dauid: Et leuauit saul vocẽ suã:
et fleuit: dixitq; ad Dauid. Justior tu es q̃
ego. Tu eĩ tribuisti mihi bona: ego aũt red-
didi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie q̃
feceris mihi bona: qũo tradiderit me dñs
in manu tua: r non occideris me. Quis eñ
cũ inuenerit inimicũ suum dimittet eũ in
via bona: Dz dñs reddat tibi vicissitudinẽ
hanc: pro eo qd hodie es opatus in me. Et
nunc qr scio q̃ certissime regnaturus sis et
habiturus in manu tua regnũ israhel. iu-
ra mihi in dño ne deleas semen meum post
me: neq; auferas nomẽ meũ de domo pr̃is
mei. Et iurauit dauid sauli. Abijt q̃ saul in
domum suã: et Dauid et viri eius ascende-
runt ad tutiora loca. Ca.XXV.

Mortuus est aũt samuel.
r ꝯgregatus ẽ vniuersus isrl r plã
xerũt eũ nimis: et sepelierũt eũ in
domo sua in ramatha. Cõsurgensq; dd: de-
scẽdit in desertũ pharan. Erat aũt vir qui-
spiã i solitudie maon. et possessio ei⁹ in car
melo: r dd ille magn⁹ nimis: erãtq; ei oues
tria milia et mille capre. Et accidit vt tõde
ret̃ grex ei⁹ in carmelo. Nomẽ aũt viri illi⁹
erat Nabal: et nomẽ vxoris eius Abigail.
Eratq; mulier illa prudẽtissima r speciosa.
Porro vir ei⁹ durus et pessimus: r malitõ-
sus. Erat aũt de genẽ Caleph. Cũ aũt audis
set dd in deserto q̃ tõderet Nabal gregẽ suũ
misit decẽ iuuenes et dixit eis. Ascẽdite in
carmelũ: r venietis ad nabal r salutabitis
euz ex noie meo pacifice: et sic dicetis. Sit
frib⁹ meis pax et tibi pax r domui tue pax
r omnib⁹ q̃cunq; habes sit pax. Audiui q̃
tõderent pastores tui greges tuos qui erãt
nobiscũ in ds̃erto. Nunq̃ eis molesti fuim⁹
nec aliq̃ defuit eis quic q̃ de grege omi tpe
q̃ fuerunt nobiscũ in carmelo. Interroga
puezos tuos: et indicabũt tibi. Nũc q̃ inue
niãt pueri tui gr̃am in oculis tuis. In die
eñ bona venimus ad te. Quodcunq; inue-
nerit manus tua da ſuis tuis: et filio tuo
Dauid. Cũq; venissent pueri dauid. locuti
sunt ad Nabal omia verba hec ex noie da-
uid et siluerunt. Rñdens aũt Nabal pueris
dauid: ait. Quis est Dauid et q̃s est filius
ỹsai: Hodie increuer̃t serui: q̃ fugiũt dños
suos. Tollam q̃ panes meos et aq̃s meas r
carnes pecoz que occidi tonsoribꝫ meis: et
dabo viris quos nescio vnde sint: Regressi
sunt aũt pueri dauid p viam suã: r reuersi
venerũt. r annũciauerũt ei omnia verba q̃
dixerat Nabal. Tũc ait dauid pueris suis.
Accingat̃ vnusquisq; gladio suo. Et accin
cti sunt singuli gladijs suis. Accinctusq; ẽ
et dauid ense suo: r secuti sunt dauid quasi
quadringenti viri. Porro ducenti remãse-
rũt ad sarcinas. Abigail aũt vxori Nabal.
nũciauit vnus ꝺ pueris suis: dicens. Ecce
Dauid misit nuncios de deserto vt bñdice-
rent dño nr̃o: et auersatus est eos. Hoies
isti boni satis fuerũt nobis r non molesti:
nec quic q̃ aliq̃ perijt omni tpe q̃ fuimus
ꝯuersati cũ eis in deserto. pro muro erant

nobis tam in noctẽ q̃ in die omnib⁹ dieb⁹ quib⁹ pauimus apud eos greges. ℣obꝛez ꝑsidera et recogita quid facias: qm̃ ꝑpleta est malitia aduersũ viꝝ tuum ⁊ aduersum domũ tuam: et ipe filius ē belial. ita vt nemo possit ei loqui. Festinauit igit abigail ⁊ tulit ducentos panes. ⁊ duos vtres vini ⁊ q̃nq; arietes coctos ⁊ q̃nq; sata polentæ: et cẽtũ ligaturas vuepasse. ⁊ ducẽtas massas caricaꝝ. et posuit sup azinos: dixitq; pueris suis. ℙrecedite me: et ecce ego post tergũ seq̃r vos. Viro aũt suo nabal nõ indicauit. Cũ ergo ascendisset azinũ et descenderet ad radicem montis: dauid et viri eius descẽdebant in occursuz eius. Quib⁹ et illa occurrit. Et ait dñs. vere frustra ꝥuaui oĩa q̃ hui⁹ erant in deꝥto: et nõ perijt quicq̃ de cũctis que ad eũ ptinebãt: et reddidit mihi malũ ꝓ bono. Hec faciat dñs inimicis dñi. et hec addat: si reliq̃o de omnib⁹ q̃ ad ipm ptinent vsq; mane mingentem ad parietẽ. Cũ aũt vidisset abigail dauid festinauit et descendit de azino: et pcidit coram dñ sup faciem suã et adorauit sup terra: et cecidit ad pedes eius ⁊ dixit. In me sit dñe mi hec iniq̃tas. Loquat obsecro ancilla tua in auribus tuis: ⁊ audi ꝟba famule tue. Ne ponat oro dñs me⁹ rex cor suũ sup viꝝ istum iniquũ nabal. quoniã ꝥm nomen suũ stultus est: et ē stulticia cũ eo. Ego aũt ancilla tua nõ vidi pueros tuos dñe mi: quos misisti. Nunc g̃ dñe mi viuit dñs et viuit aĩa tua q̃ ꝓhibuit te ne venires in sanguinẽ: ⁊ saluauit manũ tuam tibi. Et nũc fiant sicut nabal inimici tui: ⁊ qui querũt dño meo malũ. Quapꝛopt̃ suscipe bñdictiõem hanc quã attulit ancilla tua tibi dño meo: ⁊ da pueris q̃ sequunt̃ te dñm meũ. Aufer iniq̃tatẽ famule tue. Faciens em̃ faciet dñs tibi dño meo domũ fidelẽ: qꝛ prelia dñi dñe mi tu ꝑliaris. Malitia g̃ nõ inueniatur in te: oĩb⁹ diebꝫ vite tue. Si em̃ surrexerit aliq̃s tibi ꝑsequens te vel q̃rens aĩam tuam: erit aĩa dñi mei custodita q̃ in fasciculo viuẽtiũ apud dñm deũ tuum. ℙorꝛo inimicorũ tuoꝝ aĩa rotabit̃. q̃si in impetu et circulo funde. Cum ergo fecerit tibi dñs dño meo oĩa hec q̃ locut⁹ est bona de te. et ꝓstituerit te ducẽ sup isrl̃: nõ erit tibi hoc in singultũ et in scrupulũ cordis dño meo q̃ effuderis sanguinez innoxiũ: aut ipe te vltus fueris

Et cũ benefecerit dñs dño meo. recoꝛdaberis ancille tue: et tu bñfacies ei. Et ait dñ ad abigail. Bñdictus dñs deus isrl̃ qui misit te hodie in occursum meũ: et bñdictum eloquiũ tuũ: ⁊ benedicta tu q̃ ꝓhibuisti me hodie ne irem ad sanguinẽ et vlciscerer me manu mea. Alioq̃n viuit dñs deus isrl̃. qui ꝓhibuit me ne malũ facerem tibi: nisi cito venisses in occursuz mihi. non remansisset nabal vsq; ad lucẽ matutinam mingens ad pietem. Suscepit g̃ dauid de manu ei⁹. oĩa q̃ attulerat ei: dixitq; ei. Vade pacifice ĩ domum tuã. Ecce audiui vocẽ tuã: ⁊ honorai faciẽ tuam. Venit aũt abigail ad nabal Et ecce erat ei ꝓuiuiũ in domo ei⁹ q̃si ꝓuiuiũ regis: ⁊ cor nabal iocundum. Erat em̃ ebri⁹ nimis: ⁊ nõ indicauit ei ꝟbum pusillũ aut g̃nde vsq; mane. Diluculo aũt cũ digessisset vinuz nabal: ĩdicauit ei vxor sua ꝟba hec. Et emoꝛtuũ ē cor eius intrinsec⁹ et factus ē q̃si lapis. Cunq; ptransissent decem dies: pcussit dñs nabal et moꝛtuus est. Qñ cum audisset dauid moꝛtuũ esse nabal: ait. Bñdictus dñs q̃ iudicauit cãm obꝛobrij mei de manu nabal: ⁊ ꝥuum suũ custodiuit a malo: et malitiam nabal reddidit dñs in caput eius. Misit g̃ dauid et locutus est ad abigail: vt sumeret eã sibi in vxorẽ. Et venerunt pueri dauid ad abigail in caꝛmelũ: et locuti sunt ad eaz: dicentes. Dauid misit nos ad te: vt accipiat te sibi in vxoꝛẽ. Que cõsurgens adorauit ꝓna in terram: et ait. Ecce famula tua sit in ancillã: vt lauet pedes seruoꝝ dñi mei. Et festinauit et surrexit abigail et ascendit sup azinũ: et quinq; puelle ierũt cum ea pedisseque eius. Et secuta est nũcios dauid: ⁊ facta est illa vxoꝛ. Soꝛ et achinoen accepit dauid de ieſrael: et fuit vtraq; vxoꝛ eius. Saul autẽ dedit michol filiam suaz vxoꝛẽ dauid. phalchi filio lais: quia erat de gallim.

Capitulum .XXVI.

Et venerunt Ziphei ad saul in gabaa: dicẽtes. Ecce dñ absconditus ē in colle achille: q̃ est ex aduerso solitudis. Et surrexit saul ⁊ descẽdit in deꝥtũ ziph. ⁊ cũ ea tria milia viꝛoꝝ ꝺ electis isrl̃: vt q̃reret dñ in deserto ziph. Et castrametat⁹ ē saul in gabaa achille: q̃ erat ex aduerso solitudis in via. Dauid autem habitabat in deꝥto. Videns aũt̃ q̃ venisset

saul post se in desertū: misit exploratores ⁊ didicit q̄ illuc venisset certissime. Et surrexit Dauid clam: et venit ad locuz vbi erat saul. Cūq̄z vidisset locū in q̄ dormiebat saul ⁊ abner filius ner p̄nceps militie ei⁹: ⁊ saul̄ dormientē in tētorio ⁊ reliquū vulgus p circuitū ei⁹: ait dō ad achimelech hetheū et abisai filiū saruie fr̄em ioab: dicens. Quis descendet mecum ad saul in castra: Dixitq̄z abisai. Ego descendā tecū. Venerūt ḡ dauid et abisai ad pl̄m noctē: ⁊ inuenerunt saul iacentē ⁊ dormientē in tētorio. ⁊ hastā fixā in terra ad caput eius: abner aūt et pl̄um dormientes in circuitu ei⁹. Dixitq̄z abisai ad dauid. Cōclusit deus inimicū tuū hodie in manus tuas. Nūc ḡ p̄fodiam eū lancea in terra semel: et secūdo opus n̄ erit. Et dixit dō ad abisai. Ne interficias eū. Quis em̄ extēdet manū suā in x̄pm dn̄i: ⁊ innocēs erit: Et dixit dō. Viuit dn̄s: q̄ nisi dn̄s p̄cusserit eū aūt dies eius venerit vt moriat̄. aut in p̄liū descendēs pierit: p̄piti⁹ mihi sit dn̄s ne extēdam manū meaz in x̄pm dn̄i. Nunc igit̄ tolle hastā q̄ est ad caput eius ⁊ ciphū aq̄: et abeam⁹. Tulit igit̄ dō hastā: ⁊ ciphū aque qui erat ad caput ei⁹: ⁊ abierūt. Et n̄ erat quisq̄ qui videret et intelligeret ⁊ euigilaret: sed omnes dormiebant: q̄ sopor dn̄i irruerat sup eos. Cūq̄z transisset dauid ex aduerso. ⁊ stetisset in vertice mōtis delonge et esset grāde interuallū int̄ eos: clamauit dauid ad p̄l̄m et ad abner filiū ner: dicēs. Nōne r̄ndebis abner: Et r̄ndens abner: ait Quis es tu q̄ clamas: et inq̄etas regez. Et ait dauid ad abner. Nūquid non vir tu es: Et quis alius sicut tu in isr̄l: Quare ḡ nō custodisti dn̄m tuū regem: Ingressus ē em̄ vnus de turba vt interficeret regē dn̄m tuū. Non est bonū hoc q̄d fecisti: Viuit dn̄s q̄m filij mortis estis vos: q̄ n̄ custodistis dn̄m vr̄m x̄pm dn̄i. Nunc ḡ vide vbi sit hasta regis ⁊ vbi sit ciphus aque qui erat ad caput ei⁹. Cognouit aūt saul vocē dauid: ⁊ dixit. Nunquid vox hec tua fili mi dauid: Et ait dauid. Vox mea dn̄e mi rex. Et ait. Quam ob causā dn̄s meus p̄sequit̄ seruū suū: Quid feci: aut q̄d est malū in manu mea: Nūc ḡ audi oro dn̄e mi rex ꝟba serui tui. Si dn̄s incitat te aduersū me: odoret̄ sacrificium. Si aūt filij hominū: maledicti sunt in cōspectu dn̄i qui eiecerūt me hodie vt nō habitem in hereditate dn̄i: dicētes. vade serui dijs alienis. Et nūc non effundat̄ sanguis meus in terra corā dn̄o: q̄z egressus est rex israbel vt quereret pulicē vnū sicut p̄sequitur perdix in mōtibꝫ. Et ait saul. Peccaui. Reuertere fili mi dauid. Nequaq̄ em̄ vltra tibi malefaciā. eoq̄ p̄ciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim q̄ stulte egerim: et ignorauerī multa nimis. Et r̄ndens dō: ait. Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis et tollat eā. Dn̄s aūt retribuet vnicuiq̄: ꝟm iusticiam suaz et fidē. Tradidit em̄ te dn̄s hodie in manū meam: et nolui extendere manuz meam in x̄pm dn̄i. Et sicut magnificata est aīa tua hodie in oculis meis: sic magnificet̄ anima mea in oculis dn̄i et liberet me de oī angustia. Ait ḡ saul ad Dauid. Benedictus tu fili mi dauid. Et quidem faciens: facies. et potens: poteris.

Ca. XXVII.

Dixit aūt dauid in viam suā: ⁊ saul reuersus est in locū suū. Et ait dauid in corde suo. Aliquā dō incidam vna die in manus saul. Nonne melius ē vt fugiā. et saluer in terra philistinorū: vt desperet saul. cessetq̄z me q̄rere in cūctis finibꝫ isr̄l. Fugiā ḡ manus eius. Et surrexit dauid: et abijt ip̄e et sexcēti viri cū eo ad achis filiū maoch regem geth. Et hītauit dauid cū achis in geth: ip̄e ⁊ viri eius: ⁊ dom⁹ eius ⁊ due vxores ei⁹. achinoez Jesrahelites et abigail vxor nabal carmeli. Et nūciatū ē saul q̄ fugisset dauid in geth et nō addidit vltra querē eū. Dixit aūt dauid ad achis. Si inueni grām in oculis tuis det̄ mihi locus in vna vrbiū regionis huius vt habitem ibi. Cum eī manet seruus tuus in ciuitate regia tecum: Dedit ita ei achis in die illa siclech. Propter quā causam facta est siclech regū iuda: vsq̄z in diē hanc. Fuit aūt numerus dierū quibꝫ hītauit Dauid in regione philistinoz quatuor mensiū. Et ascendit Dauid et viri eius: et agebant predas de gesuri. et de gezre. et de amalechitis. Hi enim vagi habebantur in terra antiq̄tus. euntibꝫ sur vsq̄z ad terram egipti. Et p̄cutiebat dauid omnem terram illoz nec relinq̄bat viuentem vir̄ q̄ mulierem: tollensq̄z oues et boues et azinos ⁊ camelos et vestes: reuertebatur. et veniebat ad achis. Dicebat autem ei achis. In quē

irruisti hodie. Rñdebat dauid. Contra meridiem iude et contra meridiem hieramel: et ꝑtra meridiem ceni. Cirum et mulierez non viuificabat dō: nec adducebat in geth dicens: ne forte loquant̃ aduersū nos. Hec fecit dauid: et hoc erat decretū illi omnib⁹ diebꝫ quibꝫ habitauit in regione philistino rum. Credidit g̃ achis dauid: dicēs. Multa mala opatus est ꝑtra ꝑplm suum isrl̃. Erit igitur mihi seruus sempiternus.

Capitulum .XXVIII.

Factū est aūt in diebus illis: ꝯgregauerūt philistijm agmina sua vt preparent̃ ad bellū ꝑtra isrl̃. Dixitqꝫ achis ad dō. Sciens nūc scitꝫ qm̃ mecum egredieris in castris. tu et viri tui. Dixitqꝫ dō ad achis. Nūc scies q̃ facturus est ꝯuus tu⁹. Et ait achis ad dauid. Et ego custodē capitis mei ponam te cunctis diebꝫ. Samuel aūt mortuus ē plāxitqꝫ eū omis isrl̃: ⁊ sepelierūt eū in ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos ⁊ ariolos de terra: ⁊ interfecit eos qui phitones hēbant in ventre. Congregatiqꝫ sunt philistijm et venerūt et castrametati sunt in sunaz. Cōgregauit aūt ⁊ saul vniuersū isrl̃. ⁊ venit in gelboe. Et vidit saul castra philistijm et timuit: ⁊ expauit cor eius nimis. Cōsuluitqꝫ dñm: et non rñdit ei neqꝫ ꝑ somnia neqꝫ ꝑ sacerdotes neqꝫ per ꝓphas. Dixitqꝫ saul seruis suis. Querite mihi mulierē bñtem phitonem: et vadā ad eā et sciscitabor ꝑ illam. Et dixerūt ꝯui eius ad eū. Est mulier phitonem bñs in endor. Mutauit g̃ habitū suū vestituſqꝫ est alijs vestimētis: ⁊ abijt ipe et duo viri cū eo: veneruntqꝫ ad mulierē nocte: ⁊ ait illi. Diuina mihi in phitone: ⁊ suscita mihi quē dixero tibi. Et ait mulier ad eū. Ecce tu nosti q̃nta fecerit saul: et quō erasserit magos et ariolos de tra. Quare g̃ insidiaris aīe mee vt occidar? Et iurauit ei saul in dño: dicēs. Viuit dñs: q̃ nō eueniet tibi quicq̃ mali ꝓpt̃ hanc rē. Dixitqꝫ ei mulier. Quē suscitabo tibi? Qui ait. Samuelē suscita mihi. Cū aūt vidisset mulier samuelē: exclamauit voce mag̃: et dixit ad saul. Quare ꝫposuisti mihi? Tu es em̃ saul. Dixitqꝫ ei rex. Noli timē. Quid vidisti? Et ait mulier ad saul. Deos vidi ascēdentes ō terra. Dixitqꝫ ei. Qualis est forma eius? Que ait. Vir senex ascēdit: et ipe amictus ē pallio. Et intellexit saul q̃ samuel esset: ⁊ inclinauit se sup faciē suā in terra: et adorauit Dixit aūt samuel ad saul. Quare inq̃etasti me vt suscitarer? Et ait Saul. Coartor nimis. Philistijm pugnāt aduersum me. et deus recessit a me: ⁊ exaudire me noluit neqꝫ in manu ꝓphetaꝝ neqꝫ ꝑ somnia. Vocaui ergo te: vt oñderes mihi q̃d facā. Et ait samuel. Quid int̃rogas me cum dñs recesserit a te. ⁊ transierit ad emulū tuum? Faciet em̃ tibi dñs. sicut locutus ē in manu mea: et scindet regnū tuū de manu tua. et dabit illud ꝓximo tuo dauid: q̃ nō obedisti voci dñi. neqꝫ fecisti iraz furoris eius in amelech. Idcirco quod patueris: fecit tibi dñs hodie: et dabit dñs etiā israbel tecū in manu philistijm. Cras aūt tu et filij tui mecū eritis: sed ⁊ castra israbel tradat dñs in manus philistijm. Statimqꝫ saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat em̃ verba samuelis et robur non erat in eo: quia nō ꝯmederat panem tota die illa. Ingressa est itaqꝫ mulier illa ad saul. Conturbatus em̃ erat valde. Dixitqꝫ ad eum. Ecce obediuit ancilla tua voci tue. ⁊ posui animā meam in manu mea: et audiui sermones tuos q̃s locutus es ad me. Nunc igitur audi ⁊ tu vocem ancille tue: et ponam coram te buccellam panis vt comedens conualescas. ⁊ possis iter agere. Qui renuit et ait. Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui ⁊ mulier: ⁊ tandem audita voce eoꝝ surrexit de terra: et sedit super lectum. Mulier aūt illa habebat vitulum pascualem in domo: et festinauit ⁊ occidit eum. Tollensqꝫ farinam miscuit eam et coxit azima: et posuit ante saul et ante seruos eius. Qui cum comedissent surrexerunt et ambulauerunt ꝑ totam noctem illam.

Capitulum .XXIX.

Congregata sunt ergo philistijm vniuersa agmina in aphech. Syz ⁊ isrl̃ castrametat⁹ē sup fontē q̃ erat in iesrahel. Et satrape quidem philistijm īcedebāt in centuryis et milib⁹: dō aūt ⁊ viri eius erant in nouissimo agmine cū achis. Dixerūtqꝫ ꝓncipes philistijm ad achis. Quid sibi volūt hebrei isti? Et ait achis ad ꝓncipes philistijm. Nūquid ignoratis dauid q̃ fuit seruus saul regis isrl̃ et est apud me multis diebus vel annis? Et non

inueni in eo quicq̃ ex die qua trãsfugit ad me: vsq; in diẽ hanc. Irati sunt aũt aduersus eũ p̃ncipes philistijm: ⁊ dixerũt ei. Reuertat̃ vir ⁊ sedeat in loco suo in q̃ ꝯstituisti eũ: et non descẽdat nobiscũ in p̃lium: et ñ sit ꝯsiliarius nr̃: ne fiat nob̃ aduersari⁹ cũ p̃liari ceperimus. Qũo em̃ alit̃ poterit placare dñm suũ: nisi ĩ capitib̃ nr̃is? Nõne iste ẽ dõ cui cantabãt in choris: dicẽtes ꝑcussit saul in milib̃ suis: ⁊ dõ in decẽ milib̃ suis? Vocauit g̊ achis dõ: et ait ei. Viuit dñs qꝛ rect⁹es et bon⁹ in ꝯspectu meo: ⁊ exit⁹ tu⁹ ⁊ introit⁹ tuus mecũ ẽ in castris Et nõ inueni in te quicq̃ mali. ex die q̃ venisti ad me vsq; in diẽ hãc: sꝫ sat̃pis ñ places. Reuertẽ g̊ et vade in pace: et ñ offendas oculos sat̃parũ philistijm. Dixitq; dõ ad achis. Quid em̃ feci: ⁊ q̃d ĩuenisti in me ꝑuo tuo a die q̃ fui in ꝯspectu tuo vsq; ĩ diẽ hãc. vt nõ veniã ⁊ pugnem ꝯ inimicos dñi mei regis? Rñdens aũt achis. locut⁹ est ad dauid. Scio qꝛ bon⁹es tu in ocl'is meis sicut angel⁹ dei: sꝫ p̃ncipes philistĩoꝝ dixer̃t Nõ ascendet nobiscũ in preliũ. Igit̃ ꝯsurge mane tu et serui dñi tui qui venerũt tecuꝫ: et cũ de nocte surrexeritis et cepit dilucescere: ꝑgite. Surrexit itaq; de nocte dauid ip̃e et viri eius: vt ꝓficiscerent̃ mane et reuerterent̃ ad terraꝫ philistijm. Philistijm aũt ascenderũt in iesrl'. ¶ Ca. XXX.

Cunq; venissent Dauid ⁊ viri ei⁹ in sicelech die tertia: amalechite ĩpetũ fecerãt ex ꝑte australi in sicelech: et ꝑcusserãt sicelech ⁊ incenderãt eã igni. Et captiuas duxer̃t mlieres ex ea a minimo vsq; ad magnũ: et ñ int̃fecer̃t quenq̃: sed secũ duxerũt et ꝑgebant itinere suo. Cũ ergo venisset dauid et viri ei⁹ ad ciuitatẽ ⁊ inuenissent eã succensam igni ⁊ vxores suas et filios suos et filias ductas esse captiuas: leuauerũt dõ et ꝓpl'us q̃ erat cũ eo voces suas: ⁊ planxerũt donec deficerent in eis lacrime. Siq̃dem et due vxores dauid captiue ducte fuerãt: achinoeꝫ iesrahelites. et abigail vxor Nabal carmeli. Et ꝯtristatus est dauid valde. Volebat em̃ eũ ꝓpl'us lapidare: qꝛ amara erat aĩma vniuscuiusq; viri sup̃ filijs suis et filiab̃. Cõfortat⁹ ẽ aũt dõ in dño deo suo: ⁊ ait ad abiathar sacerdotem filiũ achimelech. Applica ad me ephot. Et applicauit abiathar ephot ad dauid: et consuluit dauid dñm: dicens. Persequar latrũculos hos et ꝯprehẽdam eos an nõ? Dixitq; ei dñs. Perseq̃re: absq; dubio em̃ ꝯprehendes eos: ⁊ excuties p̃dã. Abijt g̊ dauid. ipse et sexcenti viri q̃ erant cũ eo et venerunt vsq; ad torrentẽ besor: et lassi quidã substiter̃t. Persecutus ẽ aũt dõ ipse et quadringẽti viri cuꝫ eo: substiterãt em̃ ducẽti: qui lassi transire non poterant torrentẽ besor. Et inuenerunt viꝝ egiptiũ in agro: et adduxerunt eũ ad dauid. Dederuntq; ei panẽ vt ꝯmederet ⁊ biberet aquã sed ⁊ fragmẽ masse caricarum et duas ligaturas vuepasse. Qui cum ꝯmedisset reuersus ẽ spiritus eius: ⁊ reuocillatus est. Non em̃ ꝯmederat panem neq; biberat aquam trib̃ dieb̃ et trib̃ noctibus. Dixit itaq; ei dauid. Cui⁹es tu vel vnde: ⁊ quo ꝑgis? Qui ait. Puer egipti⁹ ego sum: ꝑuus viri amalechite. Dereliquit aũt me dñs meus: quia egrotare cepi nudiustercius. Siquidẽ nos erupim⁹ ad australẽ plagam cerethi: et ꝯt̃ iudam et ad meridiẽ caleph: ⁊ sicelech succendim⁹ igni. Dixitq; ei dauid. Potes me ducere ad istuꝫ cuneũ? Qui ait. Iura mihi ꝑ deum: q̃ non occidas me: et non tradas me in man⁹ dñi mei: et ego ducaꝫ te ad cuneum istũ. Et iurauit ei dauid. Qui cũ duxisset eum: ecce illi discũbebant sup̃ faciez vniuerse terre: ꝯmedentes ⁊ bibẽtes ⁊ quasi festũ celebrantes diem. pro cuncta preda ⁊ spolijs que ceꝑant de terra philistijm: ⁊ de t̃ra iuda. Et ꝑcussit eos dõ a vespa vsq; ad vesperam alterius diei: ⁊ non euasit ex eis quisq̃ nisi tm̃ quadringenti viri adolescentes q̃ ascẽderant camelos et fugerãt. Eruit g̊ dauid omnia que tulerant amalechite: ⁊ duas vxores suas eruit nec defuit quisq̃ a ꝑuo vsq; ad magnũ tam de filijs q̃ d̃ filiab̃ et de spolijs: et q̃cunq; rapuerant om̃ia reduxit dauid: ⁊ tulit vniuersos greges et armenta et minauit ante faciẽ suam. Dixeruntq;. Hec est preda dauid. Venit autem dauid ad ducẽtos viros q̃ lassi substiterant nec sequi poterant dõ: ⁊ residere eos iusserat in torrente Besor. Qui egressi sunt obuiam dauid: ⁊ ꝓpl'o qui erat cũ eo. Accedẽs autem dauid ad ꝓpl'm: salutauit eos pacifice. Rñdensq; vn⁹ vir pessimus ⁊ iniquus de viris qui erant cum dauid: dixit. Quia nõ venerunt nobiscũ non dabimus eis quicq̃

de preda quã eruimus: ſz ſufficiat vnicuiq; vxor ſua et filij: quos cũ acceperint: recedãt. Dixit aũt dauid. Non ſic facietis fratres mei ō his que tradidit nobis dñs ꝙ cuſtodiuit nos: et dedit latrunculos qui eruperant aduerſum nos in manus nr̃as: nec audiet vos quiſq; ſup ſermone hoc. Equa em̃ pars erit deſcendentis ad prelium et remanẽtis ad ſarcinas: et ſimiliter diuident. Et factũ eſt hoc ex die illa et deinceps conſtitutũ et prefinitũ et quaſi lex in iſrl̃: vſq; in diẽ hanc. Venit ḡ dauid in ſicelech ꝙ miſit dona de preda ſenioribꝫ iuda proximis ſuis: dicens. Accipite bñdictiõnem ō preda hoſtium dñi. His qui erant in bethel. ꝙ qui in ramoth ad meridiẽ: et qui in gether. ꝙ q̃ in aroer. et q̃ in ſephamoht. ꝙ q̃ in eſthama ꝙ qui in rachal. et qui in vrbibꝫ hierameli. et qui in vrbibꝫ ceni. et q̃ in rama. et qui in lacu aſan. et q̃ in athach. ꝙ q̃ in ebron: ꝙ reliquis q̃ erãt in his locis in quibꝫ ꝓmorat⁹ fuerat dō et viri eius. Ca. XXXI.

Philiſtijm autez pugnabãt aduerſũ iſrahel. Et fugerũt viri iſrl̃ ante faciẽ philiſtijm: et ceciderũt interfecti in monte gelboe. Irrueñtq; philiſtijm in ſaul ꝙ in filios ei⁹: ꝙ ꝑcuſſerũt ionathan. et aminadab. et melchiſue filios ſaul: totũq; pondus prelij verſũ eſt in ſaul Et ꝓſecuti ſunt eũ viri ſagittarij: et vulneratus eſt vehementer a ſagittarijs. Dixitq; ſaul ad armigez ſuum. Euagina gladium tuũ et interfice me: ne forte veniant incircũciſi iſti ꝙ interficiãt me illudentes mihi. Et noluit armiger ei⁹: fuerat enim nimio terrore ꝑterritus. Arripuit itaq; ſaul gladiũ ſuum: et irruit ſup eũ. Quod cũ vidiſſz armiger ei⁹ videlicet q̃ mortuus eſſet ſaul: irruit etiam ipe ſup gladium ſuum ꝙ mortuus eſt cum eo. Mortuus eſt ḡ ſaul ꝙ tres filij eius et armiger illius: et vniuerſi viri eius in die illa pariter. Videntes autẽ filij iſrahel: qui erant trans vallem ꝙ trans iordanen q̃ fugiſſent viri iſrahelite. et q̃ mortuus eſſet ſaul et tres filij eius: reliquerũt ciuitates ſuas et fugerunt. Venerũtq; philiſtijm: et habitauerũt ibi. Facta autez die altera venerunt philiſtijm vt expoliarent interfectos: et inuenerũt ſaul et tres filios eius iacentes in monte gelboe. Et precideruntcaput ſaul et expoliauerunt eum armis: ꝙ miſerunt in terram philiſtinoꝝ per circuitum: vt annũciaretur in templo idolorꝫ et in populis. Et poſuerunt arma eius in templo aſtaroth: corpus vō eius ſuſpẽderũt in muro bethſan. Quod cũ vidiſſent habitatores iabes galaad quecũq; fecerãt philiſtijm ſaul: ſurrexerunt oñes viri fortiſſimi et ambulauerũt tota nocte et tulerunt cadauera ſaul ꝙ cadauera filiorꝫ eius de muro bethſan. Venerũtq; viri iabes galaad: et ꝯbuſſerunt ea igni ꝙ tulerunt oſſa eorꝝ et ſepelierunt in nemore iabes et ieiunauerunt ſeptem diebus. Explicit liber Regũ ꝑmus.

Incipit liber Regum ſecũdus. Ca. j.

Factum eſt autem poſtq̃ mortuus ẽ ſaul vt dauid ꝝuerteretur a cede amalech: ꝙ maneret ĩ ſicelech duos dies. In die autem tertio apparuit homo veniẽs de caſtris ſaul veſte conciſſa: et puluere cõſperſus caput. Et vt venit ad dauid cecidit ſuper faciem ſuam: et adorauit. Dixit ad eũ Dauid. Vnde venis? Qui ait ad eũ. De caſtris iſrahel fugi. Et dixit ad eũ dō. Quod eſt verbum quod factum eſt? Indica mihi Qui ait. Fugit populus ex prelio: et multi corruẽtes ex ꝑplo mortui ſunt: ſed ꝙ ſaul et Jonathas filius eius interierunt. Dixitq; dauid ad adoleſcentẽ qui nunciabat ei. Vñ ſcis quia mortuus eſt ſaul ꝙ ionathas filiꝰ eius? Ait adoleſcens qui nunciabat ei. Casu veni in montem gelboe. et ſaul incumbebat ſuper haſtam ſuã: porro currus ꝙ equites appropinquabant ei: ꝙ conuerſus poſt tergum ſuum. Videnſq; me vocauit. Cui cũ reſpondiſſem aſſum: dixit mihi. Quis naz es tu. Et aio ad eum. Amalechites ego ſũ. Et locutus ẽ mihi. Sta ſuper me et interfice me quoniam tenent me anguſtie: ꝙ adhuc tota anima mea in me eſt. Stanſq; ſuper eum occidi illum. Sciebam enim q̃ viuere non poterat poſt ruinam. Et tuli dyadema quod erat in capite eius: ꝙ armillam ō brachio illi⁹: ꝙ attuli ad te dñm meũ huc Apprehẽdẽs aũt dō veſtimẽta ſua ſcidit. oẽſq; viri q̃ erant cũ eo: ꝙ plãxerũt et fleuerũt

et ieunauerunt vsq; ad vesperam sup saul et sup ionathan filiũ eius et sup pl'm dñi q sup domũ isrl': eoq; corruissent gladio. Dixitq; dauid ad iuuenẽ q nũciauerat ei. Ũñ es tu: Qui rñdit. Filius hois aduene amalechite ego sũ. Et ait ad eũ dauid. Quare non timuisti mittere manum tuã. vt occideres xp̃m dñi: Clocansq; dõ vnũ de pueris suis: ait. accedens irrue in eũ. Qui pcussit illũ: q mortuus ẽ. Et ait ad eũ dauid. Sãguis tu⁹ sup caput tuũ. Os em̃ tuũ locutũ est aduersuz te dicẽs: ego interfeci xp̃m dñi. Planxit aũ dauid planctũ huiuscemõi sup saul et sup ionathan filiũ ei⁹: et pcepit vt docerẽt filios iuda plãctũ sicut et scriptũ ẽ in libro iustoꝝ. Et ait. Considera isrl' p bis qui mortui sũt: sup excelsa tua vulnerati. Inclite isrl' sup montes tuos interfecti sũt Quõ ceciderũt fortes. Nolite annũciare in geth neq; ãnũcietis in cõpitis ascalõis: ne forte letẽt filie philistijm: ne exultẽt filie incircumcisoꝝ. Mõtes gelboe nec ros nec pluuia veniant sup vos. Neq; sint agri primitiaꝝ: qz ibi abiectus ẽ clipe⁹ fortiuz: clipeus saul q̃i non esset vnct⁹ oleo a sanguine interfectoꝝ ab adipe fortiũ. Sagitta Jonathe nunq̃ redyt retrorsũ: q gladi⁹ saul ñ ẽ reuersus inanis. Saul q Jonathas amabiles et decori valde in vita sua. in morte q̃ nõ sũt diuisi. Aq̃lis velotõres: leonibo fortiores. Filie isrl' sup saul flete qui vestiebat vos coccinio in delitijs: q̃ pbebat ornamẽta aurea cultui vr̃o. Quõ ceciderũt fortes ĩ plio! Jonathas in excelsis tuis occisus est. Doleo sup te ff̃ mi ionatha decore nimis: q amabilis sup amorẽ mulieꝝ. Sicut mat̃ vnicũ amat filiũ suũ: ita ego te diligebaz. Quomodo deciderunt robusti: q perierunt arma bellica. Ca. II.

Igitur post hec ꝛsuluit dõ dñm: dicẽs. Nũ ascendã in vnã ꝛ ciuitatibo iuda: Et ait dñs ad eũ Ascende. Dixitq; dõ. Quo ascẽdam: Et rñdit ei. Jn hebron. Ascendit g̃ dauid et due vxores ei⁹ achinoez iezrlites q abigail vxor nabal carmeli: sed et viros qui erãt cum eo duxit dauid singulos cũ domo sua: et mãserũt in oppidis hebron. Clenerũtq; viri iuda q vnxerũt ibi dõ: vt regnaret sup domũ iuda. Et nũciatum est dauid: q̃ viri Jabes galaad sepelissent saul. Misit g̃ dauid nunc̃ios ad viros iabes galaad: dixitq; ad eos Bñdicti vos a dño q̃ fecistis misericordiaz hanc cũ dño vestro saul: et sepelistis eum. Et nũc retribuet quidẽ vobis dñs miscdiaz et veritatẽ: et ego reddam gr̃am eoq; fecistis verbũ istud. Confortentur man⁹ vr̃e: q estote filij fortitudinis: licz em̃ mortuus sit dñs vr̃ saul: tñ me vnxit dom⁹ iuda in regẽ sibi. Abner aũt fili⁹ ner p̃nceps exercitus saul tulit hisboseth filiũ saul. et circũduxit eũ p castra: regemq; ꝓstituit sup galaad et sup iessuri et sup iezrahel et sup ephraim et sup beniamin et sup isrl' vniuersũ. Quadraginta annoꝝ erat hisboseth fili⁹ saul cũ regnare cepisset sup isrl': q duobo annis regnauit. Sola autẽ domus iuda seq̃bat dauid Et fuit numer⁹ dieꝝ q̃s ꝓmoratus ẽ dauid imperans in hebron sup domũ iuda: septẽ annoꝝ et sex mensiũ. Egressusq; est abner filius ner q pueri hisboseth filij saul de castris in gabaon: porro ioab filius saruie q pueri dauid egressi sunt. et occurrerũt eis iuxta piscinã gabaon. Et cum in vnũ ꝓuenissent: e regione sederunt hi in vna parte piscine: et illi ex altera. Dixitq; abner ad ioab. Surgant pueri: q ludant coram nobis. Et rñdit ioab. Surgant. Surrexerũt ergo et trãsierũt numero duodecim de beniamin ex pte hisboseth filij saul: et duodecim de pueris dauid. Apprehensoq; vnusquisq; capite comparis sui defixit gladiũ in lat⁹ ꝓtrarij: et ceciderũt simul. Clocatumq; est nom̃ loci illi⁹. ager robustoꝝ in gabaon. Et ortũ est bellum durꝝ satis in die illa: fugatusq; ẽ abner et viri isrl' a pueris dauid. Erant aũ ibi tres filie saruie: ioab q abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissimus fuit: quasi vn⁹ ex capreis que morantur in siluis. Persequebat aũ asahel abner: q nõ declinauit ad dextraz siue ad sinistrã. omittens persequi abner. Respexit itaq; abner post tergũ suũ et ait. Tu ne es asahel: Qui rñdit ego sum. Dixitq; ei Abner. Vade ad dextram siue ad sinistram q apprehẽde vnũ de adolescentibo: et tolle tibi spolia eius. Noluit aũt asahel omittere: quin vrgeret eũ. Rursũq; locut⁹ ẽ abner ad asahel. Recede q noli me sequi: ne forte compellar cõfodere te in terram: et leuare non potero faciem meam ad ioab fratrem meum. Qui audire cõtempsit: et noluit declinare. Percussit g̃

eum abner auersa hasta in inguine. ⁊ trās-
fodit: et mortuus ē in eodē loco. Omnesq;
q̄ transibant p̄ locū illum in quo ceciderat
asahel et mortu⁹ erat subsistebāt. Persequ-
tus aūt ioab ⁊ abisai fugientem abner. sol
occubuit. Et venerūt usq; ad collē aq̄duct⁹
q̄ est ex aduerso vallis et itineris deserti in
gabaon. Congregatiq; sunt filij beniamin
ad abner: et ꝯglobati in vnū cuneū stetērt
i sūmitate tumuli vni⁹. Et exclamauit ab-
ner ad ioab et ait. Nū usq; ad internitōem
tu⁹ mucro deseuiet: An ignoras q̄ piculo-
sa sit desperatio: Elsq;quo non dicis pl̄o ut
omittat psequi frēs suos: Et ait ioab. Eli-
uit dn̄s. Si locut⁹ fuisses mane: recessisset
pl̄us psequens frem suū. Insonuit g̈ ioab
bucina et stetit oīs exercit⁹: nec secuti sūt
ultra isrl̄: neq; inere certamē. Abner aūt ⁊
viri ei⁹ abierūt p̄ cāpestria moab tota no-
ctē illa ⁊ trāsierūt iordanen: ⁊ lustrata oī
bethoron venerunt ad castra. Porro ioab
reuers⁹ omisso abner ꝯgregauit oēm pl̄m
et defuerūt de pueris dauid: decem et nouē
viri excepto asahele. Serui aūt dauid per-
cusserunt de beniamin ⁊ de viris qui erant
cū abner: trecentosseptuaginta. qui ⁊ mortui
sunt. Tuleruntq; asahel: et sepelierūt eum
in sepulcro patris sui i bethleem. Et ambu
lauerunt tota nocte ioab ⁊ viri qui erāt cū
eo. ⁊ in ipo crepusculo peruenerunt in he-
bron.

Capitulum .III.

Facta ē g̈ lōga ꝯcertatō
inē domū dō et inter domū saulis:
dō p̄ficiēs et semp̄ seipo robustior
dom⁹ aūt saul decrescēs q̄tidie. Natiq; sunt
filij dō in hebron. Fuitq; primogenit⁹ eius
amon de achinoen iesrahelitē: et post eum
Cheleab de abigail uxore nabal carmeli.
porro tertⁱ⁹ absalon filⁱ⁹ maacha filie tho-
lomai regis gessur. Quart⁹ aūt adonias fi-
li⁹ agith. et q̄ntus saphacias filius abithal
Sextus q̄; hietraam de egla uxore dō. Hi
nati sūt in hebron. Cū g̈ esset preliū inē do
mū saul ⁊ domū dō: abner filⁱ⁹ ner regebat
domū saul. Fuerat aūt sauli ꝯcubina noīe
respha filia achia: īgressusq; ē ad eā abner
Dixitq; hisboseth ad abner. Quare ingres-
sus es ad ꝯcubinā patris mei: Qui iratus
nimis p̄ter verba hisboseth: ait. Nunquid
caput canis ego sum aduersum iudam ho-
die: q̄ fecerim misericordiā sup̄ domū saul
patris mei: et sup̄ frēs et p̄rimos eius: et
non tradidi te in manu dauid. et tu requi-
sisti in me q̄ argueres pro muliere hodie.
Hec faciat deus abner: et hec addat ei: nisi
quō iurauit dn̄s dauid sic faciā cum eo ut
transferet regnū de domo saul. et eleuetur
thronus dō sup̄ israhel ⁊ sup̄ iudam a dan
usq; bersabee. Et nō potuit rndere ei q̄q̄:
quia metuebat illū. Misit ergo abner nun-
cios ad dō in hebron pro se: dicēs. Cuius
est terra: Et ut loquerētur. Fac mecū ami-
citias et erit manus mea tecum: et reducā
ad te vniuersum israhel. Qui ait. optime.
Ego faciā tecum amicitias. sed vnam rem
peto a te: dicens. Nō videbis faciem meam
antēq; adduxeris mihi michol filiam saul.
et sic venies et videbis me. Misit aūt dauid
nuncios ad hisboseth filium saul: dicens.
Redde uxorem meā michol quam despondi
mihi centum preputijs philistijm. Misit g̈
hisboseth: ⁊ tulit eam a viro suo phaltiel
filio lais. Sequebaturq; eaz vir suus plo-
rans usq; baurim: et dixit ad eū abner. Ua
de et reuertere. Qui reuersus ē. Sermonē
q̄; intulit abner ad seniores israhel: dicens.
Tam heri q̄; nudiustertius querebatis dō
ut regnaret sup̄ vos. Nunc g̈ facite q̄m dn̄s
locutus est ad dauid: dicens. In manu ser
ui mei dauid saluabo pl̄um meum israhel
de manu philistijm ⁊ omniū inimicoz eⁱ⁹.
Locutus est aūt abner etiā ad beniamin.
Et abijt ut loqueretur ad dauid in hebron
omnia que placuerāt israeli ⁊ vniuerso bē-
iamin: venitq; ad dauid in hebron cū vigi-
ti viris. Et fecit dauid abner et viris eius
qui venerant cū eo ꝯuiuiū. Et dixit abner
ad dauid. Surgam ut ꝯgregem ad te dn̄m
meū regē omnē israhel ⁊ ineam tecū fedus
et imperes omnib⁹ sicut desiderat aīa tua.
Cum g̈ deduxisset dauid abner. et ille isset
in pace: statim pueri dō et ioab venerunt
cesis latronib⁹ cum p̄da magna nimis. Ab
ner aūt non erat cū dauid in hebron q̄; ia
dimiserat eū et p̄fect⁹ fuerat in pace ⁊ ioab
⁊ oīs exercitus q̄ erant cū eo: postea ve-
nerant. Nūciatū est itaq; ioab a narrātib⁹
Uenit abner filius ner ad regez. ⁊ dimisit
eū ⁊ abijt in pace. Et ingressus ē ioab ad re
gem et ait. Quid fecisti: Ecce venit abner
ad te. Quare dimisisti eum et abijt et reces-
sit: Ignoras abner filium ner q̄m ad hoc

venit ad te vt deciperet te: ⁊ sciret exitum tuū ⁊ introitū tuū. ⁊ nosset oīa que agis. Egressus itaq; ioab ad dō misit nūcios p⁹ abner: ⁊ reduxit eū a cisterna sira ignorā te dō. Cūq; redisset abner ī hebron seorsū abduxit eū ioab ad mediū porte. vt loq̄ret̄ ei in dolo: ꝑcussit illū ibi ī inguine ⁊ mortuus ē: in vltōem sanguīs asahel frīs eius Qd cū audisset dō rem iaz gestā: ait. Mūdus ego sū et regnū meū apud deū vsq; in sempiternuz a sanguine abner filij ner. et veniat sup caput ioab ⁊ sup oēm domum pr̄is ei⁹. nec deficiat d̄ domo ioab fluxū semīs sustinēs ⁊ leprosus. ⁊ tenēs fusū: ⁊ cadens gladio ⁊ indigens pane. Igit̄ ioab ⁊ abisai fr̄ ei⁹ int̄fecerūt abner: eo q̄ occidisset asahel frēz eoꝝ ī gabaon ī p̄lio. Dixit aūt dō ad ioab: ⁊ ad oēz populū q̄ erat cū eo. Scīdite vestimēta vr̄a ⁊ accīgimī saccis ⁊ plāgite añ exeq̄as abner. Porro rex dō seq̄bat̄ feretrū. Cūq; sepelissent abner ī hebrō leuauit rex dō vocē suā ⁊ fleuit super tumulū abner. Fleuit at̄ ⁊ oīs ꝓpl̄us. Plāgensq; rex ⁊ lugēs abner ait. Nequaq̄ (vt mori solent ignaui) mortu⁹es abner. man⁹tue ligate nō sūt. et pedes tui nō sūt ꝯpedibꝫ aggrauati: sz sicut solēt cadere corā filijs iniq̄tatis sic corruisti. Cōgeminās q; oīs ꝓpl̄s: fleuit sup eū. Cūq; venisset vniuersa multitudo cibū cape cū dō clara adhuc die. iurauit dō: dicēs. Hec faciet mihi de⁹ ⁊ hec addat: si añ occasū solis gustauero panē vel aliud quicq̄. Oīsq; ꝓpl̄us audiuit: et placuerūt eis cūcta q̄ fecit rex in ꝯspectu oīs ꝓpl̄i. Et cognouit omē vulg⁹ ⁊ vniuers⁹ isrl̄ in die illa: qm̄ nō actū fuisset a rege vt occideret̄ abner fili⁹ ner. Dixit q̄ rex ad ꝑuos suos. Nū ignoratis qm̄ prīceps et maxim⁹ cecidit hodie in israel: Ego aūt adhuc delicat⁹ ⁊ vnctus rex. Porro viri isti filij saruie duri mihi sunt. Retribuat dominus facienti malū iuxta malitiam suam. Capitulum. IIII.

deposuit eũ de cenaculo ī inferioꝛẽ domũ:
et trabidit matri sue: ⁊ ait illi. En viuit fi
lius tuus. Dixitq; mulier ad heliã. Nũc ī
isto cognoui quoniã vir dei es tu: et vbuz
dñi ī oꝛe tuo verꝫ ē. ¶ Capitulũ. XVIII.

Post dies multos factũ
ē verbũ dñi ad heliã. ī ãno tercio
dicēs. Vade ⁊ ondẽ te achab: vt dẽ
pluuiã sup faciẽ terre. Iuit ḡ helias vt oñ
deret se achab. Erat aũt fames vehemens
in samaria. Vocauitq; achab abdiã dispẽ
satorẽ dom⁹ sue. Abdias aũt timebat dñm
deũ valde. Nã cũ interficeret iezabel pphe-
tas dñi tulit ille cẽtũ pphas ⁊ abscõdit eos
q̃nq̃gẽos ⁊ q̃nq̃gẽos ī spelũcis. ⁊ pauit eos
pane et aqua. Dixit ḡ achab ad abdiã. va
de in terrã ad vniuersos fontes aquaz ⁊ ī
cũctas valles: si forte possimus inuenire
herbã et saluare equos et mulos: et nō pe
nitus iumẽta intereant. Diuiserunt q; sibi
regiones: vt circuirent eas. Achab ibat p
viã vnã: et abdias p viam alterã seorsuz.
Cunq; esset abdias in via: helias occurrit
ei. Qui cũ cognouisset eũ cecidit sup faciẽ
suã et ait. Num tu es dñe mi Helias: Cui
ille rñdit. Ego. Et dixit. Vade et dic dño
tuo. Adest helias. Et ille: quid peccaui in
quit quoniã trades me seruum tuũ. ī ma-
nu achab vt interficiat me: Viuit dñs de⁹
tuus: qr nõ ē gens aut regnũ in quo non
miserit domin⁹ me⁹ te requirẽs. Et respon
dentibo cũctis nõ est hic: adiurauit regna
singula et gentes: eoq; minime repireris.
Et nũc dicis mihi: vade ⁊ dic domino tuo
adest helias: Cũq; recessero a te spũs dñi
asportabit te in locũ quẽ ego ignoro: et ī-
gressus nũtiabo achab: et nõ inueniẽs te
interficiet me. Seruus aũ tu⁹ timet dñm
ab infantia sua. Nũquid non indicatũ est
tibi dño meo quid fecerim cũ interficeret
iezabel pphas dñi: q; abscõderim de pphetis
dñi centũ viros quinquagenos et quĩqua
genos in spelũcis et pauerĩ eos pane ⁊ aq̃
Et nũc tu dicis: vade et dic dño tuo adest
helias: vt interficiat me: Et dixit helias.
Viuit dñs exercituũ ante cui⁹ vultuz sto:
qr hodie apparebo ei. Abijt ḡ abdias ī oc-
cursũ achab: idicauitq; ei. Venitq; achab
ī occursũ helie: et cũ vidisset eũ ait. Tu ne
es ille q̃ pturbas isrl'; Et ille ait. Non ego
turbaui isrl' sz tu et dom⁹ pris tui: q̃ dere-
liquistis mãdata dñi et secuti estis baalĩ.
Verũtamẽ nunc mitte et cõgrega ad me
vniuersũ isrl' in mõte carmeli: et pphas ba
al quadringẽtos quinquaginta. prophetas-
q; lucoruz quadringentos: qui comedunt

de mẽsa iezabel. Misit achab ad oẽs filios
isrl̃: et ꝓgregauit ꝓphas in mõte carmeli.
Accedens aũt helias ad oẽz ꝓpl̃m isrl̃ ait.
Usqꝙquo claudicatis ĩ duas ptes: Si dñs
est de⁹ sequimini eũ: si aũt baal: sequimini
illum. Et nõ respondit ei ꝓpl̃us verbũ. Et
ait rursus helias ad populũ. Ego remãsi
ꝓpha dñi solus: ꝓphetæ aũt baal ꝯdringen-
ti et quĩquagĩta. ꝓphetæqꝙ lucoz ꝯdringẽti
viri sunt. Dentur nobis duo boues: et illi
eligant sibi bouẽ vnũ ⁊ in frusta cedentes
ponãt sup ligna: ignẽ aũ nõ supponãt. Et
ego faciã bouẽ altez et ĩponã sup ligna:
ignẽ aũt nõ supponã. Inuocate noĩa deo-
rũ vẽoz: et ego inuocabo nomen dei mei.
et deus q̃ exaudierit p ignẽ ipe sit de⁹. Re-
spondẽs omnis ꝓpl̃s: ait. Optima ꝓpositio
q̃ locutus ẽ helias. Dixit g̃ helias ꝓphetis
baal. Eligite vobis bouẽ vnũ et facite pri
mi qz vos plures estis: et inuocate noĩa de-
oz vestroz ignẽqꝙ nõ supponatis. Qui cuz
tulissent bouẽ quẽ dederat eis fecerũt: et ĩ
uocabãt nomẽ baal de mane usqꝙ ad meri-
diẽ: dicẽtes. Baal exaudi nos. Et nõ erat
voz: neqꝙ q̃ rñderet. Trãsiliebantqꝙ altare
qð fecerãt. Cũqꝙ essꝫ iã meridies: illudebat
illis helias dicens. Clamate voce maioze.
Deus em̃ vĩ ẽ: et forsitan loquit̃. aut ĩ di-
uersorio ẽ. aut in itinere: aut certe dormit
vt excitetur. Clamabãt ergo voce magna
et incidebãt se iuxta ritũ suũ cultris et lã
ceolis donec pfunderent̃ sanguine. Postq̃
aũt transijt meridies. ⁊ illis ꝓphetantibus
venerat tẽpus quo sacrifitiũ offerri solet
nec audiebat̃ vox nec aliquis respõdebat
nec attendebat orantes. dixit helias omni
populo. venite ad me. Et accedẽte ad se po
pulo curauit altare dñi quod destructum
fuerat: ⁊ tulit duodecim lapides iuxta nu
merꝙ tribuũ filiorꝙ Jacob ad quẽ factus ẽ
ſmo dñi dicens. israhel erit nomen tuũ: et
edificauit de lapidibus altare ĩ nomine do
mĩ. Fecitqꝙ aqueductũ quasi p duas ara-
tiũculas in circuitu altaris: et ꝯposuit li-
gna. Diuisitqꝙ p mẽbra bouẽ et posuit su-
p ligna et ait. Impletæ quatuoz ydrias aq̃
et fũdite sup olocaustũ et sup ligna. Rur-
sũqꝙ dixit. Etiã secũdo hoc facite. Qui cuz
fecissẽt secũdo ait. Etiã tertio idipm facite.
Fecerũtqꝙ tertio: et currebãt aque circuz
altare: ⁊ fossa aqueductus repleta ẽ. Cũqꝙ
iam tempus eẽt vt offerez̃ olocaustũ: acce
dens helias ꝓpheta ait. Dñe deus Abrahã
et ysaac et isrl̃. ostende hodie. qz tu es de⁹
isrl̃ et ego ſuus tuus: et iuxta ꝓceptũ tu-
uz feci oĩa vba hec. Exaudi me dñe exau-
di me: vt discat ꝓpl̃us iste. qz tu es dñs de⁹
et tu ꝯuertisti coz eoꝝ itez. Cecidit autem
ignis dñi et vorauit olocaustũ et ligna et
lapides: puluerẽ q̃z et aquã q̃ erat in aq̃du
ctu lambẽs. Quod cũ vidisset omnis ꝓpl̃s
cecidit in faciẽ suã: et ait. Dominus ipe ẽ
deus: dñs ipe ẽ de⁹. Dixitqꝙ helias ad eos
apprehẽdite ꝓphetas baal: et ne vn⁹ quidez
effugiat ex eis. Quos cũ apprehendissent:
duxit eos helias ad torrentẽz cyson: et in-
terfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. A-
scende comede et bibe: qz sonus multe plu-
uie est. Ascendit achab. vt comederet ⁊ bi
beret: helias aũt ascendit ĩ verticẽ carme-
li et ꝓnus in terrã posuit faciẽ suã ĩter ge
nua sua: et dixit ad puez suũ. Ascende: et
pspice ꝓtra mare. Qui cũ ascendisset et cõ
tẽplatus esset: ait. Nõ est quicq̃. Et rursũ
ait illi. Reuertere septẽ vicibꝫ. In septima
aũt vice ecce nubecula pua quasi vestigiũ
hominis ascendebat de mari. Qui ait. A-
scende et dic achab iunge currum tuũ ⁊ de
scẽde: ne occupet te pluuia. Cũqꝙ se verte-
ret huc atqꝙ illuc: ecce celi ꝓtenebrati sunt
et nubes ⁊ vẽtus: et facta ẽ pluuia grãdis
Ascẽdẽs itaqꝙ achab abijt ĩ iesrahel: et ma
nus dñi facta ẽ sup heliam: accinctisqꝙ lũ-
bis currebat ante achab donec veniret in
iesrahel. ℭ Capitulũ .XIX.

Nntiauit aũt achab ie-
zabel omnia que fecerat helias: et
quomõ occidisset vniuersos ꝓphas
baal gladio. Misitqꝙ iezabel nuntiũ ad he
liã dicens. Hec mihi faciant dij. et hec ad-
dãt: nisi hac hora cras posuero aiaz tuaz
sicut aiam̃ vnius ex illis. Timuit g̃ heli-
as et surgẽs abijt quocũqꝙ eũ ferebat vo-
luntas: venitqꝙ in bersabee iuda. et dimi-
sit ibi puez suũ: et prexit in desertum viã
vnius diei. Cunqꝙ venisset ⁊ sederet subter
vnam iunipezum: petiuit aĩe sue vt mozez
ret̃. Et ait: sufficit mihi domine: tolle ani-
mam meam. Neqꝙ em̃ melioz sum quaz pa
tres mei. Proiecitqꝙ se: et obdormiuit in
vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetĩ-
git eũ: ⁊ dixit illi. surge ꝓmede. Respexit:

et ecce ad caput suū subcineriti⁹ panis et vas aq̄. Comedit g̊ ⁊ bibit: et rursū obdormiuit. Reuersusq; est angel⁹ dñi scōdo ⁊ tetigit eū: dixitq; illi. Surge comede. Gran dis em̄ tibi restat via. Qui cum surrexisset comedit et bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius q̄draginta diebꝫ et q̄draginta noctibꝫ usq; ad mōtē dei oreb. Cūq; venisset illuc: māsit ī spelūca. Et ecce ꝼmo dñi ad eū: dixitq; illi. Quid h̄ agis Helia: At ille rñdit. zelo zelat⁹ sū p dño deo exercituū q⁹ dereliq̄runt pactū dñi filij isrl̄. Altaria tua destruxerūt: ⁊ pp̄has tuos occiderunt gladio: ⁊ derelict⁹ sū ego solus: ⁊ q̄rūt aiaz meā. vt auferant eā. Et ait ei. Egredere: ⁊ sta in mōte corā dño. Et ecce dñs trāsijt. ⁊ spūs grādis ⁊ fortis. subuertēs montes: et p̄terēs petras añ dñm. Nō in spū dñs. Et post spm̄ cōmotio. Nō in cōmotōne dñs. et post cōmotōnez ignis. Nō in igne dñs. Et post ignem sibulus aure tenuis. Qd̄ cum audisset Helias operuit vultū suū pallio: et egressus stetit ī ostio spelūce: ⁊ ecce vox ad eū dicēs. Quid h̄ agis Helia: Et ille respondit. zelo zelat⁹ sū p dño deo exercituū q⁹ dereliquerūt pactuz tuū filij isrl̄. Altaria tua destruxerūt et pp̄has tuos occiderūt gladio: et derelictus sū ego solus: ⁊ q̄runt aiaz meā vt auferāt eam. Et ait dñs ad eū. Elade et reuertere ī viā tuā. p deserтum ī damascū. Cunq; pueneris illuc unges Asahel rḡē sup syriā: ⁊ Jehu filiū Nāsi unges regem sup israhel. Heliseū autem filiū Saphat qui est de abelmeula unges pp̄hetam p te. Et erit quicūq; fugerit gladium Asahel occidet euz Jehu: ⁊ quicūq; fugerit gladiū Jehu interficiet eum Heliseus. Et derelinquā mihi ī isrl̄ septē milia virox quox genua nō sūt incuruata ante baal et oē os q̄ nō adorauerit eū osculans manuz. Profect⁹ g̊ inde Helias repit Heliseū filiū Saphat arātez in duodecim iugis boū: et ipse ī duodecim iugis boum arātibꝫ un⁹ erat. Cunq; venisset Helias ad eū misit palliū suū sup eū. Qui statim relictis bobꝫ cucurrit post Heliam. Et ait. Oscular oro te patrē meū et matrē meā: ⁊ sic sequar te. Dixitq; ei. Elade et reuertere q̄ em̄ meū erat feci tibi. Reuersus autez ab eo tulit par boū et mactauit illud: ⁊ in aratro boū coxit carnes: ⁊ dedit pplo ⁊ co

medерūt. Cōsurgēsq; abijt ⁊ secut⁹ ē Heliā et ministrabat ei. ¶ Capitulum .XX.

PRro Benadab rex si‖rie ꝯgregauit oēz exercitū suū. et trigintaduos reges secū. et eqs et currus: ⁊ ascēdēs pugnabat ꝯtra samariam ⁊ obsidebat eā. Mittensq; nūcios ad Achab regez israhel ī ciuitatē ait. Hec dicit Benadab. Argētū tuū ⁊ auꝝ tuū meū est ⁊ uxores tue ⁊ filij tui optimi mei sunt Respondit⁹q; rex isrl̄. Juxta verbū tuū domine mi rex: tuus sum ego ⁊ oīa mea. Reuertēteq; nūcij dixer̄t. Hec dicit benadab qui misit nos ad te. Argentū tuū et aurū tuū et uxores tuas ⁊ filios tuos dabis mihi. Eras igit̄ hac eadē hora mittam seruos meos ad te: et scrutabūt̄ domū tuam ⁊ domum seruoꝝ tuoꝝ: ⁊ omne qd̄ eis placuerit: ponent ī manibꝫ suis et auferent. Elocauit aū rex isrl̄ oēs seniores terre: ⁊ ait Animaduertite ⁊ videte: quoniaz insidiet̄ nobis. Misit em̄ ad me p uxoribꝫ meis ⁊ filijs ⁊ p argētō ⁊ auro: ⁊ nō abnui. Dixerūtq; oēs maiores natu et uniuersus pop⁹ ad eū. Nō audias: neq; acquiescas illi. Respondit⁹q; nūcijs Benadab. Dicite dño meo regi. Omnia pter que misisti ad me seruū tuū in initio faciā. hanc rem facere nō possum. Reuersiq; nūcij retulerūt ei. Qui remisit ⁊ ait. Hec faciāt mihi dij ⁊ hec addāt: si suffecerit puluis samarie pugillis oīs pplī qui sequit̄ me. Et respōdens rex isrl̄ ait. Dicite ei. Ne gloriet̄ accinctus. eque vt discinctus. Factū est aūt cū audisset Benadab verbū istud bibebat ipe et reges in umbraculis: et ait seruis suis. Circūdate ciuitatez. Et circūdederūt eaz. Et ecce pp̄heta un⁹ accedens ad Achab regē israhel ait ei. Hec dicit dñs. Certe vidisti omnē multitudinem hanc nimiā. Ecce ego tradaz eā ī manū tuā hodie: vt scias q⁹ ego sū dñs. Et ait Achab. Per quē: Dixit ei. Hec dicit dñs. Per pdissequos pncipum puinciarum. Et ait. Quis incipiet preliari: Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo pueros pncipū puinciaꝝ: ⁊ reperit numerū ducētorūtrigintaduoꝝ. Et recensuit p⁹ eos pplm oēs filios isrl̄ septem milia. et egressi sūt meridie. Benadab aūt bibebat temulentus ī umbraculo suo: ⁊ reges trigintaduo cuz eo q̄ ad auxiliū ei⁹ venerāt.

Egressi sunt autē pueri principū puincia
rum ī prima frontē. Misit itaq; Benadab
qui nuntiauerūt ei dicētes. Viri egressi sūt
de samaria. At ille ait. Siue p pace veni-
unt apphendite eos viuos: siue vt plienē
viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri
puinciaꝝ: ac reliquus exercit⁹ sequebat̄.
Et pcussit vnusquisq; vir q̄ ptra se veni
ebat: fugerūtq; siri: et psecutus ē eos isrl̄.
Fugit q̄q; Benadab rex sirie ī equo cū eq̄ti
bus suis. Necnon egressus rex isrl̄ pcussit
equos ⁊ currus: et pcussit siriā plaga ma-
gna nimis. Accedens autē pphēta ad regē
isrl̄ dixit ei. Vade et confortare: et scito. et
vide quid facias. Sequēti em̄ anno. rex si
rie ascendet cōtra te. Serui vō regis sirie
dixerunt ei. Dij mōtium sunt dij eoꝝ: ideo
supauerunt nos. Sed melio⁹ est vt pugne-
mus ptra eos ī campestribo: ⁊ obtinebim⁹
eos. Tu ergo verbū hoc fac. Amoue rḡes
singulos ab exercitu tuo: ⁊ pone prīcipes
p eis: ⁊ instaura numeꝝ militū qui cecide
runt de tuis ⁊ equos ꝑm equos pristinos.
et currus ꝑm currus quos ante habuisti.
et pugnabimus ꝯ eos ī campestribo: et vi-
debis q̄ obtinebimus eos. Credidit cōsilio
eoꝝ: et fecit ita. Igit̄ post q̄ ann⁹ trāsierat
recensuit Benadab siros ⁊ ascēdit ī affec:
vt pugnaret cōtra isrl̄. Porro filij israhel
recēsiti sunt ⁊ acceptis cibarijs pfecti ex
aduerso: castraq; metati sunt ptra eos q̄si
duo parui greges capraꝝ: siri aut̄ reple-
uerūt terrā. Et accedēs vnus vir dei dixit
ad regez isrl̄. Hec dicit dñs. Quia dixerūt
siri deus montium est dñs. et non est deus
valliuz: dabo oñez multitudinē hāc grā-
dem ī manu tua: ⁊ scietis quia ego sū dñs
Dirigebātq; septē diebo exaduerso bi atq;
illi acies: septima autē die commissum est
bellum. Percusserūtq; filij isrl̄ de siris cē-
tum milia pditum in die vna. Fugerunt
autē siri qui remanserūt in affec ī ciuita-
tem et cecidit murus sup vigintiseptē mi-
lia hominū qui remāserant. Porro Bena
dab fugiens ingressus est ciuitatez ī cubi
culum quod erat intra cubiculū: dixer̄tq;
ei serui sui. Ecce audimus q̄ reges domus
isrl̄ clemētes sint. Ponam⁹ itaq; saccos in
lumbis nr̄is et funiculos ī capitibo nr̄is:
⁊ egrediamur ad regē isrl̄: forsitan salua
bit aīas nr̄as. Accinxerūt saccis lumbos
suos et posuer̄t funiculos in capitibo suis
veneršq; ad regē isrl̄ ⁊ dixerūt ei. Seru⁹
tuus Benadab dicit. Viuat oro te anima
mea. et ille ait. Si adhuc viuit frater me⁹
est. Qđ acceperūt viri p omine: ⁊ festinan
tes rapuerūt verbū ex ore ei⁹: atq; dixer̄t.
Frater tuus Benadab viuit. Et dixit eis.
Ite et adducite eū ad me. Egressus ē ḡ ad
eum Benadab: ⁊ leuauit eū ī currū suum
Qui dixit ei. Ciuitates q̄s tulit pr̄ meus a
pre tuo reddaz: et plateas fac tibi ī dama
sco sicut fecit pr̄ me⁹ ī samaria: ⁊ ego fede-
ratus recedam a te. Pepigit ḡ fed⁹: et di-
misit eum. Tunc vir q̄dam de filijs pphaꝝ.
dixit ad socium suum ī sermone dñi. Per-
cute me. At ille noluit pcutere. Cui ait q̄
noluisti audire vocē dñi: ecce ſcedes a me
⁊ pcutiet te leo. Cunq; paululum recessissz
ab eo: inuenit euz leo atq; pcussit. Sed et
alter inueniēs vir: dixit ad euz. Percute
me. Qui pcussit eum: et vulnerauit. Abijt
ḡ pphēta et occurrit regi ī via: ⁊ mutauit
aspsione pulueris os. ⁊ oculos suos. Cūq;
rex trāsissz: clamauit ad regē ⁊ ait. Seru⁹
tuus egressus est ad pliāduz comin⁹ cūq;
fugisset vir vn⁹. adduxit eū q̄dam ad me:
et ait. Custodi vir istuz. Qui si lapsus fu-
erit: erit aīa tua p aīa eius. aut talentuz
argenti appendes. Dum aūt ego turbatus
huc illucq; me vertere: subito nō comput
Et ait rex isrl̄ ad euz. Hoc est iudiciū tuū
quod ipe decreuisti. At ille statim abster-
sit puluerem de facie sua: ⁊ cognouit eum
rex isrl̄ q̄ essz de pphetis. Qui ait ad eum.
Hec dicit dñs. Quia dimisisti vir dignuz
morte de manu tua. ⁊ erit aīa tua pro aīa
eius: et pl's tuus p pl'o ei⁹. Reuersus est
igit̄ rex isrl̄ in domum suā. audire cōtem
nens: et furibund⁹ venit in samariam.

Capitulum XXI.

Post verba aūt hec tem-
pore illo vinea erat Naboth iesra-
helite q̄ erat ī iesrahel: iuxta pala
ciū Achab regis samarie. Locut⁹ est ergo
Achab ad Naboth dicens. Da mihi vineā
tuā vt faciā mihi hortū olerū: quia vicīa
est ⁊ ape domū meaz. Daboq; tibi p ea vi-
neā meliorē: aut si comodi⁹ tibi putas ar-
genti pciū q̄tum digna est. Cui rñdit Na-
both. Propiti⁹ mihi sit dñs: ne dem here-
ditatem patꝝ meoꝝ tibi. Venit ḡ Achab

in domũ suã. indignãs et frendẽs sup verbo qđ locut⁹ fuerat ad eũ Naboth iesrahelites dicẽs: nõ dabo tibi hereditatẽ patrũ meorũ. Et pjciens se ĩ lectulũ suũ auertit faciẽ suã ad parietẽ: et nõ comedit panẽ. Jngressa est aũ ad eũ Jezabel uxor sua dixitq; ei. Quid est hoc vñ aĩa tua cõtristata est. et quare nõ comedis panẽ? Qui rñdit ei. Locut⁹ sũ Naboth iesrahelites ⁊ dixi ei. Da mihi vineam tuã accepta pecunia aut si tibi placet dabo tibi vineã meliorẽ p ea. Et ille ait. Nõ dabo tibi vineã meã. Dixit ergo ad eũ Jezabel uxor eius. Grãdis auctoritatis es: ⁊ bene regis regnũ isr̃l Surge ⁊ comede panẽ: ⁊ equo aĩmo esto. Ego dabo tibi vineaz Naboth iesrahelites. Scripsit itaq; litteras ex nomĩe Achab. et signauit eas anulo eius: ⁊ misit ad maiores natu. ⁊ optimates q̃ erãt in ciuitate eius: ⁊ habitabant cum Naboth. Litteraz autẽ hec erat sententia. Predicate ieiuniũ et sedere facite Naboth inter p̃mos populi: ⁊ submittite duos viros filios Belial ꝫ eum. et falsum testimonium dicant dicẽs Naboth deum et regem ⁊ educite eũ ⁊ lapidate. sicq; moriatur. Fecerunt g̃ ciues eius maiores natu et optimates q̃ habitabant cum eo ĩ urbe sicut p̃ceperat eis Jezabel: ⁊ sicut scriptum erat ĩ litteris q̃s miserat ad eos. Predicauerunt ieiuniũ: ⁊ sedere fecerunt Naboth inter primos ꝑpl̃i et adductis duobus viris filijs dy̆aboli fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilz ut viri dy̆abolici. dixerunt contra eũ testimoniũ coraz multitudine. Benedixit Naboth deum et regem. Quo rem eduxerunt eum extra ciuitatem: et lapidibus interfecerunt. Miseritq; ad Jezabel dicentes. Lapidatus ẽ Naboth: ⁊ mortuus est. Factuz est autem cum audisset Jezabel lapidatum Naboth ⁊ mortuum locuta est ad Achab. Surge posside vineã Naboth iesrahelite: qui noluit tibi acquiescere ⁊ dare eam accepta pecunia. Non em̃ viuit Naboth: sed mortuus est. Qđ cum audisset Achab mortuum videlicet Naboth surrexit et descendebat ĩ vineam Naboth iesrahelite ut possideret eaz. Factus est igitur sermo domini ad Heliam thesbiten dicens. Surge descende in occursum Achab regis israhel. q̃ est in samaria. Ecce ad vineaz Naboth descendit: ut possideat eã. Et loqueris ad eũ dicens. Hec dicit dominus deus. Occidisti insup et possedisti. Et post hec addes. Hec dicit dominus. In loco hoc in quo linxerũt canes sanguinez Naboth: lambent quoq; sanguinez tuum. Et ait Achab ad Heliã. Num inuenisti me inimicum tibi? Qui dixit. Inueni. eo q̃ venundatus sis ut facere malum in conspectu domini. Hec dicit dominus. Ecce ego inducam super te malum. ⁊ demetam posteriora tua: et interficiam de Achab mingentem ad parietẽ: et clausũ et vltimũ in israhel. Et dabo domũ tuam sicut domũ hieroboam filij Nabath et sicut domũ Baasa filij Achia: quia egisti vt me ad iracundiam p̃uocares: ⁊ peccare fecisti israhel. Sed de Jezabel locut⁹ est domin⁹ dicens. Canes comedẽt Jezabel in agro iesrahel. Si mortu⁹ fuerit Achab in ciuitate comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro: comedẽt eum volucres celi. Igitur non fuit alter talis sicut Achab qui venũdat⁹ ẽ vt faceret malum in conspectu domini. Cõcitauit enim eum Jezabel uxor sua: et abhominabilis factus est. intãtũ vt ꝑsequeretur idola que fecerãt amorrei: quos consumpsit dominus a facie filiorum israhel. Itaq; cum audisset Achab sermones istos scidit vestimenta sua et operuit cilicio carnem suam: ieiunauitq; ⁊ dormiuit ĩ sacco: ⁊ ambulauit demisso capite. Et factus est sermo dñi ad Heliam thesbiten: dicens. Nõne vidisti humiliatum Achab coram me: quia igit̃ humiliatus est mei causa. non inducam malum in diebus eius: sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

Capitulum .XXII.

Transierunt igitur tres anni absq; bello inter siriam ⁊ israhel. In anno autem tercio descẽdit Josaphat rex iuda ad regẽ israhel. Dixitq; rex israhel ad seruos suos. Ignoratis q̃ nostra sit ramoth galaad. ⁊ negligimus tollere eã de manu regis sirie: Et ait ad Josaphat. Veniesne mecum ad preliandum in ramoth galaad: Dixitq; Josaphat ad regem israhel. Sicut ego sum: ita ⁊ tu Popul⁹ meus et populus tuus vnum sũt. et equites mei equites tui. Dixitq; Josaphat ad regẽ Jsrahel. Quere oro te hodie

sermonem dñi. Congregauit g̃ rex israhel
prophetas.quadringẽtos cir′citer viros:⁊
ait ad eos. Ire debeo ī ramoth galaad ad
bellandum an acquiescere? Qui respon-
rũt. Ascẽde:et dabit eã dñs ī manu regis.
Dixit aũ Josaphat. Nõ est hic ꝓpheta dñi
q̃spiam:vt interrogem⁹ per eũ? Et ait rex
israhel ad Josaphat. Remãsit vir vnus p
quez possumus interrogare dñm:sed ego
odi eũ.qr nõ ꝓphetat mihi bonũ sed malũ.
Micheas fili⁹ Jemla. Cui iosaphat ait. Ne
loquaris ita rex. Vocauit g̃ rex israhel eu
nuchum quẽdaz:⁊ dixit ei. Festina addu
cere Micheã filiũ Jemla. Rex aũt isr′l⁊ Jo
saphat rex iuda sedebãt. vnusq̃sq; in solio
suo vestiti cultu regio in area iuxta ostiũ
portę samarie: et vniuersi ꝓphetę ꝓpheta-
bãt in ꝓspectu eoꝝ. Fecit q̃; sibi Sedechi-
as fili⁹ Chanaan cornua ferrea ⁊ ait. Hec
dicit dñs. His vẽtilabis siriaz: donec dele-
as eam. Omnesq; ꝓphetę similiter ꝓpheta-
bãt dicentes. Ascende ī ramoth galaad et
vade ꝓspere:⁊ tradet dñs in manus regis
inimicos tuos. Nuncius vo q̃ ierat vt vo-
caret Micheã:locut⁹ est ad eũ dicẽs. Ecce
sermones ꝓphetaꝝ ore vno regi bona ꝑdi
cant. Sit g̃ sermo tuus similis eoꝝ:et lo-
quere bona. Cui Micheas ait. Viuit dñs:
quia quodcũq; dixerit mihi dominus hoc
loquar. Venit itaq; ad regẽ:⁊ ait illi rex.
Micheа:ire debem⁹ ī ramoth galaad ad ꝑ
liandum an cessare? Cui ille rñdit. Ascen
de et vade ꝓspere:⁊ tradet eã domin⁹ ī ma-
nu regis. Dixit autem rex ad eum. Ꝯterũ
atq; itez adiuro te:vt non loquaris mihi
nisi quod vez est ī noie domini. Et ille ait
Vidi cunctum israhel dispersum in mõti-
bus:quasi oues nõ habentes pastorez. Et
ait dñs. Nõ habent isti dominũ: reuertat
vnusquisq; ī domũ suã ī pace. Dixit g̃ rex
israhel ad Josaphat. Nunquid nõ dixi tibi
quia non ꝓphetat mihi bonum: sed ꝑ ma
lũ? Ille vero addens ait. Propter hoc au-
di sermonez domini. Vidi dominũ sedentẽ
sup̃ soliũ suũ:et omnẽ exercitũ celi assistẽ
tez ei a dextris ⁊ a sinistris. Et ait domin⁹
Quis decipiet Achab regẽ israhel vt ascẽ
dat:et cadat ī ramoth galaad? et dixit vn⁹
verba huiuscemodi:et alius aliter. Egres-
sus est autẽ spiritus: et stetit corã domi̊o:
et ait. Ego decipiam illum. Cui locut⁹ est
dominus. Jn quo? Et ille ait. Egrediar:et
ero spiritus mendax in ore omniũ ꝓpheta
rum eius. Et dixit dñs. Decipies et ꝓuale
bis: egredere. et fac ita. Nunc igitur ecce
dedit dñs spiritũ mendacij in ore omnium
ꝓphetaꝝ tuoꝝ qui hic sũt:et dñs locut⁹ est
ꝑtra te malũ. Accessit autez Sedechias fi
lius Chanaan:⁊ ꝑcussit Micheam ī maxil
lam:et dixit. Me ne ergo dimisit spũs dñi
⁊ locutus est tibi? Et ait Micheas. Videbis
tu⁹ es in die illa: quãdo ingredieris cubiculũ
intra cubiculũ vt abscondaris. Et ait rex
isr′l. Tollite Micheã et maneat apud am-
mon ꝓncipem ciuitatis.et apo Joas filiũ
Amalech ⁊ dicite eis. Hec dicit rex. Mitti
te vir istum ī carcerẽ:⁊ sustentate eũ pa-
ne tribulatõis et aqua angustie: donec re
uertar ī pace. Dixitq; Micheas. Si reuer-
sus fueris in pace:nõ est locut⁹ ī me dñs.
Et ait. Audite populi oẽs. Ascendit itaq;
rex isr′l⁊ Josaphat rex iuda.ī ramoth ga-
laad. Dixit itaq; rex israhel ad Josaphat.
Sume arma et ingredere prelium: et indu-
ere vestibus tuis. Porro rex isr′l mutauit
habitum suũ:et ingressus est belluz. Rex
autez sirie preceperat principibo curruum
triginta duobo:dicens. Non pugnabitis ꝯ
minorem et maiorem quẽq̃: nisi contra re
gem israhel solum. Cum ergo vidissẽt ꝓn-
cipes curruũ Josaphat suspicati sunt qo
ipse eẽt rex israhel:et impetu facto pugna
bant contra eũ. Et exclamauit Josaphat.
Intellexeruntq; principes curruuz quod
non esset rex israhel: ⁊ cessauerunt ab eo.
Vnus autem quidam tetendit arcum in
incertum sagittam dirigens: et casu per-
cussit regem israhel inter pulmonẽ et sto-
machũ. At ille dixit aurige suo. Verte ma
num tuam.et eijce me de exercitu. qr gra-
uiter vulnerat⁹ sum. Commissum est ergo
prelioz in die illa. Et rex israhel stabat in
curru suo.contra siros:⁊ mortuus est ve-
spere. Fluebat autez sanguis plage ī sinũ
currus:⁊ preco insonuit in vniuerso exer-
citu antẽq̃ sol occumberet:dicens. Vnus-
quisq; reuertatur ī ciuitatem et in terram
suam. Mortuus est autẽ rex:et platus est
in samariã. Sepelieruntq; regez in sama-
ria:⁊ lauerũt currũ ei⁹ in piscina samarie
et linxerũt canes sanguinem eius:et habe
nas lauerũt iuxta verbũ dñi quod locut⁹

Quasi oues
nõ habẽtes
pastorem

fuerat. Reliqua autem sermonuz Achab
⁊ vniuersa que fecit. ⁊ domus eburnea quā
edificauit. cunctarumqꝫ vrbium quas ex-
truxit: nonne hec scripta sunt in libro ver
borum dierum regum israhel? Dormiuit
ergo Achab cum patribus suis: ⁊ regna-
uit Ochozias filius ei⁹ ꝑ eo. Josaphat v̄o
filius Asa regnare ceperat sup iudaz: an-
no quarto Achab regis isrl'. Tringintaq̄n
qꝫ annoruz erat cum regnare cepisset: ⁊ vi
gintiquinqꝫ annis regnauit in hierusalez
Nomen mr̄is eius Asuba: filia Salai. Et
ambulauit in omni via Asa patris sui: et
nō declinauit ex ea. Fecitqꝫ quod rectum
est in conspectu domini: veruntamē excel
sa non abstulit. Adhuc em̄ populus sacri-
ficabat ⁊ adolebat incensū in excelsis. Pa
cemqꝫ habuit Josaphat cum rege israhel.
Reliqua autem verborum Josaphat. et o-
pera eius que gessit ⁊ p̄lia: nonne hec scri
pta sunt in libro verborum dierum reguz
iuda? Sed ⁊ reliquias effeminatorum qui
remāserant in diebus Asa patris ei⁹ ab-
stulit de terra. Nec erat tunc rex constitu-
tus ī Edom. Rex v̄o Josaphat fecerat clas
ses in mari. que nauigarent in ophir pro-
pter aurum: ⁊ ire non poterant: quia con
fracte sūt in asyongaber. Tunc ait Ocho-
zias filius Achab ad Josaphat. Uadāt ꝑ-
ui mei cum seruis tuis in nauibus. Et no
luit Josaphat. Dormiuit Josaphat cuz pa
tribus suis: et sepultus est cum eis in ciui-
tate Dauid patris sui: regnauitqꝫ Joram
filius eius pro eo. Ochozias autem filius
Achab regnare ceperat sup israhel in sa-
maria anno septimodecimo Josaphat re-
gis iuda: regnauitqꝫ super Israhel duob⁹
annis. Et fecit malum in conspectu domī
⁊ ambulauit in via patris sui. et mr̄is sue
et in via Hieroboā filij Nabath qui pecca
re fecit israhel. Seruiuit quoqꝫ Baal ⁊ a-
dorauit eum: et irritauit dominum deuz is
rahel iuxta omnia que fecerat pater eius.
Explicit liber Regum tercius.

Incipit liber Regum quartus. Ca. I.

Preuaricat⁹ ē aūt
Moab in israhel.
postq̄ mortuus ē Achab.
Ceciditqꝫ Ochozias ꝑ cā-
cellos cenaculi sui. qd̄ ha-
bebat ī samaria ⁊ egrotauit: misitqꝫ nun-
cios: dicens ad eos. Ite ꝯsulite beelzebub
deum Accharō: vtꝝ viuere queā de infir-
mitate mea hac. Angelus autē domini lo
cutus est ad Heliā thesbiten dicens. Sur
ge et descende ī occursum nunciorū regis
samarie: ⁊ dices ad eos. nunquid non est
deus in israhel. vt eatis ad consulendū be-
elzebub deum Accharō? Quobrem hec di-
cit dominus. De lectulo sup quez ascendi-
sti non descendes: sed morte morieris. Et
abijt Helias: reuersiqꝫ sunt nūcij ad Ocho
ziā. Qui dixit eis. Quare reuersi estis? At
illi responderunt ei. Uir occurrit nobis: ⁊
dixit ad nos. Ite reuertimini ad regez qui
misit vos: et dicetis ei. Hec dicit domin⁹.
nunquid quia non erat deus ī israhel mit-
tis vt consulatur Beelzebub deus Accha
ron? Idcirco de lectulo super quem ascen-
disti nō descēdes: sed morte morieris. Qui
dixit eis. Cuius figure et habitus est vir il
le qui occurrit vobis: ⁊ locutus est verba
hec? At illi dixerunt. Uir pilosus: et zona
pellicea accinctus renibus. Qui ait. Heli-
as thesbites est. Misitqꝫ ad euz quīquage
narium principem: ⁊ quinquagīta qui e-
rāt sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentiqꝫ
in vertice montis ait. Homo dei: rex pre-
cepit vt descendas. Respondensqꝫ Helias
dixit quinquagenario. Si homo dei sum.
descendat ignis de celo et deuoret te et quī
quaginta tuos. Descendit ergo ignis de
celo. et deuorauit eum: et quinquaginta
qui erant cum eo. Rursumqꝫ misit ad euz
principem quinquagenarium alterum: ⁊
quinquaginta cū eo. Qui locutus est illi.
Homo dei. Hec dicit rex. Festina. descen-
de. Respondens Helias ait. Si homo dei
ego sum: descendat ignis de celo: et deuo-
ret te: et quinquaginta tuos. Descēdit er
go ignis de celo: et deuorauit illū. et quin
quaginta eius. Iterum misit principem
quinquagenarium tercium: et quinqua-
ginta qui erant cum eo. Qui cum venisset

curuauit genua contra Heliã: ꝙ ꝓcatus ẽ eum ꝙ ait. Homo dei: noli despicẽ animaz meã. ꝙ anias fuorum tuorum qui mecum sũt. Ecce descendit ignis de celo: ꝙ deuora uit duos principes quinquagenarios pri mos: ꝙ quinq̃genos qui cuz eis erant. Sz nũc obsecro vt miserearis anime mee. Locut⁹ ẽ autem ãgelus domi ad Heliã dicẽs. Descẽde cum eo. Ne timeas. Surrexit igi tur ꝙ descẽdit cum eo ad regẽ: et locutus ẽ ei. Hec dicit dominus. Quia misisti nunci os ad consulẽduz beelzebub deũ accharon quasi nõ essz deus in israhel a quo posses interrogare sermonẽ: ideo ỏ lectulo super quẽ ascẽdisti non descendes: sz morte mo rieris. Mortuus ẽ autez iuxta sermonẽ do mi quẽ locutus ẽ Helias: et regnauit Jo ram frater eius pro eo: anno secundo Jo ram filij Josaphat regis iude. Non em̃ ha bebat filium. Reliq̃ autem ỏborum Ocho zie q̃ opatus ẽ. nonne hec scripta sunt ĩ li bro sermonum dierum regum Jsrahel:

Capitulum .II.

Factũ est autẽ cuz leua re vellet dominus Heliã ꝑ turbi nẽ ĩ celũ: ibãt Helias ꝙ heliseus de galgalis. Dixitq̃ Helias ad heliseũ. Sede hic: quia domin⁹ misit me vsq̃ in bethel. Cui ait heliseus. Viuit dñs ꝙ viuit anima tua: qz nõ delinquã te. Cunq̃ descẽdissent bethel: egressi sũt filij ꝓphaꝝ qui erãt in be thel ad heliseum: ꝙ dixerũt ei. Nunq̃d no sti qz hodie domin⁹ tollet dominũ tuum a te: Qui respõdit. Et ego noui. Silete. Di xit autẽ helias ad heliseũ. Sede hic: qz do min⁹ misit me ĩ hiericho. Et ille ait. Viuit dñs ꝙ viuit anima tua: qz non delinquã te Cunq̃ venissent hiericho: accesserunt fi lij ꝓphãrum qui erant ĩ hiericho ad helise um: ꝙ dixerũt ei. Nunquid nosti: qz domi nus hodie tollet dominũ tuuz a te: Et ait Et ego noui. Silete. Dixit autẽ ei helias. Sede hic: qz domin⁹ misit me vsq̃ ad ior danẽ. Qui ait. Viuit dominus. ꝙ viuit aĩa tua: qz non derelinquaz te. Jerunt igitur ambo pariter: ꝙ quinquaginta viri de fili is ꝓphetarum secuti sunt eos. Qui ꝙ stete rũt ecõtra lõge. Jlli aũt ambo stabãt sup iordanen. Tulitq̃ helias pallium suum ꝙ inuoluit illud: ꝙ ꝑcussit aquas que diuise sunt in vtranq̃ partem ꝙ transierunt am bo p siccum. Cunq̃ transissent: helias di xit ad heliseum. Postula quod vis: vt fa ciam tibi anteqũ tollar a te. Dixitq̃ Heli seus. Obsecro vt fiat in me duplex spirit⁹ tuus. Qui respondit. Rẽ difficilẽ postula sti. Attamẽ si videris me quando tollar a te erit quod petisti. Si aũt nõ videris. nõ erit. Cũq̃ pgerẽt ꝙ incedentes sermocina rẽtur: ecce currus igneus ꝙ equi ignei di uiserunt vtrunq̃. Et ascendit Helias per turbinẽ in celum. heliseus autem videbat ꝙ clamabat. Pater mi pater mi: curr⁹ is rahel ꝙ auriga eius. Et non vidit eum am plius. Apprehẽditq̃ vestimẽta sua: ꝙ scidit illa in duas partes. Et leuauit palliuz he lie quod ceciderat ei. Reuersusq̃ stetit su per ripã iordanis: ꝙ pallio helie quod ce ciderat ei: ꝑcussit aq̃s: et non sunt diuise. Et dixit. vbi deus helie etiã nunc: Percus sit q̃ aq̃s: ꝙ diuise sũt huc atq̃ illuc: ꝙ trã sijt heliseus. Videntes aũt filij prophaꝝ qui erãt in hiericho decõtra dixerũt. Re quieuit spũs helie sup heliseum. Et venẽ tes in occursum eius adorauerũt euz ꝓni in terram: dixerũtq̃ illi. Ecce cum seruis tuis sũt quinq̃ginta viri fortes qui possũt ire. ꝙ querẽ dominũ tuum: ne forte tulerit eum spiritus dñi ꝙ proiecerit eũ in vnum montium aut ĩ vnã vallium. Qui ait. No lite mittẽ. Cogerunt q̃ eum: donec acqui escẽt ꝙ dicẽt. Mittite. Et miserunt quinq̃ ginta viros. Qui cum q̃sissẽt tribus diebꝫ non inuenerunt. Et ꝝuersi sunt ad eũ. At ille hĩtabat in hiericho: ꝙ dixit eis. Nũq̃d nõ dixi vobis: nolite mittẽ: Dixerũt q̃ vi ri ciuitatis ad heliseum. Ecce hĩtatio ciui tatis huius optima ẽ sicut tuipe domie ꝑ spicis: sz aque pessime sunt: ꝙ terra steri lis. At ille ait. Afferte mihi vas nouum: ꝙ mittite in illud sal. Quod cum attulis sẽt egressus ad fontem aquarum misit in illuz sal: ꝙ ait. hec dicit dñs. Sanaui aq̃s has: ꝙ nõ erit vltra ĩ eis moꝛs neq̃ steri litas. Sanate sunt ℊ aq̃ vsq̃ in diẽ hãc: iu xta verbum heliseꝫ quod locutus ẽ. Ascẽ dit autem inde heliseus in Bethel. Cunq̃ ascenderet per viam: pueri parui egressi sunt de ciuitate: et illudebant ei dicentes. Ascende calue: ascẽde calue. Qui cum re spexissz: vidit eos: ꝙ maledixit eis ĩ nomi ne domi. Egressiq̃ sunt duo vrsi de saltu:

et lacerauerũt ex eis q̃dragintaduos pueros. Abijt autem inde in montem carmeli: ⁊ inde reuersus est in samariam.

Capitulum .III.

Orã vero filius Achab regnauit super israhel in samaria ãno decĩooctauo Josaphat regis iude. Regnauitq; duodecim annis: ⁊ fecit malum coram domino: sed non sicut pater suus et mater. Tulit enim statuas baal quas fecerat pater eius: veruntamen ĩ peccatis hieroboam filij Nabath qui peccare fecit israhel adhesit: nec recessit ab eis. Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa: et soluebat regi israhel centuz milia agnorum. et centum milia arietum cum velleribus suis. Cunq; mortuus fuisset Achab: preuaricat⁹ est fed⁹ qd̃ habebat cum rege isrl̃. Egressus est igit̃ rex Joraz in die illa de samaria: et recẽsuit vniuersũ isrl̃: misitq; ad Josaphat regẽ iuda dicẽs. Rex Moab recessit a me: veni mecũ cõtra eum ad prelium. Qui rñdit. Ascẽdã. Qui me⁹ est tu⁹ est: ꝓplus me⁹ ꝓplus tuus: et eq̃ mei equi tui. Dixitq;. Per quã viã ascendemus? At ille rñdit. Per desertum ÿdumee. Perrexerẽt igit̃ rex israhel ⁊ rex iuda et rex Edom. et circuierũt per viã septem dieꝝ: nec erat aqua exercitui et iumẽtis q̃ sequebãtur eos. Dixitq; rex isrl̃. heu heu heu. Congregauit nos dñs tres reges: vt traderet in manu Moab. Et ait Josaphat. Est ne hic ꝓpha dñi: vt depcemur dominũ ꝑ eũ? Et rñdit vnus de seruis regis israhel Est hic heliseus filius Saphat: qui fundebat aquam super manus helie. Et ait Josaphat. Est apud eum sermo domini? Descenditq; ad eũ rex Israhel ⁊ Josaphat rex iuda: et rex edom. Dixit autẽ heliseus ad regem israhel. Quid mihi et tibi est? Vade ad ꝓphetas pr̃is tui et matris tue. Et ait illi rex israhel. Quare cõgregauit dñs tres reges hos vt traderet eos ĩ manus Moab Dixitq; ad eum helise⁹. Viuit dñs exercituum in cui⁹ conspectu sto: q̃ si nõ vultuz Josaphat regis iude erubescerẽ: non attẽdissem quidem te nec respexissez. Nũc aũt adducite mihi psalten. Cũq; caneret psaltes: facta est super eum manus domini. ⁊ ait. Hec dicit dominus. Facite alueũ torrentis huius fossas et fossas. hec enim dicit dominus. Non videbitis ventum neq; pluuiam: et alueus iste replebitur aquis et bibetis vos et familie vestre ⁊ iumenta vestra. Parumq; est hoc ĩ cõspectu domini: insuper tradet etiam Moab in man⁹ vestras. Et percutietis omnem ciuitatẽ munitã et omnem vrbem electam: et vniuersum lignum fructiferuz succidetis: cũctosq; fontes aquarũ obturabitis: et omnem agrum egregium operietis lapidibꝰ. Factum est igitur mane quando sacrificiuz offerri solet: et ecce aque veniebãt ꝑ viam edom. Et repleta est terra aquis. Vniuersi autem moabite audientes q̃ descendissent tres reges: vt pugnarent aduersus eos: conuocauerũt omnes q̃ accincti erãt baltheo desuper: et steterunt in terminis primoq; mane surgentes. et orto iam sole ex aduerso aquarũ: viderũt moabite ecõtra aquas rubras quasi sanguinem: dixeruntq;. Sanguis gladij est. Pugnauerũt reges contra se: et cesi sunt mutuo. Nunc perge ad predam Moab. Perrexeruntq; in castra israhel. Porro cõsurgens israhel ꝑcussit Moab: et illi fugerũt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant: ⁊ percusserũt Moab. et ciuitates destruxerũt: et omnez agrum optimũ mittentes singuli lapides repleuerunt: et vniuersos fontes aquarũ obturauerunt: et omnia ligna fructifera succiderunt: ita vt muri tm̃ fictiles remanerent. Et circundata est ciuitas a fundibularijs: et magna ex parte percussa. Qd̃ cuz vidisset rex Moab: preualuisse scilicz hostes tulit secum septingẽtos viros educentes gladios vt irrũperẽt ad regẽ edom et nõ potuerũt. Arripiẽsq; filiũ suum primogenitũ qui regnaturus erat pro eo obtulit olocaustum super murum: et facta est indignatio magna in Israhel. Statimq; recesserunt ab eo: et reuersi sunt in terram suam.

Moab
Oblatio filij sup murum

Capitulum .IIII.

Mulier autem quedã de vxoribus ꝓphetarũ. clamabat ad heliseum: dicẽs. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deũ. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi. Quid habes in

domo tua: At illa rñdit. nō habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea nisi paꝛ olei quo vngar. Cui ait. Vade. pete mutuo ab oīb vicinis tuis vasa vacua nō pauca: q̄ ingre- dere q̄ claude ostiū tuū cuꝫ intrīsec⁹ fueris tu et filij tui. et mitte inde in oīa vasa hec. et cū plena fuerint tolles. Juit itaqꝫ muli er: et clausit ostiū sup se et sup filios suos Illi offerebāt vasa: et illa īfūdebat. Cūqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Af- fer mihi adhuc vas. Et ille rñdit. Non ha beo. Stetitqꝫ oleum. Venit aī illa et īdi- cauit hoī dei. Et ille. Vade inq̄t vēde oleuꝫ et redde creditoꝛi tuo: tu aūt et filij tui vi uite de reliquo. Facta ē aūt quedaꝫ dies: et trāsibat heliseꝰ p̄ suna ciuitatē. Erat aī ibi mulier magna: q̄ tenuit eū vt comedēt panē. Cūqꝫ frequēter inde trāsiꝛet: diuer- tebat ad eā vt comederet panē. Que dixit ad virum suū. Animaduerto q̄ vir dei sc̄⁹ ē iste qui trāsit p nos frequēter. Faciam⁹ q̄ ei cenaculū puū et ponam⁹ ei ī eo lectulū et mēsā et sellā et cādelabꝛ: vt cū venerit ad nos maneat ibi. Facta est q̄ dies q̄daꝫ et veniēs diuertit ī cenaculū: et requieuit ibi. Dixitqꝫ ad Giezi puerꝛ suuꝫ. Voca su namitē istā. Qui cum vocasset eā. q̄ illa stetisset coꝛā eo: dixit ad puerū suū. Loq̄- re ad eā. Ecce sedule ī oībus mīstrasti no- bis quid vis vt faciā tibi: Nunq̄d hēs ne- gotium: et vis vt loquar regi siue prīcipi militie: Que rñdit. In medio ꝓpli mei ha- bito. Et ait. Quid q̄ vult vt faciam ei: Di xitqꝫ Giezi. Ne queras. Filium enim non habet: et vir eius senex ē. Precepit itaqꝫ vt vocaret eam. Que cuꝫ vocata fuissꝫ et stetisset ante ostium: dixit ad eam. In tpe isto in hac eadem hora (si vita comes fue- rit) habebis ī vteꝛo filium. Noli queso do- mīe mi vir dei. noli mētiri ancille tue. Et concepit mulier: et pepit filium in tempo re: et in hora eadem qua dixerat heliseus Creuit aī puer: et cū eēt q̄dā dies et egre- sus isset ad p̄em suū ad messores: ait p̄i suo. Caput meū doleo. At ille dixit puꝛo Tolle: et duc eū ad mr̄em suā. Qui cū tu lissꝫ et duxisset eū ad mr̄em suā: posuit eū illa sup genua sua vsq̄ ad meridiē et moꝛ tuus est. Ascendit autem et collocauit eū super lectum homis dei: et clausit ostium Et egressa vocauit viꝝ suū. Et ait. Mitte mecuꝫ obsecro vnū de pueris et azinā: vt excurrā vsq̄ ad hominē dei. et reuertar. Qui ait illi. Quā ob causam vadis ad eū: hodie nō sunt kalende neq̄ sabbatū. Que respondit. Vade. Strauitqꝫ azinā: et pre cepit puero. Mina et ꝓpera: ne mihi mo- rā facias ī eundo: et hoc age quod p̄cipio ti- bi. Profecta ē igitur: et venit ad virū dei ī montem carmeli. Cunqꝫ vidisset eaꝫ vir dei decontra: ait ad Giezi puerū suū. Ecce sunamitis illa. Vade ergo ī occursum ei⁹ et dic ei. Recte ne agit̄ circa te et circa vi rū tuū: et circa filium tuū. Que respōdit. Recte. Cunqꝫ venisset ad viꝝ dei ī montē apꝛehēdit pedes eius: et accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam. Aīa eⁱ ī amaritudīe est: et domi- nus celauit a me. et non indicauit mihi. Que dixit illi. Nunq̄d petiui filiuꝫ a dño meo: Nunq̄d n on dixi tibi: ne illudas me Et ille ait ad Giezi. Accīge lumbos tuos. et tolle baculum meū ī manu tua et vade. Si occurꝛerit tibi homo nō salutes eum: etsi salutauerit te quispiam nō respōdeas illi. Et pones baculū meum sup faciē pue ri. Porro mr̄ pueri ait. Viuit dñs q̄ viuit aīa tua: non dimittā te. Surꝛexit q̄: et se- cutus est eā. Giezi autē p̄cesserat ante eos et posuerat baculuꝫ sup faciē pueri: et nō erat voꝝ neq̄ sensus. Reuersusq̄ est ī oc- cursuꝫ eius: et nūciauit ei dicēs. Nō surꝛe- xit puer. Ingressus ē q̄ heliseus domuꝫ et ecce puer moꝛtuus iacebat ī lectulo eius. Ingressusq̄ clausit ostiū sup se et sup pu- erum: et orauit ad dominū. Et ascēdit et īcubuit sup puerum: posuitq̄ os suū sup os eius et oculos suos supeꝛ oculos eius. et manus suas sup manus eius et īcurua uit se super eum: et calefacta ē caro pue- ri. At ille reuersus. deambulabat ī domo semel huc atq̄ illuc: et ascēdit et īcubuit super eum. Et oscitauit puer septies. ape- ruitqꝫ oculos. Et ille vocauit Giezi: et di- xit ei. Voca sunamitē hāc. Que vocata ī gressa est ad eum. Qui ait. Tolle filiū tuū Venit illa et coꝛruit ad pedes eiꝰ: et ado- rauit sup terrā. Tulitqꝫ filiū suū. et egres- sa est: et heliseus reuersus est in galgala. Erat autem fames in terra: et filij ꝓphe- taꝝm habitabāt coram eo. dixitqꝫ vni de pueris suis. Pone ollā grandem: et coque

pulmentum filijs prophetarum. Et egressus est vnus in agrum: vt colligeret herbas agrestes. Inuenitq; quasi vitez silue strem: q collegit ex ea coloquintidas agri q impleuit pallium suum: q reuersus conscidit in ollam pulmenti. Nesciebat enim quid esset: infuderunt igitur sociis vt comederent. Cunq; gustassent de coctõe: exclamauerũt dicẽtes. Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille. Afferte inquit farinã. Cunq; attulissent: misit in ollam: q ait. Infunde turbe vt comedãt. Et non fuit amplius quicq; amaritudinis in olla. Vir autẽ quidã venit de balsalisa deferens viro dei panes primitiarũ. q viginti panes ordeaceos: q frumẽtũ nouum in pera sua. At ille dixit. Da populo vt comedat. Respondit q ei minister eius Quãtum est hoc vt apponam coram cẽtũ viris? Rursuz ille: da ait populo vt comedat. Dec em̃ dicit dom̃n̄. Comedent: q superit. Posuit itaq; coram eis. Qui comederunt: q supfuit iuxta verbum domini.

Capitulum .V.

Naaman princeps militie regis sirie erat vir magn? apud dominum suuz: q honoratus. Per illum enim dedit dñs salutez sirie. Erat aũ vir fortis q diues: sed leprosus. Porro ꝺ siria egressi fuerãt latrunculi: q captiuã duxerãt de terra israel puellã puulã: q̃ erat in obsequio vxoris Naaman. Que ait ad dominã suã. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetã qui est in samaria: profecto curasset euz a lepra quã habz. Ingressus est itaq; Naaman ad dñm suum: q nũciauit ei dicens. Sic q sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; ei rex sirie. Vade: q mittã litteras ad regez isrl'. Qui cũ profectus esset q tulisset secum decẽ talẽta argenti q sex milia aureos. q decẽ mutatorias vestimentorũ: detulit litteras ad regẽ isrl' in hec verba. Cum acceperis epistolã hanc: scito q̃ miserim ad te Naaman seruũ meũ vt cures euz a lepra sua. Cunq; legisset rex israel litteras: scidit vestimẽta: q ait. Nũquid deus ego sum vt occidere possim q viuificare: quia iste misit ad me vt curẽ hominem a lepra sua? Aniaduertite et videte: q̃ occasiones querat aduersuz me. Qꝺ cũ audisset Heliseus vir dei. scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eũ: dicens. Quare scidisti vestimẽta tua. Veniat ad me: q sciat esse prophetam in israbel. Venit ergo Naaman cũ eqs q curribus. q stetit ad ostium domus Helisei. Misitq; ad eũ Helise? nunciũ dicẽs. Vade q lauare septies in iordane: q recipiet sanitatem caro tua atq; mundaberis. Irat? Naaman. recedebat dicens. Putabã q̃ egredere retur ad me. et stans inuocaret nomẽ dñi dei sui: q tangeret manu sua locum lepre: q curaret me. Nũqꝺ nõ meliores sunt abana et pharphar fluuij damasci oĩbus aqs isrl'. vt lauer ĩ eis q mũder? Cum ergo vtiss̃et se q abiret ĩdignãs: accesserunt ad euz serui sui. q locuti sũt ei. Pater: q si rẽ grãdem dixisset tibi ꝓpheta: certe facẽ debueras. Quãtomagis quia nunc dixit tibi. lauare q mundaberis? Descendit q lauit septies ĩ iordane iuxta sermonem viri dei. q restituta est caro eius sicut caro pueri puuli: q mundatus est. Reuersusq; ad virũ dei cum vniuerso comitatu suo: venit q stetit coram eo: et ait. Vere scio q̃ nõ sit aliꝰ deus ĩ vniuersa terra: nisi tm̃ ĩ israbel. Obsecro itaq; vt accipias benedictõnem a seruo tuo. At ille rñdit. Viuit dñs ante quez sto: q̃ nõ accipiã. Cũq; vim faceret: penitus nõ acq̃euit. Dixitq; Naaman. Vt vis. Sed obsecro ꝓcede mihi seruo tuo: vt tollam onus duoꝝ burdonum de terra. Nõ ei faciet vltra seruus tuus olocaustũ aut victimaz dijs alienis: nisi dño. Hoc autẽ solum est de quo deprecetis dominũ ꝑ seruo tuo: quando ingredietur dñs meus tẽplũ remmõ vt adoret. q illo innitente sup manum meam. si adorauero ĩ templo rẽmon adorante eo in eodez loco: vt ignoscat mihi dñs Duo tuo ꝑ hac re. Qui dixit ei. Vade ĩ pace. abijt ergo ab eo: electo tempore terre. Dixitq; giezi puer viri dei. Pepcit dominus meus Naaman sirο isti: vt nõ accipet ab eo que attulit. Viuit dominus q̃ curram post eum: q accipiã ab eo aliquid Et secut? ẽ giezi post tergũ Naamã. Quẽ cum vidisset ille currentem ad se: desilijt ꝺ curru ĩ occursum e? q ait. Recte ne sũt oĩa Et ille ait. Recte. Dñs me? misit me ad te dicẽs. mõ venerũt ad me duo adolescẽtes ꝺ mõte effraĩ ex filijs ꝓphaꝝ. da eis talẽtũ argẽti: q vestes mutatorias duplices. dixitq;

naaman. Melius ẽ vt accipias duo talẽta Et coegit eum: ligauitq; duo talẽta argẽti ĩ duobus saccis. ⁊ duplicia vestimẽta: et imposuit duob⁹ pueris suis: q̃ ⁊ portauerũt coram eo. Cũq; venissz iaz vespi. tulit de manu eoruz. ⁊ r̃posuit in domo. dimisitq; viros ⁊ abierũt: ipe autem ingress⁹ stetit corã domĩo suo. Et dixit heliseꝰ. Unde venis giezi: Qui r̃spondit. Nõ iuit ꝑ⁹ tuus quoq;. At ille ait. Nonne cor meum in pñti erat: quando reuersus ẽ homo de curru suo ĩ occursũ tui: Nũc igit̃ accepisti argẽtũ ⁊ accepisti vestes: vt emas oliueta: ⁊ vineas. ⁊ oues. ⁊ boues. ⁊ ꝑuos. ⁊ ancillas Sz ⁊ lepra naaman adhẽbit tibi ⁊ semini tuo vsq; in sẽpiternum. Et egressus ẽ quasi nix ab eo leprosus. Ca. VI.

Dixerũt aũt filij prophetarum ad heliseum. Ecce locus in quo habitam⁹ coraz te: angustus ẽ nobis. Eamus vsq; ad iordanẽ ⁊ tollant singuli de silua materias singulas: vt edificem⁹ nobis ibi locuz ad habitandũ. Qui dixit. Ite. Et ait vnus ex illis. Veni ergo ⁊ tu cum ꝑuis tuis. Respondit. Ego veniam. Et abijt cũ eis. Cumq; venissẽt ad iordanẽ cedebãt ligna. Accidit autem: vt cũ vnus materiam succidissz. cadẽt ferruz securis in aquam. Exclamauitq; ille: ⁊ ait. heu heu heu domĩe mi: ⁊ hoc ipsũ mutuo acceparz. Dixit autẽ homo dei. Ubi cecidit At ille monstrauit ei locũ. ꝓscidit ꝯ lignum: ⁊ misit illuc. Natauitq; ferruz. Et ait. Tolle. Qui extẽdit manũ: ⁊ tulit illud Rex aũt syrie pugnauit contra isrl̃: cõsiliumq; iniit cum ꝑuis suis dicẽs. In loco illo et illo. ponam⁹ insidias. Misit itaq; vir dei ad regẽ isrl̃: dicẽs. Caue ne transeas in locum illum: quia ibi syri in insidijs sunt. Misit itaq; rex israhel ad locum quẽ dixerat ei vir dei: ⁊ prꝛeoccupauit eum. ⁊ obserꝛuauit se ibi non semel neq; bis. Conturbatumq; ẽ coꝛ regis syrie pꝛo hac re: ⁊ cõuocatis ꝑuis suis: ait. Quare non indicatis mihi quis proditoꝛ mei sit apud regẽ isrl̃: Dixitq; vnus ꝑuoꝝ eius. Nequaq̃ domine mi rex: sz heliseus ꝓpheta qui ẽ in isrl̃: idicat regi isrl̃ oĩa ꝟba q̃cunq; locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; eis. Ite ⁊ videte vbi sit: vt mittam ⁊ capiam eum. Annunciauerunt ei dicẽtes. Ecce in dothaim

Misit ergo illuc equos ⁊ currus: ⁊ robur exercitus. Qui cum venissẽt nocte: circũdederunt ciuitatem. Consurgẽs autem diluculo minister viri dei egressus est: vidit q; exercituz in circuitu ciuitatis ⁊ equos ⁊ currus. Nunciauitq; ei dicens. heu heu heu domine mi: quid faciemus: At ille respondit. Noli timẽ. Plures enim nobiscũ sunt ꝙ cum illis. Cumq; oꝛasz heliseus ait. Domine: api oculos hui⁹ vt videat. Et apuit dominus oculos pueri. ⁊ vidit: ⁊ ecce mõs plenus equoꝛum ⁊ curruuz igneoꝛum in cirꝛcuitu heliseꝰ. Hostes vo descẽderunt ad eũ. Poꝛro heliseus oꝛauit ad dominũ: dicẽs. Percute obsecro gẽtem hanc cecitate. Percussitq; eos dominus ne videꝛẽt: iuxta ꝟbum heliseꝰ. Dixit autez ad eos heliseus. Non ẽ hec via: nec ista ẽ ciuitas. Sequimini me: ⁊ ostẽdam vobis virꝙ quẽ q̃ritis. Duxit ergo eos in samariam. Cumq; ingressi fuissẽt in samariam: dixit heliseus. Domine: api oculos istoꝛuz vt videant. Apuitq; dominus oculos eoꝛum ⁊ viderunt se esse in medio samarie. Dixit q; rex Isrl̃ ad heliseum: cum vidissẽt eos. Nunquid percutiam eos pater mi: Et ille ait. Non percuties. Neq; enim cepisti eos gladio ⁊ arcu tuo: vt percutias. Sed pone panẽ ⁊ aquam coꝛam eis. vt comedant ⁊ bibant: ⁊ vadant ad dominum suũ. Appositaq; est eis ciborum magna pꝛeparatõ. Et comederunt ⁊ biberunt: ⁊ dimisit eos: abieruntq; ad dominum suum. Et vltra non venerunt latrones syrie in terraz israhel. Factum ẽ autem post hec congꝛegauit Benadab rex syrie vniuersum exercitum suũ: ⁊ ascẽdit ⁊ obsidebat samariaz Factaq; ẽ fames magna in samaria: ⁊ tã diu obsessa ẽ donec venũdaretur caput azini octoginta argẽteis: ⁊ quarta paꝛs cabi stercoꝛis columbarum quinq; argẽteis Cumq; rex israhel transiret ꝑ muꝛuz: mulier q̃dam exclamauit ad eum: dicẽs. Salua me domine mi rex. Qui ait. Nõ te saluet dominus. Unde te possuz saluare: De area vl̃ de torculari: Dixitq; ad eam rex. Quid tibi vis: Que r̃ndit. Mulier ista dixit mihi. Da filiũ tuũ vt comedam⁹ eũ hodie: et filium meũ comedemus cras. Coxi⁹ ꝯ filium meũ: ⁊ comedim⁹: dixiq; ei die altera. Da filiũ tuuz vt comedam⁹ eũ

Que abscondit filium suum. Quod cū audisset rex scidit vestimēta sua: et transiebat p murum. Clamitq; oīs populus cilicium q̄ vestitus erat ad carnē intrinsecus. Et ait rex. Hec mihi faciat de⁹. et hec addat: si steterit caput Helisei filij saphat sup ipsū hodie. Helisseus aūt sedebat in domo sua: et seniores sedebant cum eo. Premisit itaq; virū q̄ antēq̄ veniret nūci⁹: ille dixit ad senes. Nūquid scitis q̄ miserit fili⁹ homicide huc vt prescidatur caput meum? Videte ergo: cum venerit nuncius. claudite ostium: et non sinatis eum introire. Ecce em̄ sonit⁹ pedū domī eius post eum ē. Adhuc illo loquēte eis: apparuit nuncius qui veniebat ad eum: et ait. Ecce tantū malum a domino ē: Quid amplius expectabo a domīo.

Capitulum .VII.

Porro filij ysachar. thola ⁊ phua. iaſub ⁊ ſameron q̄tuor Filij thola ozi ⁊ raphaia ⁊ iezibel ⁊ iemai ⁊ iepſez ⁊ ſamuel prīcipes p dom⁹ ꝯgnatōnū ſuaꝝ. De ſtirpe Thola viri fortiſſimi numerati ſūt ī diebꝫ Dauid: vigīti duo milia ſexcēti. Filij ozi Jeſraia de q̄ nati ſūt michael ⁊ obadia ⁊ iohel ⁊ ioſia q̄nq̄z oēs p̄ncipes cū eis p familias ⁊ ꝑ'os ſuos accincti ad plīū viri fortiſſimi: trigītaſex milia. Multas em̄ habuerāt vxores ⁊ filios Frēs q̄z eoꝝ p oēm ꝯgnatōem Iſachar robuſtiſſimi ad pugndū: octogītaſeptē milia nūerati ſūt. Filij bēiamī bale ⁊ bochor ⁊ iadihel tres. Filij bale Eſbon ⁊ ozi ⁊ ozihel ⁊ ierimoth ⁊ vrai q̄nq̄z: prīcipes familiaꝝ ⁊ ad pugndū robuſtiſſimi. numerus aūt eoꝝ vigītiduo milia ⁊ ḡgītaq̄tuor. Porro filij Bochor zamira ⁊ ioas et eliezer et helioenai. ⁊ amri ⁊ ierimoth ⁊ abia ⁊ anathot. ⁊ almathā. Oēs hi filij bechor. nūerati ſūt aūt p familias ſuas prīcipes ꝯgnatōnū ſuaꝝ ad bella fortiſſimi vigīti milia et ducēti. Porro filij iadihel balā. Filij aūtē balā: iehꝫ ⁊ bēiamin ⁊ ahoth ⁊ chanana. ⁊ iothā ⁊ tharſ ⁊ thaiſaar. oēs hi filij iadihel prīcipes ꝯgtōnū ſuaꝝ viri fortiſſimi: decē ⁊ septē milia ⁊ ducēti ad plīū pcedentes: ſephā q̄z ⁊ hapharz filij hir et aſim filij aſer. Filij aūt neptalī iaſihel ⁊ guni ⁊ aſer ⁊ ſellū filij bale. Porro filij Manaſſe eſrihel: ꝯcubīaq̄z e⁹ſira pepit Machir prēz galaad Machir aūt accepit vxorē filijs ſuis happhī ⁊ ſephā: ⁊ hūit ſororē noīe Maacha. nomē aūt ſcdi filij ſalphaath. natiq̄z ſūt ſalphaath filie ⁊ pepit Maacha vxor Machir filiū vocauitq̄z nomē ei⁹ Phares. Porro nomē frīs e⁹ſares: ⁊ filij e⁹ vlā ⁊ rehē. Filij⁹ aūtē vlā baldā. Hi ſūt filij galaad filij Machir: filij Manaſſe. Soror aūt e⁹ regīa pepit virꝫ decoꝝ ⁊ abiezer ⁊ moola. erāt aūt filij ſemida abī ⁊ ſichē ⁊ liei ⁊ amaz. Filij aūt ephraim ſuthala. bareth filij⁹ ei⁹. thaath filij⁹ e⁹ elada filius ei⁹. thaath filij⁹ ei⁹ et hui⁹ filij⁹ zadab. ⁊ hui⁹ filij⁹ ſuthala ⁊ huius filij⁹ ezer ⁊ elad. Occidērt aūt eos viri geth īdigne: q̄r deſcēderāt vt inuaderēt poſſeſſiōes eoꝝ Luxit igit ephraī pr̄ eoꝝ m'tis diebꝫ. ⁊ venerūt frēs e⁹ vt ꝯſolarēt eum. Ingreſſuſq̄z ē ad vxorē ſuā: q̄ ꝯcepit ⁊ pepit filiū ⁊ vocauit nomē e⁹ berzeia: eoq̄ ī malis domus e⁹ ort⁹ eēt. filia aūtē ei⁹ fuit ſara q̄ edificauit bethoro īferiorē ⁊ ſuperiorē ⁊ ozēzara. Porro filij⁹ e⁹ rapha ⁊ reſep ⁊ thale: ō q̄ natus ē thaā q̄ genuit laadā. Huius q̄z filij⁹ āmiud q̄ genuit Eliſama de quo ort⁹ ē nun. q

habuit filiũ iosue. Possessio aũt eoꝝ ⁊ habitatõ bethel cũ filiabꝫ suis: ⁊ ꝯ orientẽ norã ad occidentalẽ plagã gazer et filie eius sichẽ q̃ꝫ cũ filiabꝫ suis: atqꝫ asa cuꝫ filiabꝫ eiꝰ. iuxta filios q̃ꝫ manasse betsan ⁊ filias eius. thanat et filias eiꝰ mageddo et filias eiꝰ dor et filias eiꝰ. In his habitauerũt filij ioseph filij isrl'. Filij aser: iomna et iesua et iesui. et baria et sara soror eoꝝ. Filij aũt baria heb̃ et melchiel: ip̃e ẽ pr̃ barsaith. Heber aũt genuit iephiat et somer et iothã ⁊ suaa sororez eoꝝ. Filij iephiat sophech et chamaal ⁊ asoph. Hi filij iephiat. Porro filij somer: ahi et roaga ⁊ iaba et arã. Filij aũt helẽ fr̃is eiꝰ: supha ⁊ iemna et selles et amal. Filij supha: siue arua phed. et sual et beri et iãra bosor et odor ⁊ sãma et salusa et iethran et bera. Filij iether: iephone et phaspha et ara. Filij aũt ollaa: areth et amihel ⁊ resia. Om̃s hi filij aser: p̃ncipes cognationũ electi atꝫ fortissĩ duces ducũ. Numerꝰ aũt eoꝝ etatis q̃ apta eẽt ad bellũ. xxvj. miliũ. Ca. VIII.

Beniamin autez genuit bale p̃mogenitũ suũ: asbal secundũ. ochara tertiũ. noaha quartũ ⁊ rapha quintũ. fuerũtqꝫ filij bale addoar et gera. et abiud abisue q̃ꝫ et nemã et ahoesꝫ et gera. et sephu. phã et vraz. Hi sũt filij ahod p̃ncipes cognationũ habitantiũ in gabaa. q̃ trãslati sũt ĩ manath. Naamã at̃ et achia et gera ip̃e trãstulit eos et genuit oza ec abiud. Porro sarahim genuit in regione moab. postq̃ dimisit vsim. et bara vxores suas. Genuit aũt de edes vxore sua iobab et sebia et mosa ⁊ molchon iehꝰ q̃ꝫ ⁊ sethia et marmach. Hi sũt filij eiꝰ p̃ncipes ĩ familijs suis. Mehusim v̄o genuit achitob et elphaal. Porro filij elphaal: heber et misaã et samaad. Hic edificauit ono et lod et filias eiꝰ. Bara at̃ et sãma p̃ncipes cognationũ habitantiũ ĩ ahialõ. Hi fugauerũt habitatores geth. Et halo et sesac ⁊ ierimoth et zabadia et aroth et heder. michael q̃ꝫ et iespha et ioaa: filij baria. Et zabadia et mosollã et ezechi et heber et iesamari. et iezlia et iobab: filij elphaal. Et iacim et zechri. et zabdi. et helioenai. ⁊ selethai et heliel. et adaia et baraia. et samarath: filij semei. Et iesphan et heber ⁊ helihel et abdon et zechri et hanan. ⁊ anania et ailã et anthothia et iephadaia ⁊ phanuel filij sesac. Et samsari. ⁊ sooria et otholia et ierzia. helia et zechri: filij ieroã. Hi patriarche et cognationũ p̃ncipes qui habitauerũt in hierl'm. In gabaon aũt habitauerũt abigabaon et noimen vxoris eiꝰ maacha: filiusqꝫ eiꝰ p̃mogenitꝰ abdon ⁊ sur et cis et baal et ner ⁊ naab: gedur q̃ꝫ ⁊ haio et zacher ⁊ macelloth. Et macelloth genuit samaa. Habitaueruntqꝫ ex aduerso fratrũ suoꝝ in hierl'm cũ fratribus suis. Ner aũt genuit cis. ⁊ cis genuit saul. Porro saul genuit ionathã et melchisue et abinidab et hesbaal. Filiꝰ aũt ionathã meribbaal: et meribbaal genuit micham. Filij micha phitõ et melech ⁊ thara ahaz. et ahaz genuit ioada: et ioada genuit almoth et asmoth ⁊ zãri. Porro zamri genuit moosa: et moosa genuit baana: cuiꝰ filiꝰ fuit raphaia de q̃ ortus ẽ elasa. qui genuit azel. Porro asel sex filij fuerũt his noĩbus ezricã. bochru. ismahel. saraia. abadia anan. Om̃s hi filij azel. Filij aũt aza fr̃is eius. vlã p̃mogenitus: et hus secũdus: ⁊ heliphaleth tertiꝰ. Fuerũtqꝫ filij vlã viri robustissimi. et magno robore tendẽtes arcũ et multos habẽtes filios ac nepotes: vsqꝫ ad cẽtumquinquaginta milia. Om̃es hi filij beniamin.

Capitulum. IX.

Vniuersus ergo israhel dinumeratus est ⁊ sũma eoꝝ scripta ẽ in libro regũ isrl' et iuda. t̃nslatiqꝫ sũt in babilonẽ ꝓpter delictũ suum. Qui aũt habitauerũt primi ĩ possessionibus et in vrbibꝫ suis isrl'. ⁊ sacerdotes ⁊ leuite et nathinnei: cõmorati sũt ĩ hierl'm d̃ filijs iuda et de filijs beniamin. De filijs q̃ꝫ ephraim et manasse othei filiꝰ ãmiud filij semri filij omrai filij bõni. De filijs phares filij iuda. et de silo nÿsia p̃mogenitus et filij eiꝰ. De filijs aũt zara: iehuhel ⁊ fratres eoꝝ sexcẽti nonagĩta. Porro de filijs beniamĩ: salo filiꝰ mosollaz filij odoia filij azaria. et iobama filiꝰ ieroã ⁊ helã filiꝰ ozim filij mochori et mosollã filiꝰ saphacie filij rahuel. filij iebanie ⁊ fr̃es eoꝝ ꝑ familias suas nongẽtiquinquagĩta sex. Om̃es hi principes cognationuz suaꝝ. ꝑ domos pr̃m suoꝝ. De sacerdotibꝫ aũt ioiada ioarib et iachim. azarias q̃ꝫ filiꝰ helchie filij mosollam filij sadoch filij meraioth filij a-

chitob põtifex dom⁹ dei. Porro abaias fi-
li⁹ ieroā filij phasor filij melchia ⁊ masaia
fili⁹ adibel filij iezra filij mosollā. filij mo-
sollamoth filij emmer: fres q̄s eor p̄ncipes
p familias suas milleseptingētiseraginta
fortissimi robore ad faciendū op⁹ mīsterij
ī domo dei. De leuitis aī semeia fili⁹ assub
et filij ezricam fili⁹ asebui de filijs merari.
Bachabar q̄s carpētari⁹ ⁊ galabet ⁊ am-
thania fili⁹ micha filij zechri filij azaph ⁊
obdia fili⁹ semeie. filij galal. filij ÿdithuz:
et barachia fili⁹ asa filij belcana q̄ hītauit
ī atrijs netophati. Janitores aī sellū ⁊ a-
chub ⁊ thelmō. ⁊ ahimā: ⁊ fr̄ eor sellū p̄n
ceps: vsq; ad illud tp̄us ī porta regis ad o-
rientē obꝛuabāt p vices suas de filijs leui
sellū vo fili⁹ chore filij abusaph filij chore
cū frib⁹ suis: ⁊ ī domo p̄is sui. Hi sūt cho-
rite sup opa mīsterij: custodes vestibulor
tabernaculi ⁊ familie eor p vices castror
dñi: custodietes ītroitū. Finees aūt fili⁹
eleazar erat dux eor corā dño. Porro za-
charias fili⁹ mosollā ianitor portē taberna
culi testimonij. Oēs hi electi ī ostiarios p
portas ducētiduodecī ⁊ descripti ī villis p-
prijs: q̄s pstituerūt dauid ⁊ samuel vidēs
in fide sua tā ipos q̄ filios eor ī ostijs do-
m⁹ dñi ⁊ ī tabernaculo vicib⁹ suis. Per q̄-
tuor vētos erāt ostiarij. i. ad orientē et ad
occidentē ⁊ ad aq̄lonē et ad austr. fratres
aūt eor ī viculis morabanī ⁊ veniebāt in
sabbatis suis ꝺ tpe vsq; ad tps. His quatu
or leuitis credit⁹ erat omnis numer⁹ iani-
tor ⁊ erāt sup exedras et thesauros dom⁹
dñi. Per girū q̄s templi dñi morabāī ī cu
stodijs suis: vt cū tp̄us fuisset ip̄i mane a-
perirēt fores. De hor grege erāt et sup va
sa ministerij. Ad numerū em̄ et īferebāī
vasa ⁊ efferebanī de ip̄is. De ip̄is ⁊ q̄ cre
dita habebant vtēsilia sāctuarij p̄erāt si-
mile ⁊ vino ⁊ oleo ⁊ thuri ⁊ aromatib⁹. Fi
lij aūt sacerdotū vngēta ex aromatib⁹ con
fitiebāt: ⁊ mathatias leuites p̄mogenit⁹
sellū chorite p̄fect⁹ eor. q̄ ī sartagine frige
banī. Porro de filijs caath frib⁹ eorū sup
panes erāt ꝓpositōis: vt semp nouos p sin-
gula sabbata p̄pararēt. Hi sūt principes
cantor p familias leuitar q̄ ī exedris mo
rabanī: ita vt die ac nocte iugiter suo mī
sterio deseruirēt. Capita leuitar p famili
as suas p̄ncipes mansert ī hierlm. Jn ga-
baon aūt cōmorati sūt p̄ gabaon. iabibel
⁊ nomē vxor⁹ eius maacha. Fili⁹ primo-
genitus eius abdon ⁊ sur ⁊ cis ⁊ baal ⁊ ner
et nadab gedor q̄ et ahio et zacharias ⁊
macelloth. Porro macelloth genuit sēma
an. Jsti habitauerūt e regione fratrū su-
or in hierlm cū fratrib⁹ suis. Ner aūt ge-
nuit cis: et cis genuit saul. Et saul genuit
ionathā. ⁊ melchisuer aminadab. ⁊ isbaal
Filius aūt ionathā meribbaal: ⁊ merib-
baal gēuit micha. Porro filij micha: phi
tō et melech ⁊ thara ⁊ ahā. Ahā aūt genu
it iara: et iara genuit alamath ⁊ azmoth ⁊
zamri. zamri aūt genuit moesa: moesa vo
genuit baana cui⁹ fili⁹ raphaia genuit ela
sa. ꝺ quo ortus est besel. Porro besel ser fi
lios habuit his nominib⁹: ezricā bochru
ismabel saraia obdia anan. hi filij besel.

Capitulum .X.

Philistijm autē pugna-
bāt ꝫ isrl': fugierūtq; viri isrl' pa-
lestinos et ceciderūt vulnerati in
mōte gelboe. Cūq; appropinquasset philis-
thei psequētes saul ⁊ filios ei⁹: pcusserunt
ionathā. et aminadab et melchisue filios
saul. Et aggrauatū ē plīū ꝫ saul: inuene-
rūtq; eū sagitarij et vulnerauerūt iaculis
Et dixit saul ad armigerū suuz. Euagina
gladiū tuū et interfice me: ne forte veni-
ant īcircūcisi isti ⁊ illudāt mihi. Noluit aī
armiger ei⁹ hoc facē: timore pterrit⁹. Ar
ripuit ergo saul ensē: et irruit ī eū. Qꝺ cū
vidisset armiger ei⁹. videlicet mortuū esse
saul irruit etiā ip̄e in gladiū suū ⁊ mortu-
us ē. Jnterijt g̃ saul et tres filij ei⁹: ⁊ omis
dom⁹ illi⁹ piter pcidit. Quod cū vidisset fi-
lij isrl' q̄ hītabāt ī cāpestrib⁹: fugerūt. ⁊ saul
et filijs ei⁹ mortuis: dereliq̄rūt vrbes suas
⁊ huc illucq; dispsi sūt. veneītq; philistijm
⁊ hītauerūt ī eis. Die igiī altero detrahē
tes philistijm spolia cesor: īuenerūt saul
⁊ filios ei⁹ iacētes ī mōte gelboe. Cūq; spo
liassēt eū ⁊ āputassēt caput. armisq; nudas
sēt: miserūt ī terrā suā. vt circūferreī ⁊ o
stēderetur ÿdolor tēplis et populis. Ar-
ma aūt eius pfecrauerūt in fano dei sui et
corpus affixerūt ī tēplo dagon. Hoc cum
audissent viri iabes galaad oīa. s. q̄ phili-
stijm fecerāt sup saul: psurrexerūt singli
viror fortiū. et tulerūt cadauera saul ⁊ fi
liorum suorum: attuleruntq; ea ī iabes ⁊

sepelierũt ossa eoꝝ subt̃ quercũ q̃ erat ī iabes et ieiunauerũt septẽ diebꝫ. Mortuꝰ ẽ ḡ saul ꝓpt̃ iniq̃tates suas: eoq; ꝑuaricatꝰ sit mãdatũ dñi qđ ꝑcepat ⁊ nõ custodierit illud: sꝫ insuꝑ etiã phitonissã cõsuluerit nec spauerit ī dño ꝓptẽr qđ ⁊ interfecit eũ: ⁊ trãstulit regnũ eiꝰ ad dđ filiuꝫ ysai. Ca. XI.

QOngregatus est igitur omis isrl̃ ad dauid ī hebrõ dicẽs. Os tuũ sumꝰ ⁊ caro tua. Heri q̃ꝫ ⁊ nudiustertiꝰ cũ adhuc regnaret saul tu eras q̃ educebas ⁊ introducebas isrl̃. Tibi eĩ dixit dñs deꝰ tuꝰ. Tu pasces ꝓpl̃m meũ isrl̃ ⁊ tu eris ꝓnceps supꝑ eũ. venerũt ḡ oẽs maiores natu isrl̃ ad regẽ ī hebrõ. ⁊ iniit dauid cũ eis fedꝰ coꝝã dño. Unxerũtq; eũ regẽ supꝑ isrl̃: iuxta ꝓmonẽ dñi quẽ locutus ẽ ī manũ samuel. Abiit q̃ꝫ dauid et omis isrl̃ ī hierl̃m. Hec ẽ ieb: ubi erãt iebusei habitatores terre. Dixerũtq; q̃ habitabãt ī iebus ad dauid. nõ ingredieris huc. Porro dđ cepit arcez syon. q̃ ẽ citas dđ. Dixitq; omis q̃ pcusserit iebuseũ ī ꝓmis: erit princeps et dux. Ascẽdit igitur ꝑmꝰ ioab filiꝰ saruie ⁊ factꝰ ẽ ꝓnceps. Hĩtauit aũt dđ ī arce: et iccirco appellata ẽ ciuitas dđ. Edificauitq; urbẽ ī circuitu a mello usq; ad girũ. Joab aũt reliq̃ urbis extruxit. Proficiebatq; dauid vadẽs et crescẽs: et dñs exercituũ erat cũ eo. Hi ꝓncipes viroꝝ fortiũ dđ q̃ adiuuerũt eũ ut rex fieret supꝑ omnẽ isrl̃. iuxta ũbũ dñi qđ locutꝰ ẽ ad isrl̃ ⁊ iste numerꝰ robustoꝝ dđ. Jesbaã filiꝰ ahamõ ꝓnceps inter triginta. Jste leuauit hastã suã supꝑ trecẽtos vulneratos vna vice. Et pꝰ eũ eleazar filiꝰ patrui eiꝰ aboites q̃ erat inter tres potẽtes. Jste fuit cũ dđ ī aphes dñi: qñ philistiim cõgregati sũt ad locũ illũ in ꝑliũ. Et erat ager regionis illius plenꝰ ordeo: fugeratq; ꝓpl̃s a facie philistinoꝝ hic stetit ī medio agri: et defẽdit eum. Cũq; percussisset philisteos: dedit dominꝰ salutẽ magnã ꝓpl̃o suo. Descẽderunt aũt tres de triginta ꝓncipibꝫ ad petrã ī quam erat dđ ad spelũcã odollã: qñ philistiiz fuerãt castrametati ī valle raphaim. Porro dđ erat ī ꝑsidio: ⁊ statõ philistinoꝝ ī bethleez. Desiderauit igr̃ dauid aquã: et dixit. O siq̃s daret mihi aquã de cisterna bethleẽ q̃ ẽ ī porta. Tres ḡ isti ꝑ media castra philistinoꝝ prerexerũt: et hauserũt aquam de cisterna bethleẽ q̃ erat ī porta: et attulerũt ad dđ vt biberet. Qui noluit sꝫ magis libauit illã dño dicẽs. Absit vt in ꝑspectu dei mei hoc faciã et sãguinẽ viroꝝ istorũ bibã qr̃ ī piculo animaꝝ suaꝝ attulerunt mihi aquã. Et ob hãc causã noluit bibere Hec fecerunt tres robustissimi. Abisai q̃ꝫ frr̃ iacob ipe erat ꝓnceps triũ: et ipe leuauit hastã suã ꝑ trecẽtos vulneratos: ⁊ ipe erat inter tres nominatissimꝰ: inter tres secũdꝰ: inclitꝰ et ꝓnceps eoꝝ. Verũtamen usq; ad tres ꝑmos nõ puenerat. Banaias filiꝰ ioiade viri robustissimi q̃ multa opa ꝑpetrarat de capsebel ipe pcussit duos ariel moab. Et ipe descẽdit et interfecit leonẽ ī media cisterna tpe niuis: ⁊ ipe pcussit viꝝ egiptiũ. cuiꝰ statura erat q̃nq; cubitoꝝ: ⁊ habebat lãceã vt liciatoriũ texẽtiũ Descẽdit igit̃ ad eũ cũ virga et rapuit hastã quã tenebat manũ: et interfecit eũ hasta sua. Hec fecit banaia filiꝰ ioiade. q̃ erat inter tres robustos nominatissimꝰ: inter trigita ꝑmꝰ. Verũtñ ad tres usq; nõ puenerat. Posuit aũt eũ dđ ad auriculã suã Porro fortissimi viri ī exercitu. asahel frr̃ ioab. et eleanã filiꝰ patrui eiꝰ de bethleez: semmoth arodites. helles phallõites iras filiꝰ acces thecuites. abiezer anathothites. sobochai sochites ilai ahothites marai netophatites. heleb filiꝰ baana netophatites ethai filiꝰ rebai de gabaath filioꝝ beniamĩ. banaia pharathoites. hurai ꝺ torrẽte gaaz: abiel arabathites. azimoth bauranites eliaba salabonites. filij asom gezonites. ionathã filiꝰ saga araritbes achiaz filiꝰ achar araritbes. eliphal filiꝰ ur. apher meberathites. ahia phellonites. asrai carmelites. naarai filiꝰ azbi. iobel frr̃ nathan. mabaar filiꝰ agarai. selech ãmonites. noarari berothites armiger ioab filij saruie iras iethreꝰ. gareb iethreꝰ urias hetheus. zabad filiꝰ oolí. adyna filiꝰ seghar rubenites ꝓnceps rubenitaꝝ. et cũ eo trigita haanan filiꝰ maachar ⁊ iosaphat mathanites ozias astharothites. semma et iahihel filij bothã araerites. iedihel filiꝰ zamri ⁊ ioha frr̃ eiꝰ thosaites. helibel mahamites ⁊ ieribai et iosoia filij elnaen. et iethma moabites. elibel et obed ⁊ iasibel de masobia.

Capitulum. XII.

Hquoqz venerunt ad dauid in siceleg cū adhuc fugeret saul filiū cis. q̄ erāt fortissī ⁊ egregij pugnatores: tendētes arcū ⁊ vtroq; manū fundis saxa iaciētes ⁊ dirigentes sagittas. De frib⁹ saul ex tribu beniamin. Princeps ahiezer et ioas filij samaa. gabathites. et iasihel ⁊ phalleth filij azmoth ⁊ barachia et iehu anathotites. samaias q̄z gabaonites fortissimus inter triginta et sup triginta: hieremias ⁊ ihezihel ⁊ iohānan. et zebab gaderothites. et iuzai ⁊ ierimuth ⁊ baaria et samria ⁊ saphacia. araphites. helcana ⁊ iesia ⁊ azrahel ⁊ ioezer et iesraā decrē. ioelā q̄z ⁊ zabadia filij ieroā de gedor. Ⅎz ⁊ de gaddi trāsfugerūt ad dñ̄ cū latēt ī deserto. viri robustissimi ⁊ pugnatores optimi: tenētes clipeū ⁊ hastā. Facies eor q̄si facies leonis: ⁊ veloces q̄si capree ī montibus. Ezer princeps: obdias secūdus. eliab tertius. masmana q̄rtus. hieremias quintus. ethei sextus. heliel septimus. iohānan octauus. helzebad nonus. hieremias decimus. bacchani vndecimus. hi ꝺ filijs gad: princeps exercitus. Nouissimus cētū militib⁹ erat: ⁊ maximus mille. Isti sūt q̄ trāsierūt iordanen mēse primo qñ mūdare ꝓsueuit super ripas suas: et oēs fugauerūt q̄ morabāt ī vallib⁹ ad orientalē plagā ⁊ occidentalē. Veneūt aū ⁊ de beniamī ⁊ de iuda ad psidiū ī q̄ morabat dñ̄. Egressusq; ē dñ̄ obuiam eis: ⁊ ait. Si pacifice veīstis ad me vt auxiliemī mihi: cor meū iūgat vob⁹. Si aūt īsidiamī mihi p aduersarijs meis. cū ego iniq̄tatē ī manib⁹ nō habeā: videat de⁹ pr̄m nr̄os ⁊ iudicet. Sps ꝺo dñi īduit abisai pncipē inter triginta ⁊ ait. Tui sum⁹ o dauid: ⁊ tecū filij ysai. Pax pax tibi: ⁊ pax adiutoribus tuis. Te eī adiuuat de⁹ tu⁹. Suscepit g̃ eos dñ̄ ⁊ ꝓstituit pncipes turme. Porro ꝺ manasse trāsfugerūt ad dñ̄ qñ veiebat cū philistijs aduersus saul vt pugnaret ⁊ nō dimicauit cū eis. q̄ inito ꝓsilio remiserūt eū pncipes philistinor dicētes. Periculo capitis nr̄i reuertet ad dñm suū saul. Qñ igit reuersus ē ī siceleg trāsfugerūt ad eū de manasse ednas ⁊ iozabad ⁊ iedihel ⁊ michael ⁊ ednas ⁊ iosabath ⁊ heliu ⁊ salathi. principes militū in manasse. Hi pbuerūt auxiliū dauid aduersus latrūculos. Omnes em̄ erant viri fortissimi: et facti sūt pncipes in exercitu. Ⅎz ⁊ p̄ singulos dies veniebant ad dñ̄ ad auxiliandū ei: vsq; dū fieret grādis numer⁹ q̄si exercitus dei. Iste q̄z ē numer⁹ pncipū exercitus qui venerūt ad dauid cum esset ī hebron: vt trāsferrēt regnū saul ad eū iuxta ꝺm dñi. Filij iuda portātes clipeū ⁊ hastā: sex milia octīgēti expediti ad pliū. De filijs ſymeon: viror fortissimor ad pugnandū septē milia centū. De filijs leui quatuor milia sexcēti. Ioiada q̄z pnceps de stirpe aaron: ⁊ cū eo tria milia septingēti. Sadoch etiā puer egregie indol ⁊ dom⁹ pr̄is ei⁹ pncipes vigintiduo. de filijs aū beniamī frib⁹ saul: tria milia. Magna em̄ ps eor adhuc seqbat domū saul. Porro de filijs ephraim viginti milia octingēti: fortissimi robore. viri nominati ī cognatōib⁹ suis. Et ex dimidia tribu manasse decē et octo milia: singuli p noīa sua venerūt ⁊ ꝓstituerūt regē dauid. De filijs q̄z ysachar viri eruditi q̄ nouerāt singl'a tpa ad pcipiendū quid facere deberet isrl' principes ducēti. Quis aūt reliqua trib⁹ eor cōciliū seqbat. Porro de zabulon q̄ egrediebant ad pliū ⁊ stabāt ī acie īstructi armis bellicis quīquagīta milia venerūt ī auxiliū: nō ī corde duplici. Et de neptalī pncipes mille: et cū eis īstructi clipeo et hasta trigīta et octo milia. De dan etiā ppati ad pliū vigīti octo milia septīgēti. Et de azer egredientes ad pugnā ⁊ ī acie puocātes: q̄dragīta milia. Trāsiordanē aūt de filijs rubē ⁊ de gad. ⁊ dimidia pte trib⁹ manasse: instructi armis bellicis. centū vigīti milia. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandū corde pfecto. venerūt ī hebrō vt ꝓstituerēt r̄gē dñ̄ sup vniuersū isrl'. Ⅎz ⁊ oēs relīq; ex isrl' vno corde erāt vt rex fieret dñ̄ sup vniuersū isrl': fuerūtq; ibi apud dñ̄ trib⁹ diebus cometētes ⁊ bibētes. Preparauerāt em̄ eis frēs sui. Ⅎz ⁊ q̄ iuxta eos erāt vsq; ad ysachar ⁊ zabulō ⁊ neptalī: asferebāt panes ī azinis ⁊ camelis ⁊ mul'et bobus ad escendū farinā. palatas. uuampassā. vinū. oleū. boues. arietes ad oēs cibos. gaudiū q̄pe erat ī isrl'. Ca. XIII.

Hit aūt cōsiliū Dauid cum tribunis ⁊ centurionib⁹ ⁊ vniuersis pncipib⁹: et ait ad omnē cetum israhel. Si placet vobis. et a domino deo nostro egredietur sermo quē loquor:

mittam⁹ ad fratres nr̃os reliq̃s in vniuer
sas regiones isr̃l.et ad sacerdotes et leui
tas q̃ habitãt ī suburbanis vrbiũ.vt congre
gent ad nos et reducam⁹ archã dei nr̃i ad
nos.Nõ em̃ requisiuim⁹ eã ī diebꝫ saul.Et
rñdit vniuersa mltitudo vt ita fieret.Pla
cuerat em̃ ōmo oī ꝓplo.Cõgregauit g̃ da
uid cũctũ isr̃l a sĥor egipti.vsq; dũ egredi
aris emath:vt adduceret archã dei de ca
riathiarī.Et ascẽdit dauid et oĩs vir isr̃l
ad collẽ cariathiarī q̃ ẽ ī iuda:vt afferret
ĩde archã dñi dei sedẽtis sup cherubin vbi
īuocatũ ẽ nomẽ ei⁹.Imposuerũtq; archã
dei sup plaustrũ nouũ ꝺ domo aminadab
Oza aũt et frẽs ei⁹ minabãt plaustr̃.Por
ro dauid et vniuersus isr̃l ludebãt coram
deo oī ꝟtutẽ.ī cãticis et ī citharis et psal
teriis et tĩpanis et cĩbalis et tubis.Cũ aũt
peruenissẽt ad areaz chidon:tetendit oza
manũ suã vt sustẽtaret archã:bos quippe
lasciuiẽs paululũ īclinauerat eã.Irat⁹ est
itaq; dñs ꝰ ozã.et percussit eũ eoq; tetigisse
archã et mortu⁹ ẽ ibi coram dño.Cõtristat⁹
q; ẽ dauid eoq; diuisisset dñs ozã:vocauit
q; locũ illũ diuisio oze vsq; in p̃ntẽz diem
Et timuit deũ tũc tpis dicẽs.Quõ possuz
ad me introducẽ archã dei:Et ob hãc cau
sã nõ adduxit eã ad se:hoc ẽ ī cĩtatem da
uid:sz auertit ī domũ obededõ gethei.Mã
sit g̃ archa dei ī domo obededom tribꝰ mẽ
sibus:et benedixit dñs domui ei⁹:et oĩbꝰ
que habebat. Capitulum.XIIII.

Misit quoq; hiraz rex
tyri nũtios ad dm̃.et ligna cedria
et artifices parietũ lignoꝝq;:vt e
dificarẽt ei domũ.Cognouitq; dm̃ q; ꝓfir
massет eũ dñs ī regẽ sup isr̃l:et subleuatũ
ẽ rgnũ suũ sup ꝑplm ei⁹ isr̃l.Accepit q; dm̃
alias vxores ī hierl̃m:genuitq; filios ⁊ fi
lias.Et hec noĩa eoꝝ q̃ nati sũt ei ī hierl̃m
Sãma et sobab.nathã et salomõ.ieber et
elisu et eliphalech.noga q; et napheg ⁊ ia
phie elisama et baliada et eliphet.audien
tes aũt philistĩm eoq; vnct⁹ esset dm̃ in re
gẽ sup vniuersũ isr̃l:ascenderũt oẽs vt q̃
rerẽt eũ.Quod cũ audisset dm̃:egressus ẽ
obuiã eis.Porro philistĩm vẽiẽtes diffu
si sũt ī valle raphaim.Cõsuluitq; dm̃ dñm
dicẽs.Si ascẽdã ad philisteos:etsi trades
eos ī maũ mea:Et dixit ei dñs.Ascẽde et
tradã eos ī maũ tua.Cũq; illi ascẽdissẽt in
baalpharasim:percussit eos ibi dauid et di
xit.Diuisit de⁹ ĩimicos meos ꝑ manũ me
ã sicut diuidũt aq̃:⁊ iccirco vocatũ ẽ no
mẽ loci illi⁹ baalpharasi.Dereliquerũtq;
ibi deos suos q̃s dauid iussit exuri.Alia
etiã vice philistĩm irruerũt:et diffusi sũt
in valle.Cõsuluitq; rursũ dm̃ deũ:et dixit
ei deus.Nõ ascẽdas p⁹ eos:recede ab eis et
venies ꝰ illos ex aduerso pirozꝝ.Cũq; au
dieris sonitũ gradiẽtis ī cacumine pirozꝝ
tũc egredieris ad bellũ.Egressus ẽ ei de⁹
añ te vt percutiat castra philistĩm.Fecit
g̃ dm̃ sicut pcepat ei deus:et percussit castra
philistinoꝝ ꝺ gabaon vsq; gazera.Diuul
gatũq; ẽ nomẽ dm̃ ī vniersis regionibꝰ ⁊
dñs ꝺdit pauorẽ ei⁹ sup oẽs gẽtes.C.XV

Fecit quoq; sibi domos
ī ciuitate dm̃:et edificauit locũ ar
che dei:tetẽditq; ei tabnacl̃m.Tũc
dixit dauid.Illicitũ ẽ vt a quocũq; portetur archa dei:nisi a leuitis q̃s elegit dñs
ad portandũ eã:et ad ministrandũ sibi vs
q; in eternũ.Cõgregauitq; vniersũ isr̃l ī
hierl̃m.vt afferret archa dei ī locũ suũ quẽ
pparauerat ei:necnõ et filios aaron et le
uitas.de filiis caath vrihel pnceps fuit ⁊
fratres ei⁹ centũ vigĩti.De filiis merari.a
saia pnceps et frẽs ei⁹.ccxx.de filiis ger
son iohel pnceps et frẽs ei⁹ centũ trigĩta.
De filiis elisaphan semeias pnceps ⁊ frẽs
ei⁹ ducẽti.De filiis hebron.eliel pnceps
et frẽs ei⁹ octoginta.De filiis ozihel amĩa
dab pnceps ⁊ frẽs ei⁹ centũ duodecĩ.Eloca
uitq; dauid sadoch ⁊ abiathar sacerdotes
et leuitas.vrihel.asaiã.iohel.semeiã.eli
hel et aminadab:et dixit ad eos.Vos qui
estis pncipes familiarꝝ leuiticarꝝ:sãctifi
camini cũ frãibus vestris:⁊ afferte archaz
dñi dei isr̃l ad locuz q̃ ei pparat⁹ ẽ.ne vt a
pncipio qz nõ eratis p̃ntes percussit nos do
min⁹:sic et nũc fiat illicitũ q̃d nobis agẽ
tibꝰ.Sãctificati sũt g̃ sacerdotes et leuite
vt portarẽt archã dñi dei isr̃l.Et tulerũt fi
lij leui archaz dei sicut pcepat moyses iu
xta verbũ dñi humeris suis ī vectibꝰ.Di
xitq; dauid pncipibꝰ leuitarꝝ.vt ꝓstituerẽt
de fratribus suis cãtores ī organis musi
corꝝ.nablis videlicz et liris et cimbalis vt
resonaret in excelsis sonitus letitie.Con
stituerũtq; leuitas hemã filiũ iohel.et de
frãibꝰ ei⁹ asaph filium barachie:de filiis ꝺo

merari fr̃ib⁹ eo⁹.ethã filiũ chasaie ⁊ cum eis fr̃es eo⁹.in secũdo ordine: zachariã et beniamī ⁊ iezihel ⁊ semiramoth.⁊ iahel.et anes. heliab ⁊ banaiã ⁊ maasiã ⁊ mathathiã.et eliphalu ⁊ maceniã⁊ obededom et iehihel ianitores. Porro cãtores hemã.asaph⁊ ethã ī cibalis eneis ꝓcrepãtes. Zacharias aũ ⁊ iozihel ⁊ semiramoth.⁊ iathihel ⁊ ani eliab ⁊ maasias ⁊ baanias.ī nablis archana cãtabãt. Porro mathathias ⁊ eliphalu ⁊ macenias et obededõ ⁊ iehiel ⁊ ozaziu ī citharis ꝓ octaua canebãt.epinichiõ. Chonenias aũ ꝑnceps leuitar ꝓphecie ꝑerat:et ad ꝑcinẽdã melodiã.Erat q̃ꝑ valde sapiẽs.Et barachias ⁊ helcana ianitores arche. Porro sebenias⁊ iosaphat ⁊ nathanael ⁊ amasai ⁊ zacharias ⁊ banaias ⁊ eliezer sacerdotes clãgebãt tub⁹ coꝝ archa dei ⁊ obededõ ⁊ abias erãt ianitores arche. Igiť dõ ⁊ oẽs maiores natu ísrl̃ et tribuni ierũt ad deportãdã federis archã dñi de domo obededõ cũ letitia.Cũq⁹ adiuuisset de⁹ leuitas q̃ portabãt archã federis dñi:īmolabanť septẽ thauri et septẽ arietes. Porro dauid erat īdut⁹ stola bissina: ⁊ vniuersi leuite q̃ portabãt archã federis cãtoresq⁹ ⁊ chonenias ꝑnceps ꝓphecie inter cãtores. Dauid aũ induť erat ephot lineo Vniuersusq⁹ isrl̃ deducebãt archã federis dñi:ī iubilo ⁊ sonitu bucine ⁊ tub ⁊ cibal̃ ⁊ nablis ⁊ citharis ꝓcrepãtes. Cũq⁹ pueniſſet archa federis dñi vsq⁹ ad ciuitatem dõ:michol filia saul ꝓspitiẽs ꝑ fenestrã vidit regẽ dõ saltantẽ atq⁹ ludentẽ ⁊ despexit eu⁹ in corde suo. Capitulum.XVI.

Atulerũt igitur archã dei ⁊ ꝓstituerũt eã ī medio tabernaculi qõ tetẽderat ei dõ:⁊ obtulerũt olocaustaꝝ pacifica coꝝã deo.Cũq⁹ cõpleſſet dõ offerẽs olocausta ⁊ pacifica benedixit ꝓplo ī noĩe dñi:⁊ diuisit vniuersis ꝑ singulos a viro vsq⁹ ad mulierẽ tortã panis:⁊ ptẽ asse carnis bubale:⁊ frixã oleo similã.Cõstituitq⁹ coꝝã archa dñi de leuitis q̃ mīstrarẽt et recordarenť opuz ei⁹ et glorificarẽt atq⁹ laudarẽt dñm deuz isrl̃: asaph ꝑncipẽ ⁊ scõm ei⁹ zachariã. Porro iabihel ⁊ semiramoth ⁊ iehihel.et mathathiã ⁊ eliab ⁊ banaiã ⁊ obededom. iehihel super organa psalterij ⁊ liras:asaph autẽ vt ī cibalis ꝓsonaꝝ:banaiã ꝓo ⁊ azihel sacerdotes canẽ tuba iugiť coꝝã archa federis dñi. In illo die fecit dõ ꝑncipẽ ad ꝓfitẽdũ dño asaph ⁊ frẽs ei⁹. Cõfitemī dño et īuocate nomẽ ei⁹:notas facite ī ꝓplis adī uẽtões ei⁹. Cãtate ei ⁊ psallite ei.⁊ narrate oĩa mirabilia ei⁹: laudate nomẽ sãctuz ei⁹ letet̃ coꝝ querentiũ dñm. Querite dñm ⁊ vtutẽ ei⁹:q̃rite faciẽ ei⁹ sp. Recordamini mirabiliũ ei⁹ q̃ fecit signoꝝ illi⁹ ⁊ iudicioꝝũ oris ei⁹. Semẽ isrl̃ fui ei⁹:filij iacob electi ei⁹. ipe dñs de⁹ nr̃:ī vniuersa terra iudicia eius. Recordamī ī sẽpiternũ pacti ei⁹:sermonis quẽ ꝑcepit ī mille generatões.quẽ pepigit cũ abrahã⁊ iuramẽti illi⁹ cũ ysaac Et ꝓstituit illud iacob ī ꝑceptũ: isrl̃ ī pactũ sẽpiternũ:dicẽs.Tibi dabo terrã chanaan.funiculũ hereditatis vr̃e.Cuz essent pauci numero.pui ⁊ coloni ei⁹.Et trãsierũt de gẽte ī gẽtẽ:⁊ ꝺ regno ad ꝓplm altez Nõ dimisit quẽq⁹ calũniari eos:sz īcrepauit ꝑ eis reges.Nolite tangere xp̃os meos:⁊ ī ꝓphis meis nolite malignari. Cãtate dño oĩs terra:annũtiate ex die ī diẽ salutare ei⁹. Narrate ī gẽtib⁹ gl̃iaz ei⁹:⁊ ī cũctis ꝓplis mirabilia ei⁹.Quia magn⁹ dñs⁊ laudabil̃ nimis:⁊ horribil̃ sup oñs deos. Oẽs ei dij ꝓplox idola:dñs aũt celos fecit Cõfessio et magnificẽtia coꝝã eo:fortitudo et gaudiũ ī loco ei⁹. Affertе dño familie ꝓplox:afferte dño gl̃iaz ⁊ imperiũ:date dño gl̃iaz nomī ei⁹. Leuate sacrifitiũ ⁊ venite ī ꝓspectu ei⁹⁊ adorate dñm ī decore sancto.Cõmoueat̃ a facie ei⁹ oĩs ẽra:ipe eñ fũdauit orbẽ īmobilẽ. Letent̃ celi et exultet terra:et dicẽt ī natõnib⁹ dñs regnauit. Tonet mare et plenitudo ei⁹:exultẽt agri ⁊ oĩa q̃ ī eis sũt. Tũc laudabũt ligna salt⁹ coꝝã dño:qz venit iudicare terrã. Cõfitemī dño qm̃ bon⁹:qm̃ ieternũ miscordia ei⁹ Et dicite salua nos de⁹ saluator nr̃:⁊ ꝓgrega nos ⁊ erue de gẽtib⁹:vt ꝓfiteamur noī scõ tuo ⁊ exultem⁹ ī carmīb⁹ tuis. Benedict⁹ dñs de⁹ isrl̃ ab eẽno vsq⁹ ieternũ:⁊ dicat oĩs ꝓplis amẽ ⁊ hymnũ do. Deliq̃t itaq⁹ ibi coraz archa federis dñi asaph ⁊ frẽs ei⁹. vt mīstrarẽt ī ꝓspectu archе iugiť ꝑ singulos dies ⁊ vices suas. Porro obededõ ⁊ frẽs ei⁹ sexagintaocto ⁊ obededõ filiũ ydithũ et oza. ꝓstituit ianitores. Sadoch aũt sacerdotez et fratres eius sacerdotes coꝝã tabernaculo domini ī excelso quod erat in

gabaõ: vt offerẽt olocausta dño sup altare olocaustomatis iugiter mane et vespe iuxta oĩa q̃ scripta sũt ĩ lege dñi quã pcepit israheli. Et post eũ hemã ⁊ ydithũ ⁊ reliquos electos. vnũquẽq; vocabl'o suo ad pfitẽndũ dño qm̃ ĩeternũ misericordia eius. Hemã q̃; et ydithũ canẽtes tuba ⁊ q̃tiẽtes cimbala. et omnia musicor̃ organa ad canendum domino. Filios aũt ydithũ fecit esse portarios. Reuersusq; est omnis populus in domũ suã: et dauid vt benediceret etiã domui sue. Ca. XVII.

Cum autẽ habitaret dauid in domo sua: dixit ad nathan pphaz. Ecce ego hĩto ĩ domo cedrina: archa aũt federis dñi sub pellibo ẽ. Et ait nathã ad dõ. Oĩa q̃ ĩ corde tuo sũt: fac. dñs em̃ tecũ ẽ. Igit̃ nocte illa fact̃ ẽ sermo dñi ad nathan: dicẽs. Vade ⁊ loq̃re dauid famulo meo. Hec dicit dñs. Nõ edificabis tu mihi domũ ad habitandũ. Neq; em̃ mansi ĩ domo. ex eo tpe q̃ eduxi israł de terra egipti usq; ad hãc diẽ: sz fui semp mutãs loca tabernaculi et in tẽtorio manens cũ oĩ israł. Nũq̃d locut⁹ sũ saltẽ uni iudicũ israł q̃bus pcepam vt pascerẽt pplm meũ. et dixi quare nõ edificasti mihi domũ cedrinam: Nũc itaq; loq̃ris sic ad famuz meũ dõ. Hec dicit dñs exercituũ. Ego tuli te cũ ĩ pascuis seq̃reris gregẽ vt eẽs dux ppli israł: ⁊ fui tecũ quocũq; prexisti: et interfeci omnes inimicos tuos coram te: feciq; tibi nomẽ grande q̃si uni⁹ magnorũ q̃ celebrantur ĩ terra Et dedi locũ pplo meo israł. Plãtabit̃ et habitabit ĩ eo. et ultra nõ cõmouebit̃: nec filij iniq̃tatis atterẽt eos sicut a pncipio. ex diebo q̃bus õdi iudices pplo meo israł: ⁊ humiliaui uniuersos inimicos tuos. Annuntio q̃ tibi. q̃ edificatur⁹ sit tibi dñs domũ. Cũq; ipleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos: suscitabo semẽ tuũ p⁹ te qđ erit de filijs tuis: et stabiliã regnũ ei⁹. Ipe edificabit mihi domũ ⁊ firmabo soliũ ei⁹ usq; in eternũ. Ego ero ei ĩ pr̃em: et ipe erit mihi ĩ filiũ: et misericordiã meã nõ auferam ab eo sicut abstuli ab eo q̃ ante te fuit. Et statuã eũ ĩ domo mea. et in regno meo usq; ĩ sempiternũ ⁊ thron⁹ ei⁹ erit firmissim⁹ imppetuũ. Iuxta oĩa ỏba hec. et iuxta vniuersã visionẽ istã: sic locut⁹ ẽ nathã ad dõ. Cũq; venisset rex dõ ⁊ stetisset coram do

mino: dixit. Quis ego sũ dñe de⁹ ⁊ q̃ domus mea. vt pstares mihi talia: Sz et hoc parũ visũ ẽ ĩ pspectu tuo. Ideoq; locut⁹ es sup domũ fui tui etiã ĩ futuz ⁊ fecisti me spectabilẽ sup oẽs hoies. Dñe de⁹ me⁹ q̃d vlt̃ addere pt̃ dõ cuz ita glorificaueris fuum tuũ et cognoueris eũ: Dñe ppter famulũ tuũ iuxta cor tuũ fecisti omnẽ magnificentiam hãc: et nota voluisti eẽ vniuersa magnalia. dñe nõ ẽ similis tui: ⁊ nõ ẽ ali⁹ de⁹ absq; te ex oĩbo q̃s audiuim⁹ auribo nostris. Quis em̃ ẽ ali⁹ vt ppl's tu⁹ israł. gẽs vna ĩ terra ad quã prexit de⁹ vt liberaret et faceret pplm sibi: et magnitudine sua atq; terroribo eiceret natões a facie ei⁹ quẽ de egipto liberarat: Et posuisti pplm tuũ israł tibi in pplm usq; ineternũ et tu dñe factus es de⁹ ei⁹. Nũc igit̃ dñe sermo quez locut⁹ es famulo tuo et sup domũ ei⁹ pfirmetur ĩ ppetuũ: et fac sicut locut⁹ es: p maneatq; et magnificet̃ nomẽ tuũ usq; in sẽpiternũ et dicat̃ dñs exercituũ de⁹ israł. et dom⁹ dauid fui eius pmanẽs coram eo. Tu em̃ dñe de⁹ me⁹ reuelasti auriculã fui tui. vt edificares ei domũ: et iccirco inuenit fu⁹ tu⁹ fiducia vt oret coram te. Nũc g̃ dñe tu es deus et locut⁹ es ad fuũ tuũ tãta beneficia: ⁊ cepisti benedicere domui fui tui vt sit semp coraz te. Te em̃ dñe benedicẽte. benedicta erit imppetuum. Capi. XVIII.

Factuz est aũt post hec vt pcuteret dõ philistĩm ⁊ humiliaret eos et tolleret geth et filias ei⁹ de manu philistĩm: pcuteretq; moab ⁊ fierẽt moabite fui dõ: offerẽtes ei munera. Eo tpe pcussit dõ etiã adadezer regẽ soba regionis emath q̃n prexit vt dilataret imperiũ suũ usq; ad flumẽ eufraten. Cepit g̃ dõ mille q̃drigas ei⁹ et septẽ milia eq̃tũ ac vigĩti milia pedĩtũ. Subneruauitq; oms eq̃s curruũ exceptis centũ q̃drigis quas reseruauit sibi. Supuenit autẽ et sir⁹ damascen⁹: vt auxiliũ pberet adadezer regi soba. Sz et hui⁹ pcussit dauid vigintiduo milia viroz. Et posuit milites ĩ damasco vt siria q̃z seruiret sibi et offerret munera. Audiuitq; dñs eũ ĩ cũctis ad q̃ preperat. Tulit q̃z dõ pharetras aureas q̃s habuerant fui adadezer. ⁊ attulit eas ĩ hierl'm: necnõ ỏ thebath ⁊ chũ. urbib adadezer erisplurimũ ỏ q̃ fecit salomõ mare eneum

ꝙ colūnas et vasa enea. Quod cū audisset thou rex emath. ꝓcussisse vidēlz dauid oīmnē exercituz adadezer regis soba: misit adurā filiū suū ad regē dō. vt postularet ab eo pacē: ꝙ ꝯgratularet ei eoꝙ ꝓcussisset et expugnasset adadezer. Aduersarī⁹ quippe erat thou adadezer. Sz ꝙ oīa vasa aurea et argētea ꝙ enea ꝓsecrauit dō rex dño. cū argēto ꝙ auro qđ tulerat ex vniuersis gētibꝫ: tā de ydumea ꝙ moab et filijs āmon. ꝙ de philistijm et amelech. abisai vō fili⁹ saruie pcussit edō ī valle salinaꝝ decē ꝙ nouē milia: ꝙ ꝓstituit ī edō p̄sidiū: vt fuiret ydumea dō. Saluauitqꝫ dns dō ī cūctis ad qđ prexerat. Regnuit ḡ dō sup vniuersū isrl: ꝙ faciebat iuditiū atqꝫ iustitiaz cūcto pl̄o suo. Porro ioab fili⁹ saruie erat sup exercitū ꝙ iosaphat fili⁹ abiluth a cōmētarijs. Sadoch aī fili⁹ achitob. ꝙ achimelech filius abiathar sacerdotes ꝙ susa scriba. Banaias qꝫ fili⁹ ioiade sup legiōes cerethi et felethi. Porro filij dauid primi ad manuz regis.

Capitulum. XIX.

Accidit autē vt morere tur naas rex filiorū āmon. ꝙ regnaret anō fili⁹ ei⁹ p eo. Dixitqꝫ dō. Faciā misericordiaz cū anō filio naas. Prestitit ei mihi pz ei⁹ grām. Misitqꝫ dō nūtios ad cōsolādū eū sup mortē pris sui. Qui cū puenissēt ī terrā filioꝝ āmon. vt cōsolarēt anon: dixerūt pncipes filiorū āmon ad anon. Tu forsitan putas ꝙ dō honoris causa ī pz tuū miserit q̄ cōsolarēt te: nec aīaduertis qđ vt explorēt ꝙ inuestigēt ꝙ scrutēt terrā tuā venerīt ad te serui ei⁹. Igitur anō pueros dō ocaluauit ꝙ rasit: ꝙ pscidit tunicas eoꝝ a natibꝫ vsqꝫ ad pedes ꝙ dimisit eos. Qui cū abissēt ꝙ hoc mādassēt dō: misit ī occursū eoꝝ. Grandē em̄ ꝯtumeliā sustinuerūt: ꝙ pcepit vt manerēt in hiericho: donec crescēt barba eoꝝ: ꝙ tūc reuertērent. Videntes aūt filij āmon ꝙ iniuriā fecissēt dō tā anō qꝫ reliqu⁹ pl̄s: miserūt mille talēta argēti. vt cōducerēt sibi ō mesopotamia ꝙ ō syria moacha ꝙ de sobba curr⁹ ꝙ eqtes. Cōduxerūtqꝫ triginta duo milia curruū: ꝙ regē maacha cū pl̄o ei⁹. Qui cū venissēt: castrametati sūt e regione medaba Filij qꝫ āmon cōgregati de vrbibꝫ suis: venerūt ad bellū. Quod cū audisset dō: misit ioab ꝙ oēz exercitū viroꝝ fortiū. Egressiqꝫ filij āmon: direxerūt aciē iuxta portaz ciuitatis. Reges aī q̄ ad auxiliū ei⁹ venerāt sepati ī agro stetērūt. Igī ioab intelligēs bellū ex aduerso ꝙ p⁹ tergu ꝯ se fieri: elegit viros fortissimos de vniuerso isrl ꝙ p̄rexit cōtra syrū. Reliquā aūt ptez pl̄i dedit fr̄i maū abisai fr̄is sui: ꝙ preparūt cōtra filios āmon. Dixitqꝫ. Si vicerit me syrus auxilio eris mihi: si aūt superauerīt te filij āmon ero tibi in p̄sidiū. Confortare ꝙ agamus viriliter p populo nr̄o: ꝙ p vrbibꝫ dei nr̄i. Dominus aūt qđ ī cōspectu suo bonū ē: faciat Perrexit ḡ ioab ꝙ pl̄s q̄ cum eo erat contra syrū ad p̄liū: et fugauit eos. Porro filij āmon videntes qꝫ fugissent syrus: ipi qꝫ fugerūt abisai fr̄em ei⁹: ꝙ īgressi sūt ciuitatē. Reuertens quoqꝫ ē etiā ioab in hierl̄m. Videns aūt syr⁹ qꝫ cecidissent coram isrl: misit nūtios ꝙ adduxit syrū qui erat trāsfluuiuz. Sophat aūt pnceps militie adadezer erat dux eorum. Quod cū annūtiatū eēt dō: congregauit vniuersū isrl ꝙ trānsiuit iordanē: irruitqꝫ in eos et direxit ex aduerso aciez: illis ꝓpugnantibꝫ. Fugit aūt syrus isrl. Et interfecit dauid ō syris. septē milia curruūm ꝙ quadragīta milia peditū: ꝙ sophat exercit⁹ pncipē. Videntes aūt serui adadezer se ab isrl esse superatos: trānsfugerūt ad dō et seruierūt ei. Noluitqꝫ vltra syria auxiliū pbere filijs ammon.

Capitulum. XX.

Actū est autē post āni circulum (eo tpe quo solent reges ad bella procedere) congregauit ioab exercitum et robur militie: et vastauit terraz filioꝝ āmon. Perrexitqꝫ et obsedit rabbath. Porro dauid manebat in hierusalē quando ioab pcussit rabbath et destruxit eam. Tulit aūt dauid coronā melchō de capite ei⁹ ꝙ inuenit in ea auri pondo talentū et pciosissimas gēmas: fecitqꝫ sibi ī de diadema. Manubias qꝫ vrbis plurimas tulit. pl̄m autē qui erat ī ea eduxit ꝙ fecit sup eos tribulas ꝙ trabas ꝙ ferrata carpēta trānsire: ita vt dissecarent ꝙ cōterērēt. Sic fecit dauid cūctis vrbibꝫ filioꝝ ammon: et reuersus est cū omni populo suo ī hierusalē. Post hec initū ē bellū in gazer aduersū philisteos: ī quo percussit sobochai vsathites saphaide genere raphaim et humiliauit eos. Aliud quoqꝫ bellū gestum ē aduersus philisteos: ī quo percussit adeo-

dat⁹ filiꝰ ſaltus bethleemites ſlem goliath gethei: cuiꝰ haſte lignū erat q̄ſi luciatoꝛiuꝫ tꝛecentiū. Sꝫ et aliud bellū accidit ī geth ī quo fuit hō lōgiſſimꝰ ſenos habēs digitos i. ſimul vigītiquatuoꝛ: q̄ et ipe de raphaiꝫ fuerat ſtirpe generatꝰ. Hic blaſphemauit iſrl̄: et pcuſſit eū ionathan filiꝰ ſamaa fratris dauid. Hi ſūt filij rapha ī geth q̄ ceciderūt in manū dō et ſeruoꝝ eiꝰ. Ca. XXI.

QOnſurꝛexit aūt ſathan ꝛ iſrl̄: et incitauit dauid vt numeraret iſrl̄. Dixitq; dauid ad ioab et ad pꝛincipes populi. Ite et numeratē iſrahel a berſabee vſq; dan et affeꝛte mihi numerum vt ſciaꝫ. Rñditq; ioab. Augeat dñs pl̄m ſuū cētuplū q̄ ſūt. Nōne dñe mi rex: omnes ſui tui ſūt: Quare hoc q̄rit dominꝰ meus qđ in peccatū reputet iſrahel Sed ſmo regis magis p̄ualuit. Egreſſuſq; ē ioab et circuiuit vniuerſū iſrl̄ et reuerſus ē hierl̄m. Deditq; dauid numeꝝ eoꝝū q̄s circuierat: et inuentꝰ ē oīs numerꝰ iſrl̄ mille milia et centū milia viroꝝ educētiū gladiū. De iuda aūt trecēta ſeptuaginta milia bellatoꝝ. Nā leui et beniamī nō numerauit. eoq; īuitus exequeret regis imperiū. Diſplicuit aūt deo qđ iuſſū erat et pcuſſit iſrl̄. Dixitq; dauid ad dēū. Peccaui nimis vt hoc facerē. Obſecro aufer iniq̄tatē ſerui tui: qꝛ inſipiēter egi. Et locutꝰ ē dñs ad gad videntē dauid dicēs. Vade et loquere ad dauid: et dic ei. Hec dicit dñs. Triū tibi optō ꝫ do: vnū qđ volueris elige vt faciā tibi. Cūq; veniſſet gad ad dauid: dixit dñs. hec dicit dñs. Elige qđ volueris Aut tribꝰ annis peſtilentiā. aut tribꝰ mēſibꝰ fugere te hoſtes tuos et gladiū eoꝝ nō poſſe euadere: aut tribꝰ diebꝰ gladium dñi et moꝛtē verſari ī tꝛra et angelū dñi īterficē ī vniuerſis finibꝰ iſrl̄. Nūc igitur vide quid reſpōdeā ei q̄ miſit me. Et dixit dauid ad gad. Ex oīi pte me anguſtie p̄mūt. Sꝫ meliꝰ mihi eſt vt incidā ī manus dñi qꝛ multe ſūt miſeratōes eiꝰ: q̄ ī manꝰ hominū. Miſit q; dñs peſtilentiā in iſrl̄: ꝛ ceciderūt de iſrl̄ ſeptuagīta milia viroꝝ. Miſit q; angelū ī hierl̄m: vt pcuꝛeret eam Cūq; pcuꝛeret vidit dñs et miſertꝰ ē ſup magnitudinē mali: ꝛ impauit angelo qui pcutiebat: ſufficit iā: ceſſet manꝰ tua. Poꝛro angelꝰ dñi ſtabat iuxta aꝛeā oꝛnan iebuſei: leuanſq; dō oculos ſuos vidit angelū dñi ſtantē inter celū et tꝛrā et euaginatū gladiū in manū eiꝰ. et verſū ꝫ hierl̄m: et ceciderūt tam ipe q; maioꝛes natu veſtiti cilitijs pni in tꝛrā. Dixitq; dauid ad dēū Nonne ego ſū q̄ iuſſi vt numeraꝛet̄ pl̄us Ego ſū q̄ peccaui: ego ſū q̄ inique egi: ego ſum qui malū feci. Iſte grex quid pmeruit. Domine deus meus. vertatur obſecro manus tua in meꝝ in domum patris mei populus aūt tuus nō pcutiat̄. Angelus aūt domini pꝛecepit gad vt diceret dauid vt aſcenderet extrueretq; altare dño deo in area oꝛnan iebuſei. Aſcendit ergo dauid iuxta ſermonem gad. quem locutus ei fuerat ex nomīe domini. Poꝛro oꝛnan cū ſuſpexiſſet et vidiſſet angelū quatuoꝛq; filij eiꝰ cū eo: abſconderunt ſe. Nam eo tēpe tꝛebāt in area triticū. Igit̄ cum veniret dauid ad oꝛnan pſpexit eū oꝛnā: et pceſſit ei obuiā de area et adoꝛauit eū pnus ī tꝛrā. Dixitq; ei dauid. Da mihi locum aree tue. vt edificem ī ea altare domino ita vt quantum valꝫ argēti accipias. ꝛ ceſſet plaga a populo. Dixit aut̄ oꝛnan ad Dauid Tolle ꝛ faciat dominus meus rex quodcū q̄ ei placet. Sed et boues do in olocauſtū et tribulas in ligna et triticū in ſacrifitiū oīa libens pꝛebeo. Dixitq; ei rex dauid. Nequaq̄ ita fiet: ſed argentū dabo quantū valet. Neq; eī tibi auferre debeo: et ſic offeꝛre domino olocauſta gratuita. Dedit ergo dauid oꝛnan pꝛo loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos ꝛ edificauit ibi altare domino. obtulitq; olocauſta et pacifica: et inuocauit dēū et exaudiuit eum in igne ꝺ celo ſuper altare olocauſti. Pꝛecepitq; dñs angelo et ꝓuertit gladiū ſuuꝫ ī vaginā. Protinus ergo dauid videns q̄ exaudiſſet eū dominus ī area oꝛnan iebuſei: imolauit ibi victimas. Tabernaculuꝫ aūt domini quod fecerat moyſes in deſerto. et altare olocauſtoꝝum ea tempeſtate erat in excelſo gabaon: et non p̄ualuit dauid ire ad altare vt ibi obſecraret dēū. Nimio eī fuerat timoꝛe pertꝛꝛitus: videns gladium angeli domini. Capi. XXII.

Dixitq; dauid. hec eſt dom⁹ dei et hoc altare ī olocauſtū iſrl̄. Et pcepit vt ꝓgregaꝛet̄ oēs pſeliti de tꝛa iſrl̄: ꝛ ꝓſtituit ex eis latomos

ad cedẽdos lapides et poliendos. vt edifica
ret dom⁹ dei. Ferrũ q̃ plurimũ ad clauos
ianuaꝝ. ꝙ ad ꝯmissuras atq; iũcturas p̃
parauit dõ: ꝙ eris pond⁹ inumerabile. Li
gna q̃ cedrina nõ poterãt estimari: q̃ sỹdo
nij et tirij deportauerũt ad dõ. Et dixit dõ
Salomõ filio me⁹ puer puul⁹ẽ ꝙ delicatus
Dom⁹ aũt quã edificare volo dño tal'esse
debet: vt in cũctis regiõibꝫ nominet̃. Pre
parabo g̃ ei necessaria. Et ob hãc causam
añ morte suã oẽs p̃parauit ipẽsas. Vocauitq; salomonẽ filiũ suũ: ꝙ p̃cepit vt ei edi
ficaret domũ dño deo isrl'. Dixitq; dõ ad
salomonẽ. Filij mi: volũtatis mee fuit vt
edificarẽ domũ noi dñi õi mei: sz fact⁹ est
sermo dñi ad me dicẽs. Multũ sanguinem
effudisti ꝙ plurima bella bellasti: nõ pote
ris edificare domũ noi meo: tanto effuso
sãguine coꝝ me. Filius q̃ nasceꝫ tibi: erit
vir q̃etissim⁹. Faciã em̃ eũ req̃escẽ ab oĩ
bus ĩimicis suis p̃ circuitũ: et ob hãc cau
sã pacificus vocabit̃: ꝙ pacẽ ꝙ otiũ dabo ĩ
isrl'cũctis diebꝫ eius. Ipe edificabit domũ
noi meo. ꝙ ipe erit mihi ĩ filiũ ꝙ ego ero il
li in p̃ez: firmaboq; soliũ regni ei⁹ sup israbel ĩeternũ. Nũc g̃ fili mi sit dñs tecum
ꝙ psperare ꝙ edifica domũ dño deo tuo: si
cut locut⁹ est õ te. Detq; tibi dñs prudẽ
tiã ꝙ sẽsũ vt regẽ possis isrl': ꝙ custodire le
gẽ dñi õi tui. Tũc ei pficẽ poteris: si custo
dieris mãdata ꝙ iuditia q̃ p̃cepit domin⁹
moysi vt docẽt isrl'. Cõfortare ꝙ virilit̃r a
ge: ne timeas neq; paueas. Ecce ego ĩ pau
ptate mea p̃parauí ipensas dom⁹ dñi auri
talẽta centũ milia: ꝙ argẽti mille milia ta
lentoꝝ: eris vo⁹ ferri nõ ẽ põd⁹: vincit̃ eĩ
numer⁹ magnitudĩe. Ligna ꝙ lapides p̃pa
raui ad vniuersa impẽdia. Habes q̃ plu
mos artifices. latomos. ꝙ cemẽtarios. arti
ficesq; lignoꝝ ꝙ oĩm artiũ. ad faciendũ op⁹
prudẽtissios. ĩ auroꝝ argẽto. ereꝝ ferro cu
ius nõ ẽ numer⁹. Surge igit̃ ꝙ fac: ꝙ erit
dñs tecũ. Precepit q̃ dõ cunctis p̃ncipibꝫ
isrl'. vt adiuuarẽt salomonẽ filiũ suũ cer
nitis inquiẽs q̃ dñs deus vr̃ vobiscũ sit. et
dederit vobis requiẽ p̃ circuitũ. ꝙ tradide
rit oẽs ĩimicos vr̃os ĩ man⁹ vr̃as: ꝙ subie
cta sit terra coꝝ dño ꝙ coꝝ pplo ei⁹. Pre
bete igr̃ cordꝫ vr̃a ꝙ aias vr̃as ꝙ q̃ratis do
minũ deũ vr̃m: ꝙ psurgite ꝙ edificate san
ctuariũ dño deo vr̃o: vt ĩtroducat̃ archa
federis dñi ꝙ vasa dño ꝑsecrata in domum
que edificat̃ nomĩ dñi. ¶ Ca. XXIII.

Igitur David senex et
plen⁹ dieꝝ regẽ ꝑstituit salomonẽ
filiũ suuꝫ sup isrl': ꝙ ꝯgregauit o
mnes p̃ncipes isrl' et sacerdotes atq; leui
tas. Numeratiq; sũt leuite a vigĩti ãnis ꝙ
sup̃. ꝙ iuẽta sũt trigĩtaocto milia virorũ.
ex his electi sũt ꝙ distributi ĩ mĩsteriũ do
mus dñi vigĩtiquatuor milia: p̃positoꝝ at̃
ꝙ iudicuꝫ sex milia. Porro quatuor milia
ianitores ꝙ totidẽ psaltes canẽtes dño ĩ or
ganis. q̃ fecerat ad canẽduꝫ: ꝙ distribuit e
os dõ p vices filioꝝ leui gerson videlz ꝙ ca
ath ꝙ merari. Filij gerson. leedan ꝙ semei
Filij leedan p̃ncipes. iehihel ꝙ zethan ꝙ io
hel tres. Filij semei. salomith ꝙ ozihel ꝙ a
ran tres. Isti p̃ncipes familiaruꝫ leedan.
porro filij semei. leeth ꝙ ziza ꝙ ÿaus ꝙ ba
ria. Isti filij semei quatuor. Erat at̃ leeth
por ziza secũd⁹. Porro ÿaus ꝙ baria ñ ha
buerũt plurimos filios: ꝙ iccirco ĩ vna fa
milia vnaq; domo ꝯputati sũt. Filij caath
amrã. aaron ꝙ moyses. Sepatusq; ẽ aarõ
vt mĩstraret in sãcta sãctoꝝ. ipeꝫ filij eius
ĩ sempiternũ ꝙ adoleret incensũ dño ym ri
tũ suũ: ac benedicẽt nomĩ ei⁹ in ppetuuꝫ.
Moysi q̃ hois dei filij ãnumerati sũt ĩ tri
bu leui. Filij moysi. gerson ꝙ eliezer. Filij
gerson. sububel p̃mus. Fuerũt aũt filij eli
ezer roboia prim⁹: ꝙ nõ erãt eliezer filij a
lij. Porro filij roboia multiplicati sũt ni
mis. Filij ysaar salomith p̃mus. Filij he
bron ieriahu p̃mus. amarias secũdus. ia
zihel tertí⁹. ihecmaan quart⁹. Filij ozihel
micha prim⁹. iesia secũdus. Filij merari.
mooli et musi. Filij molij. eleazar et cis.
Mortuus ẽ aũt eleazar. ꝙ nõ habuit filios
sz filias: acceperũtq; eas filij cis fres eaꝝ
Filij musi. mooli ꝙ eder et ierimuth tres.
Hi filij leui in cognatiõibꝫ ꝙ familijs suis:
principes p vices ꝙ numeꝝ capitũ singu
loꝝ. q̃ faciebãt opa ministerij dom⁹ dñi a
vigĩnti annis ꝙ supra. Dixit em̃ dauid. Re
quiẽ dedit dominus de⁹ isrl' populo suo. et
habitatiõnẽ hierl'm vsq; in eternũ: nec erit
offitij leuitaꝝ vt vltra portet̃ tabernacu
lũ et omnia vasa eius ad ministrandum.
iuxta p̃cepta q̃ dauid nouissima supputa
bit̃ nũer⁹ filioꝝ leui. a vigĩti ãnis ꝙ sup̃: ꝙ

erãt ſub manu filioꝝ aarõ.i cultũ domus dñi in veſtibul'q in exedris.et i loco puri-
ficatõis q i ſãctuario q i vniuerſis opibus miſterij tẽpli dñi. Sacerdotes aũt ſup pa-
nes ꝓpoſitõis q ad ſimile ſacrificiũ.ad laga na q azima.q ſartaginẽ.q ad torrenduz: et ſup omne pond⁹ atqꝫ menſurã. Leuite vo vt ſtẽt mane ad cõfitendũ q canendũ dño: ſimiliterqꝫ ad veſpaz tã i oblatõz olocauſto rũ dñi q̃ i ſabbatis q kalẽdis q ſolẽnitati-
bus reliqs.iuxta numeruz et ceremonias vniuſcuiuſqꝫ rei iugit coꝝã dño:q cuſtodi ant obſeruatões tabnacli federis.q ritũ ſan ctuarij.q obſeruatõz filioꝝ aaron fr̃m ſuo-
rũ vt miſtrẽt i domo dñi. Ca.XXIIII.

Porro filijs Aaron he ptitões erãt. Filij aaron nadab et abiu et eleazar et ythamar. Mor-
tui ſũt aũt nadab et abiu antꝫ patrẽ ſuũ abſqꝫ liberis:ſacerdotioqꝫ functus eſt elea zar et ythamar. Et diuiſit eos dd.id eſt ſa doch de filijs eleazari q abimelech de filijs ythamar ſm vices ſuas et miniſteriuz.in-
uentiqꝫ ſũt mlti plures filij eleazar i pnci-
pibus viris.q̃ filij ythamar. Diuiſit autez eis hoc eſt filijs Eleazar principes per fa-
milias ſedecim:q filijs ythamar per fami-
lias et domos ſuas octo. Porro diuiſit vt ſqꝫ inter ſe et familias ſortibo. Erant enim principes ſãctuarij q principes domus dei tã d filijs eleazar q̃ de filijs ythamar. De-
ſcripſit eos ſemeias fili⁹ nathanahel ſcri-
ba leuites.coꝝã rege q principibo q ſadoch ſacerdote q abimelech filio abiathar:pnci
pibo qꝫ familiaꝝ ſacerdotaliũ et leuitica
vnã domũ q̃ ceteris perat eleazar.et alte-
rã domũ q̃ ſub ſe habebat ceteros ytamar Exiuit aũ ſors prima ioiarib.ſecũda iedeie tertia harim.q̃rta ſeorim.quita melchia. ſexta mãmaz.ſeptĩa accbos. octaua abia nona iheuſu.decima ſechenia.vndecĩa eli-
aſib.duodecima iacim.tredecima hoppba. decimaq̃rta iſbaal. decimaq̃nta belga.de-
cimaſexta emmer. decimaſeptima ezir.de-
cimaoctaua ahepſes. decimanona phece-
ia. viceſima iechezel. viceſimaꝑma iachin viceſimaſecũda gamul. viceſimatertia da laiam. viceſimaquarta mazian. Hi vices eoꝝ ſm miſteria ſua vt ingrediant̃ domũ dei.et iuxta ritũ ſuuz ſub manu aarõ pr̃is eoꝝ:ſicut pcepat dñs de⁹ iſrl'. Porro filio-

rũ leui q̃ reliq̃ fuerãt d filijs amram.erat ſubahel:q de filijs ſubahel iedeia. De filijs qꝫ roboie princeps ieſias. Iſaazis vo filius ſalemoth:filiuſqꝫ ſalemoth ianadiath fili-
uſqꝫ ei⁹ ierimau ꝑm⁹. amazias ſecũdus.ia-
zibel tertiꝰ.iechmoã q̃rt⁹. Filiꝰ oziel mi-
cha: fili⁹ micha ſam̃r. fr̃ miche ieſia: fili-
uſqꝫ ieſie zacharias. Filij merari mooli.q muſi. fili⁹ ioſiau. bemion filios qꝫ merari oziau:q ſeom q zachur q hebri. Porro mo oli fili⁹ eleazar:q̃ nõ habebat liberos. filius vero Cis iheromhel. Filij muſi mooli. eder et iherimoth. Iſti filij leui ſm domos familiarum ſuaꝝ. Miſerunteqꝫ q ipſi ſortes ꝫ fres ſuos.filios aarõ coꝝã dd r̃ge.et ſa-
doch q abimelech q pncipibo familiaꝝ ſacer dotaliũ q leuiticaꝝ:taz maiores q̃ mĩores oẽs ſors eq̃liter diuidebat. Capi.XXV.

Eitur Dauid et magi ſtratus exercit⁹ ſegregauerũt i mi niſteriuz filios aſaph. et hemã.et ydithun:q̃ꝓphetarẽt in citharis.et pſalte
riis et cimbalis. ſm numerũ ſuũ dedicato ſibi offitio fuiẽtes. De filijs aſaph zachur q ioſeph et nathania et aſarela:filij aſaph ſub manu aſaph ꝓphetantes iuxta regem: Porro ydithun.godolias ſori ieſeias et ſa baias q mathathias.ſex ſub manu patris ſui ydithun:q̃ i cithara ꝓphetabat ſup con fitẽtes et laudantes dñm. Hemã quoqꝫ fi-
lij hemã bocciau.mathãia. oziel.ſubuel q ierimoth.anania.anani.eliatha. gadel-
thi q romethiezer.q ieſbaccaſi.mellothi.o-
thir.mazioth. Omnes iſti filij heman vidẽ tes regis in ſermonibo dei vt exaltaret cor nu. Dedit qꝫ deus hemã filios quatuordecĩ et filias tres. Vniuerſi ſub manu pr̃is ſui ad cantandũ in templo dñi diſtributi erãt in cimbalis q pſalteriijs q citharis. i mini-
ſteria domus dñi iuxta regem:aſaph vide licet et ydithũ et heman. Fuit aũt nume-
rus eoꝝ cũ fratribus ſuis qui erudiebant canticum dñi cuncti doctores ducẽti octo-
gĩtaocto. Miſerũtqꝫ ſortes p vices ſuas.ex equo tã maior q̃ minor:doct⁹ piter et ĩdo ctus. Egreſſaqꝫ ẽ ſors prima ioſeph q erat de aſaph:ſecunda godolie.ipi q filijs eius et fratribo ei⁹ duodeciz. tertia zachur filijs et fratribus eius duodecim:quarta yſari. filijs et fratribus eius duodecĩ:quita:na-
thanie filijs eius et fr̃ibo ei⁹ duodecĩ:ſexta

tur iuxta linguā populi ⁊ populi. Et ob-
iurgaui eos:et maledixi. Et cecidi ex eis
viros ⁊ cōcalcaui eos ⁊ adiuraui ī deo vt ñ
darēt filias ſuas filijs eoꝝ et nō acciperēt
de filiabꝫ eoꝝ filijs ſuis et ſibimetipſis di-
cens. Nūquid nō in huiuſcemodi re pecca
uit Salomō rex iſrael: Et certe in gētibꝫ
multis nō erat rex ſimilis ei.et dilect⁹ deo
ſuo erat:⁊ poſuit eū de⁹ regē ſup oēm iſra
el. Et ipm ergo duxerūt ad peccatū muli
eres alienigene. Nūquid et nos inobediē-
tes faciem⁹ omne malū grande hoc:vt pre-
uaricemur in deo nro. et ducam⁹ vxores
pegrinas: De filijs aūt Joiada filij eliaſib
ſacerdotis magni:gener erat ſanaballath
oronitis:quē fugaui a me. Recordare dñe
deus me⁹ aduerſū eos qui polluūt ſacerdo
tium:iuſqꝫ ſacerdotale ⁊ leuiticū. Igit mū
daui eos ab oīb alienigeīs:⁊ ꝓſtitui ordi
nes ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ vnūquenqꝫ ī mi-
niſterio ſuo.⁊ in oblatōne lignoꝝ in tpibꝫ
ꝓſtitutis et ī ꝓmitijs. Memētō mei de⁹ me-
us in bonū Amen. Explicit liber Neemie.

Incipit liber Eſdre tertius.
Capitulum primum.

ET fecit ioſias pa-
ſcha in hieroſoli-
mis dño:⁊ īmolauit pha-
se q̄rtadecima luna primi
mēſis:ſtatuēs ſacerdotes
p vices dierū ſtolis amictos in tēplo dñi.
Et dixit leuitis ſacris ſeruis iſrael:vt ſan
ctificarent ſe dño in poſitōne ſācte arche
dñi ī domo quā edificauit Salomō filius
Dauid rex. Nō erit vobis tollere ſup hūe-
ros eā. Et nūc deſeruite dño vro et curaz
agite gentibꝫ illi⁹ iſrael ex pte ſm pagos ⁊
tribꝫ vras ſm ſcripturā dō regis iſrael:⁊
ſm magnificentiā Salomōis filij ei⁹. oēs
in tēplo et ſm pticulā pricipat⁹ paternaz
vram:eoꝝ q̄ ſtant ī ꝓſpectu fratrū filioꝝ
iſrael. Immolate paſcha:⁊ ſacrificia pate
fratribꝫ vris et facite ſm ꝑceptuz dñi qđ
datū ē Moyſi. Et donauit Joſias ī plebe q̄
inuēta eſt ouiū.agnoꝝ ⁊ hedoꝝ ⁊ caprarꝝ
triginta milia.vitulos tria milia. Hec de
regalibꝫ data ſūt ſm ꝓmiſſionē ꝓphe et ſa-
cerdotibꝫ ī paſcha:oues nūero duo milia.
ac vituli centū. Et iechonias ⁊ ſemeias ⁊
nathanael frēs.et Aſabias ⁊ ozihel et co-
roba in phaſe.oues quinqꝫ milia.vitulos
q̄ngentos. Et hec cū fierēt elegāter:ſtete-
rūt ſacerdotes et leuite hītes azima p tri
bus. Et ſm ptes principatus pfm ī cōſpe-
ctu populi offerebāt dño:ſm ea q̄ ī libro
Moyſi ſcripta ſūt. Et aſſauerūt phaſe igni
put oportebat.et hoſtias coxerunt ī emo
lis et in ollis cū beniuolentia. Et attulerūt
omibꝫ qui erāt ex plebe:et p⁹ hec pauerūt
ſibi et ſacerdotibꝫ. Sacerdotes em̄ offere
bant adipes uſqꝫdū finita eſſet hora et le-
uite pauerunt ſibi ⁊ fratribꝫ ſuis filijs Aa
ron. Et ſacrificatores filias offerebāt:ſm
ordinē.ſm p̄ceptū dauid et aſaph ⁊ zacha
rias et ieddinus q̄ erat a rege.et hoſtiarij
p ſingulas ianuas:ita vt nō preuaricaret
vnuſquiſqꝫ ſuam. Fratres em̄ eorū para-
uerūt illis. Et conſumata ſunt q̄ ptinebant
ad ſacrificiū dñi. In illa die egerūt phaſe
et offerebāt hoſtias ſup dñi ſacrificiū ſm
p̄ceptum regis Joſie. Et egerūt filij iſrael
qui inuenti ſunt in tempore illo phaſe et
diem feſti azimoꝝ p dies ſeptez. Et nō eſt
celebratum phaſe tale in iſrael a tempori
bus Samuel ꝓphete et oēs reges iſrl' non
celebrauerūt tale paſcha quale egit Joſias
et ſacerdotes et leuite ⁊ iudei ⁊ omis iſra-
hel q̄ inuēti ſūt in ꝓmoratōe hieroſolimis
Octauodecimo anno regnante Joſia cele-
bratū eſt phaſe. Et directa ſūt opa Joſie ī
ꝓſpectu domini ſui in corde pleno metuē-
tis:et que circa illum quidem ꝓſcripta ſūt
in priſtinis temporibꝫ de eis qui peccaue-
runt quiqꝫ irreligioſi fuerūt in dñm pre oī
gentē:⁊ qui nō queſierūt verba dñi ſuper
iſrael. Et p⁹ oēm actū hunc Joſie aſcendit
Pharao rex egipti veniēs ī carchamis a-
bicere ſup eufraten et exijt ī obuiā illi Jo
ſias. Et miſit rex egipti ad Joſiā:dicens.
Quid mihi ⁊ tibi eſt rex iude: Nō ſum miſ
ſus a domīo. Sup eufraten em̄ bellū meū
eſt. Feſtinās deſcende. Et nō ē reuerſ⁹ Jo
ſias ſup currum:ſz expugnare eū cōnaba
tur:nō attēdens verbū ꝓphete ex ore dñi:
ſz cōſtituit ad eum bellū ī cāpo magedđo
Et deſcenderūt principes ad regē Joſiam.

Et dixit rex pueris suis. Amouete me a p
lio. Infirmat⁹ sū em valde. Et statim amo
uerūt eū pueri ipsi⁹ de acie. Et ascēdit sup
currū scdarīū suū: ⁊ puenīēs hierosolimā
vita funct⁹ ē: ⁊ sepult⁹ ē in pr̄no sepulcro
Et ī tota iudea lugebāt iosiā ⁊ q̄ p̄sidebāt
cū uxoribꝫ lamentabāt eū usq; in hūc diē.
Et datū ē hoc fieri semp in oē genus isrl̄.
Hec aūt p̄scripta sūt ī libro hystoriar̄ re
gū iude: ⁊ singula gesta. act⁹ Josie et eius
gl̄ia ⁊ intellect⁹ ei⁹ ī lege dñi. q̄ ea q̄ gesta
sūt ab eo ⁊ q̄ nō: scripta sūt in libro regū
israel ⁊ iude. Et assumētes q̄ erāt ex gente
iechoniā filiū ioſie p̄stituerūt regē p ioſia
p̄re suo: cū esset annor̄ triginta trīū: ⁊ re
gnauit sup isrl̄ mensibꝫ trib⁹. Et amouit
eū rex egipti ne regnaret ī hierosolimis:
⁊ mulctauit gentē argenti talēta centū. ⁊
auri talentū unū. Et cōstituit rex egipti
regē ioachim frēm ipsi⁹ regē iude ⁊ hirl̄m
⁊ alligauit mgr̄atus ioachim zaracelē fra
trē suū: ⁊ apprehēdens reduxit egiptū. An
nor̄ erat ioachim vigintiq̄nq; cū regnare
cepisset in terra iuda ⁊ hirl̄m: ⁊ fecit ma
lū in p̄spectu dñi. P⁹ hūc aūt ascēdit Na
buchodonosor rex babilonis ⁊ alligās eū
in aureo vinculo p̄duxit ī babiloniā: ⁊ sa
cra vasa dñi accepit Nabuchodonosor. et
tulit: p̄secrauit ī tēplo suo ī babilonia. Nā
de īmunditia illi⁹: ⁊ religiositatē scriptuz
ē in libro tēpor̄ regū. Et regnauit ioachī
filī⁹ eius p eo. Cū aūt p̄stitut⁹ est erat ānoꝝ
rū octo. Regnauit autē mēses tres ⁊ dies
decē in hierusalē: ⁊ fecit malū in cōspectu
dñi. Et post annū mittēs Nabuchodonoſor trāsmigrauit eū in babiloniā sil̄cū sa
cris vasis dñi ⁊ p̄stituit sedechiā regē iu
da ⁊ hirl̄m. cum esset annor̄ vigintiuni⁹.
Regnauit aūt ānis undecim. Et fecit ma
lum in p̄spectu dñi: ⁊ nō ē verit⁹ a verbis
q̄ dicta sunt ab hieremia p̄pha ex ore dñi.
Et adiurat⁹ a rege Nabuchodonoſor piu
rans discessit: ⁊ indurata ceruice sua ⁊ cor
de suo: trāsgress⁹ est legittima dñi dei israel
Et duces p̄pli dñi multa inique gesserūt et
impie egerūt sup omnes immūditias gen
tiū: ⁊ polluerunt tēplū dñi: qđ sanctuz
erat in hierosolimis. Et misit de⁹ p̄r̄m suo
rū p angelū suum reuocare eos: p̄pter qđ
p̄ceret illis ⁊ tabernaculo suo. Ipi vo sub
sannabāt in angelis suis. ⁊ q̄ die locut⁹ est

dñs erāt illudētes p̄phetis ei⁹. Qui usq; ad
iracundiā cōcitat⁹ est: sup gentē suā p̄pter
irreligiositatē suā: ⁊ p̄cepit ascēdere reges
chaldeor̄. Hi occiderūt iuuenes eor̄ ī gla
dio ī circuitu scti tēpli eor̄ ⁊ nō pepercerūt
iuueni ⁊ seni ⁊ virgini ⁊ adolescēti: sz omīs
tradidit sūt ī man⁹ ipor̄ ⁊ oīa sacra vasa dñi
⁊ regales apothecas resumētes tulerūt in
babiloniā: ⁊ incēderūt domū dñi ⁊ demoli
erūt muros hirl̄m. ⁊ turres ei⁹ incēderūt ī
igne. Et p̄sumauerūt oīa honorifica ei⁹. et
ad nihilū redegerūt. ⁊ reliq̄s a gladio duxe
rūt ī babilonē: et erāt hui illi⁹ usq; dū reg̃
rent pse: ī repletōne ūbi dñi ī ore hieremie
q̄usq; benigne agēt terra sabbata sua. Oī
tpe discretōnis sue sabbatizauit ī applica
tōne annor̄ septuaginta. Ca. II.

Egnāte cyro rege per
sarū in p̄sumatōne verbi dñi ī ore
hieremie suscitauit dñs spm̄ Cyri
regis p̄sarū: ⁊ p̄dicauit ī toto regno suo si
mul p scriptūrā dicens. Hec dic cyrus rex
p̄sar̄. Me p̄stituit regē orbi t̄rar̄ dñs isrl̄
dñs excelsus: ⁊ significauit mihi edificare
domū sibi ī hirl̄m que ē in iudea. Siq̄s est
ex genere vr̄o: dñs ipsi⁹ ascēdat cum eo in
hierl̄m. Quotq̄t q̄ circa loca hītant adiu
uēt eos q̄ sūt in loco ipso ī auro ⁊ argēto
in datōnibꝫ cuz eq̄s ⁊ iumētis: cūq; alijs q̄
sm̄ vota apponunt̄ in edem dñi q̄ est ī hie
rusalē. Et stantes p̄rīcipes tribunū paga
noꝝ ⁊ iudee ex tribu beniamin ⁊ sacerdo
tes ⁊ leuite: q̄s excitauit dñs ascendere et
edificare domū dñi que ē ī hirl̄m: ⁊ q̄ erāt
in circuitu eor̄ adiuuerūt in omī auro ⁊
argento eius ⁊ iumētis ⁊ votis q̄ pluribꝫ:
multi quor̄ sensus excitatus ē. Et Cyrus
rex p̄tulit vasa sacra dñi q̄ transtulit Na
buchodonoſor rex babilōis ex hirl̄m: ⁊ cō
secrauit ea ydolo suo. Et p̄ferens ea cyrus
rex p̄sar̄ tradidit mitridato: qui erat sup
thesauros ipsi⁹. Per hūc aūt tradita sunt
salmanasaro p̄sidi iudee. Hoc aūt hic nu
mer⁹. Libatoria argētea: duo milia q̄dri
genta. athische argentee triginta. phiale
auree triginta. Item argentee duo milia
q̄dringentē: ⁊ alia vasa mille. Oīa aūt va
sa aurea ⁊ argētea q̄nq; milia octingenta
sexaginta. Et enumerata sunt salmanasa
ro simul cū his qui ex captiuitate babilo
nie venerāt in hierosolimā. In artarxerx

De edificatione Templi Nota bene

Auro et argento

aũt regis psarũ tpibus scripserũt ei de bis
q̃ inhitabãt iudeã ꝙ hierl'm balsam⁹ ꝙ nu-
tridat⁹ et sabelli⁹ et rathimus. balthemus
samelius scriba ꝙ reliq̃ inhabitãtes in sa-
maria ꝙ ceteris locis subiectã epl'am regi
Artarxersi. Dñe pueri tui rathim⁹ ab ac-
cedentibꝫ. ꝙ sabelli⁹ scriba: et reliqui curie
tue iudices ī celeusiriã et phenicẽ. Et nũc
notũ sit dño regi: qm̃ iudei q̃ ascenderunt
a vobis ad nos venientes in hierusalẽ ci-
uitatẽ refugã ꝙ pessimã: edificant furnos
ei⁹ ꝙ statuũt muros ꝙ templũ suscitãt. Q̃d
si ciuitas ista ꝙ muri ꝑsumati fuerit nõ tm̃
tributa nõ sustinebũt pẽdere: sz etiã regi-
bus resistẽt. Et qr id agit̃ circa tẽplũ: re-
cte hr̃i arbitrati sum⁹ nõ ꝺspicere hocip̃m
sz notũ facere dño regi vt si videbit̃ rex q̃
rat̃ in libris p̃m tuoꝝ et inuenies ī ãmo
nitiõnibꝫ scꝑta de bis: scies qm̃ ciuitas ista
fuit refuga ꝙ reges et ciuitates ꝓcutiẽs et
iudei refuge et pl̃ia ꝓmittẽtes ī ea ab etẽr
no ob quã causã ciuitas ista deꝑta ẽ. Nũc
g̃ notuz facim⁹ dñe rex: qm̃ si ciuitas hec
edificata fuerit. et hui⁹ muri erecti fuerit
descensus tibi nõ erit ī celeusiriã. ꝙ pheni-
cez. Tũc rescripsit rex rathimo qui scribe
bat accedentia ꝙ Belthimo et sabellio scri
be et ceteris ꝓstitutis ꝙ inhabitantibꝫ ī si-
ria et phenice: ea q̃ subiecta sũt. Legi epi-
stolã quã misisti⁹ mihi. ꝓrecepi g̃ inq̃ri ꝙ
inuentũ ẽ: qm̃ ciuitas illa ẽ ab euo regibꝫ
resistẽs ꝙ hoies refuge: et pl̃ia ī ea efficiẽ-
tes ꝙ reges fortissimi erãt ī hierl'm dñantes
et tributa exigẽtes a celeusiria ꝙ phenice.
Nũc g̃ ꝑcepi ꝓhibere hoies illos edificare
ciuitatẽ: ꝙ phibere ne q̃d vltra hec fiãt sed
nec ꝓcedãt in pluzimũ ex q̃ sũt malitie ita
vt regibꝫ molestia ĩportet̃. ¶ Ca. III.

Dnc recitatis bis que
a rege Artarxerse scripta fuerant
Rathim⁹ ꝙ sabelli⁹ scriba et q̃ cum
bis ꝓstituti erãt iũgentes festinãter vene
rũt ī hierl'm. cũ eq̃tatu ꝙ turba et agmie:
ceperũtq̃ edificãtes phibẽ. Et vacabãt ab
edificatõne tẽpli ī hirl'm: vsq̃ scdo ãno re
gni Darij regis ꝑsarũ. Rex dari⁹ fecit ce-
nam magnã omibꝫ vernaculis suis: ꝙ oi-
bus mgr̃atibꝫ medie ꝙ pfidis ꝙ omibꝫ pur
puratis ꝙ ꝑtzibꝫ ꝙ consulibꝫ et ꝑfectis sub
illo ab india vsq̃ ethiopiã: centũ viginti se
ptem puintijs. Et cũ mãducassent ꝙ bibis-
sent et saciati reuertẽrent. tũc Darí⁹ rex
ascendit in cubiculo suo. et dormiuit ꝙ ex-
pergefactus ẽ. Tũc illi tres iuuenes cor-
poris custodes. qui custodiebant corp⁹ re-
gis: dixerũt alter alteri. Dicam⁹ vnusquis
q̃ ꝓmonẽ q̃ ꝑcellat et cuiuscũq̃ apparuerit
sermo sapiẽtior alteri⁹: dabit illi Darius
rex dona magna. purpura coopiri ꝙ ī au-
ro bibere et sup̃ aurũ dormire et currum
aureũ freno ꝙ cỹdarim bissinam ꝙ torquẽ
circa collũ et scdo loco sedebit a Dario p-
pter sapientiã suã ꝙ cognatus Darij vo-
cabit̃. Tũc scribẽtes singuli suũ ꝺbũ signa
uerũt. ꝙ posuerũt iuxta ceruical Darij re
gis. ꝙ dixerũt. Cũq̃ surrexerit rex dabim⁹
ei scripta nr̃a ꝙ qdcunq̃ indicauerit rex e
tribꝫ ꝙ mgr̃atus pfidis: qm̃ verbũ ei⁹ sapiẽ
tius ẽ: ip̃i dabit̃ victoria sicut scriptũ est.
Vnus scripsit. Fortẽ est vinũ. Alius scri-
psit. Fortior ẽ rex. Terti⁹ scripsit. Fortio
res sũt mulieres: sup̃ omĩa aũt vicit veri-
tas. Et cũ surrexisset rex accepet̃ scripta
et dederũt illi: ꝙ legit. Et mittens vocauit
oñes mgr̃atus ꝑsarũ et medos ꝙ purpu-
ratos ꝙ ꝑtzes et ꝑfectos et sederũt in ꝓci-
lio: et lecta sũt scripta coraz ip̃is. Et dixit
Vocate adolescentes et ip̃i indicabũt ver-
ba sua. Et vocati sũt: et introierũt. Et di-
xit illis. Indicate nobis de bis q̃ scꝑta sũt
Et cepit prior q̃ dixerat de fortitudie vini
et dixit. Viri q̃ ꝑualet vinũ omibꝫ hoibꝫ.
q̃ bibũt illud. Seducit mentẽ. Itẽq̃ regis
ꝙ orphani facit mentez vanã. Itẽ serui ac
liberi paupis ac diuitis ꝙ oẽm mentẽ con
uertit in securitatẽ ꝙ iocũditatẽ. et nõ me-
minit oẽm tristitiã ꝙ debitũ ꝙ omĩa ꝑcor-
dia facit honesta. et nõ meminit regẽ nec
magistratũ et oĩa ꝑ talenta loq̃ facit. Et
nõ memineruũ cũ biberit amicitiã nec fra
ternitatez: sed post nõ multũ sumunt gla
dios et cum a vino merserint ꝙ surrexerit
nõ meminerũt que gesserunt. O viri num
ꝑcellit vinuz: Quis sic cogitat facere: Et
tacuit hoc dictꝫ. ¶ Capitulum. IIII.

Tinchoauit sequẽs di-
cere qui dixit de fortitudine regis
O viri: num ꝑcellunt homies qui
terram et mare obtinẽt et omĩa que in eis
sunt: Rex aũt sup̃ oĩa precellit et dñatur
eorũ et omne quodcunq̃ dixerit illis: faci
unt. Etsi miserit illos ad bellatores: vadũt

et demoliunt montes et muros et turres. Jugulant ꝙ iugulant: et regis verbū nō ꝓtereūt. Naz si vicerīt, afferūt regi oīa ꝙcunqz ꝓdati fuerunt. Similiꝫ ꝙ alij oīes ꝙ ꝙtquot nō militāt, nec pugnāt sed colūt terrā: ruꝛsū cū fuerint metētes afferūt tributa regi. Et ipe vn⁹ solus ꝙ si dixerit occidite: occidūt. dixerit ꝛmittite: remittūt dixerit ꝓcutite: percutiunt. dixerit, exterminate: exterminat. dixerit edificate: edificant. dixerit excidite: excidunt. dixerit plantate: plantant. et omnis plebs et virtutes eū obaudiunt. et sup hec ipse recumbit ꝙ bibit ꝙ dormit. Oi aī custodiunt ī circuitu eū: ꝙ nō pñt ire singuli ꝙ facē opera sua: sed in dicto obaudiētes sunt ei. Viri: quō nō precellet rex ꝙ sic diffamaī? Et tacuit. Tertiꝰ ꝙ dixerat de mulieribo ꝙ veritate. H ē zorobabel. cepit loq. Viri. ñ magnꝰ rex. ꝙ multi hoīes nec vinū ꝓcellit. Quis est ḡ qui dñatuꝛ eoꝝ? Nōne mlieres genuerūt regē et oēz ꝓlm ꝙ dñaī mari ꝙ terre ꝙ ex illis nati sūt. et ipe educauerūt eos qui plantauerūt vineas ex qbo vinū fit? Et ipse faciūt stolas oīm hoīm. et ipe faciūt glīaz hoībo: et nō pñt hoīes separi a mulieribo. Si ꝙgregauerint auꝝ ꝙ argentuz. et oēm rem speciosā ꝙ viderint mulierē vnā bono habitu: ꝙ bōa specie. oīa hec relinquētes ī eā intēdunt. et apto ore ꝙspiciunt. ꝙ eā allicīūt magisqꝫ auꝝ ꝙ argentū. et oēm rem ꝓciosā. H ō suū pꝛem relinquit: q̄ enutrijt illū et suā regionē: et ad mulierē se coniūgit. Et cū muliere remittit animā. et neqꝫ patrē memīt: neqꝫ mrem. neqꝫ regionē. Et hīc oportet vos scire: qm̄ mulieres dñantur vī. Nōne voletis? Et accipit hō gladiū suū et vadit ī viā facere furta ꝙ hoīcidia ꝙ mare nauigare et flumina: ꝙ leonem videt et in tenebris ingredit: ꝙ cum furtū fecerit ꝙ fraudes ꝙ rapinas. amabili sue affert Et itꝝ diligit hō uxorē suā magis qꝫ patrē ꝙ mrez. Et multi demētes facti sūt ꝓpter uxores suas. ꝙ sui facti sūt ꝓpter illas et multi pierūt ꝙ iugulati sūt: et peccauerūt ꝓpter mulieres. Et nūc (credite mihi) q̄ magnꝰ est rex in pātate sua. qm̄ oēs regiones verent tangere eū. videbā tamē apemen filiā bezacis. mirifici concubinaz regis. sedentē iuxta regē ad dextrā. et auferē tē dyadema de capite eiꝰ. et īponentez sibi et palmis cedebat regez de sinistra manu. Et sup hec aperto ore intuebat eam: et si arriserit ei: ridet. nā si indignata ei fuerit blādit: donec recōcilieī ī grāz. O viri cur nō sūt fortiores mlieres? Magna ē terra. ꝙ excelsū ē celuz. Que ista agunt? Et tunc rex et purpurati ītuebāt ī altez utꝝ. Et īchoauit loqui de veritate. O viri: nōne fortes sunt mulieres. Magna ē terra: ꝙ excelsum ē celum: ꝙ velox cursus solis cōuertit in giro celū in locū suuz in vna die. Nōne magnificus est q̄ hec facit. Et veritas magna ꝙ fortioꝛ ꝓ omnibo. Omnis terra veritatē inuocat: celum etiā ipsam bñdicit. et omnia opa mouent et tremūt eā. ꝙ nō est cū ea quicqꝫ iniquū. Vinū iniquū. iniquus rex. iniq̄ mlieres. Iniqui oēs filij hominū ꝙ iniq̄ illoꝝ omnia opa. et nō ē ī ipsis veritas. Et ī sua iniq̄tate pibūt: ꝙ veritas manet ꝙ inualescit ineternū: et viuit. et obtinet in secula seculoꝝ. Nec est apud eaz accipe psonas neqꝫ drās: sed q̄ iusta sunt facit omnibo. iniustis ac malignis. ꝙ omnes benignant in opibo eius. Et nō est in iudicio eiꝰ iniquū. sed fortitudo ꝙ fgnū ꝙ potestas ꝙ maiestas oīm euoꝝ. Bñdictus deus veritatis. Et desijt loquēdo. Et oēs ꝓpli clamauerūt. et dixerunt. Magna est veritas: ꝙ ꝓualet. Tunc rex ait illi. Petē si quid vis amplius q̄ que scripta sūt. ꝙ dabo tibi fm q̄ inuentꝰ es sapientioꝛ: et pximꝰ mihi sedebis: et cognatꝰ meus vocaberis. Tunc ait regi. Meoꝛ esto voti tui qđ vouisti edifica re ihrlm ī die q̄ regnuz accepisti: ꝙ oīa vasa que accepta sūt ex ihrlm remittere. que sepauit cyꝛus quādo mactauit babiloniā. et voluit remittere ea ibi. Et tu vouisti edificare templum qđ incēderunt ydumei. qm̄ extermīata est iudea a chaldis. Et nūc hoc est qđ postulo dñe ꝙ qđ peto: hoc ē maiestas a te qđ postulo vt facias votū quod vouisti regi celi ex ore tuo. Tunc surgens darius rex osculatꝰ est illuz. ꝙ scripsit epistolam ad omnes dispensatoꝛes et ꝑfectos et purpuratos: vt educerēt eū. ꝙ eos q̄ cuz illo erant. oēs ascendentes edificare ihrlm Et omnibo ꝑfectis qui erāt in siria ꝙ phēice ꝙ libano scripsit epistolas: vt traherent ligna cedrina a libano in hierusalem: vt edificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit omnibus iudeis qui ascēdebāt a regno in

iudeam pro libertate: omnem̄ potentem: et magistratum et prefectum non supuenire ad ianuas ipsorum: et omnem regionem quam obtinuerant esse immunez eis et ydumei relinquent castella que optinēt iudeorum: et in structuram templi dare p singulos annos talenta vinginti: vsqz duz peredificaretur: et super sacraziū olocaustomata ostilare quottidie: sicut habent preceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos. et omnibus qui procedūt a babilonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis q̄ filijs eorum. et omnibus sacerdotibus qui procedūt. Scripsit autem et quantitatem: et sacram stolam iussit dari in qua deseruirēt: q leuitis scripsit dare precepta. vsqz in diem qua cōsumabitur domus et hierusalem extruetur: et omnibus custodientibus ciuitatem scripsit dare eis sortes et stipendia. Et dimisit omnia vasa que separauerat Cyrus a babilonia: et omnia quecunqz dixit Cyrus: ipse precepit fieri: et mitti in hierusalem. Et cum processisset ille adolescens: eleuās faciem in hierusalem: benedixit regem celi. q dixit. Abs te est victoria. et abs te est sapientia et claritas. Et ego seruus tuus sum. Benedictus es: qui dedisti mihi sapientiam: et tibi confitebor domie deus patrum nostrorum. Et accepit epistolas: et profectus est in babiloniā. Et venit: q nūciauit fratribus suis omnibus qui fuerūt in babilonia. et benedixerunt deum patrū suorum. quoniam dedit illis remissionem et refrigerium vt ascenderent et edificarēt hierusalem et templum vbi nominatū est nomen eius in ipso: et exultauerunt cum musicis et leticia diebus septem.

Capitulum .V.

POst hec aūt electi sunt vt ascenderent principes pagoruz per domos. per tribus suas. q vxores illorum. et filij. et filie eorum: et serui et ancille ipsorum. et pecora illorum. Et darius rex misit vna cum eis equites mille: donec deducerent eos in hierusalem cū pace et cum musicis: et cum timpanis et tibijs: et omnes fratres erant ludentes. et fecit eos ascendere simul cum eis. Et hec sunt nomina virorū qui ascenderunt per pagos suos in tribus et in partem principatus ipsorum. Sacerdotes. filij phinees filij aaron. ihesus filius iosedech. ioachim filius zorobabel. filij salathiel de domo dauid: ex progenie phares tribu autez iuda qui locutus est sub dario rege persarū sermones mirificos in secundo anno regni ipi⁹ mense nisan primo. Sunt autē hi qui ascenderunt ex iudea de captiuitate transmigratōis: quos transmigrauit nabuchodonosor rex babilonie in babilonem. et reuersus est in hierusalez. Et requisiuit partem iudee vnusquisqz ciuitatem suam. qui venerunt cum zorobabel. et ihesu. neemias. azeorez. elimeo. emmanio. mardocheo beelsuro. mechpsatochor. olioro. emonia. vnus de principibus eorum: et numerus ab gentibus eorum ex prepositis eorum. Filij phares duo miliacentumseptuagintaduo. Filij ares tria milia q̄nq̄gītaseptē Filij phemo: centumquadragintaduo. In filijs ihesu. et iabes. milletrecentiduo. Filij demu: duo milia quadringentiseptuaginta. Filij chorzaba: ducentiquinqz. Filij banica: centumseptuagītaocto. Filij bebeth quadringentitres. Filij archad: quadringentiuigintiseptē. Filij chan: trigintaseptem. Filij zoroar. duo milia septuagintaseptem. Filij admu: quadringētiseptuaginta unus. Filij adazectie: centumocto. Filij cifaso et zelas. centumseptem. Filij azorocb quadringentitrigintanouem. Filij iedarbone: centūtrigintaduo. Filij ananie. centūtriginta. Filij asoni. Filij marsar. q̄drīgentiuigintiduo. Filij iabarus: nonagīta quīqz. Filij sepolemon: centumuigītitres Filij nepopas. q̄nquagītaq̄nqz. Filij bechbanat⁹: centūq̄nquagintaocto. Filij cebethamus: centūtrigintaduo. Filij occarta pratos: q̄ enocadies et modie: q̄dringētiui gintiduo. Qui ex gmas q gabea. centūuigintiun⁹. Qui ex besselon. et ceagge: sexagintaq̄nqz. Qui ex bastaro: centūuigintiduo. Qui ex bethenobes quīq̄gintaq̄nqz. Filij liptis. centūquinquagintaquīqz. Filij labonni: trecentiq̄nquagintaseptē. Filij sichē. trecētiseptuaginta. Filij sandā et cliom⁹: trecētiseptuagītaocto. Filij eric⁹. duo milia cētūq̄dragītaq̄nqz. Filij anaas. trecētiseptuaginta sacerdotes. Filij iedd⁹ filij eutber. filij eliasib. trecētiseptuaginta.

Filij ẽmerus ducentiquiquagĩtaduo. Filij asurij:trecentiquinq̃gĩtaseptẽ. Filij caree ducentiuigĩtiseptẽ Leuitæ. Filij ihesu. in cadubel et bamis et serebias et edias septuagintaquatuor. Oĩs numerus:a duodecimo anno:triginta milia quadringẽtiseptuagintaduo. Filij et filie ꝛ vxores. oĩs computatõ quadragĩta milia ducẽtiq̃dragintaduo. Filij sacerdotum q̃ psallebant ĩ templo.filij asaph:centũuigintioctõ. Ostiarij vero esmenni.filij azer.filij amon.filij accuba topa.filij thobi:oĩes centũtrigintanouẽ. Sacerdotes seruientes in templo.filij sel.filij gasipa.filij tabloth.filij accarie.filij su.filij bellu.filij labana.filij armatha.filij accub.filij vtha.filij cetha.filij aggab.filij obai.filij anan.filij canna.filij geddu.filij an.filij radin.filij desanun.filij nechoba.filij caseba.filij gaze.filij ozni.filij sinoe.filij attre.filij bastem.filij asiana filij manei.filij nasisiz.filij acuphu.filij agista.filij arui.filij fauon.filij phasalõ.filij meedda.filij fusa.filij careth.filij barcꝰ filij saree.filij coesi.filij nasith. filij agisti. filij pedõ.salomõ filij eius.filij asophot.filij pharida.filij celi.filij deton.filij gaddabel.filij sephegi.filij aggia.filij sachareth. filij sabathan.filij aroneth.filij malsith.filij ame.filij zaphai.filij addus.filij suba.filij eura. filij rabotis. filij saphat. filij malmon. Omnes sacro seruientes:et pueri salomonis:quadringentioctogintaduo. Hi sunt filij qui ascenderunt a chermel ꝛ thersas.principes eorꝝ.carmellam ꝛ careth:et non poterant edicere ciuitates suas.et pgenies:quemadmodum sint ex israel: filij dalarij.filij tubaz.filij mechobaici ꝛ ex sacerdotibus qui fũgebanꝫ sacerdotio et nõ sunt inuẽti:filij obia.filij achisos.filij addin:qui accepit vxorẽ ex filiabus phargeleu vocati sunt nomine eius. Et horũ quesita est generis scripta impedatura ꝛ non est inuenta.et prohibiti sunt sacerdotio fũgi. Et dixit illis neemias et astharas:ne pticipentur sancta: donec surgat pontifex doctus in ostensionem et veritatem. oĩs autem israel erant duodecĩ milia:exceptis seruis ꝛ ancillis quadragĩtaduo milia trecentiseptuaginta. Serui horum et ancille septem milia trecentitrigintaseptem: cantores et cantatrices ducentiseptuagintaquinq̃. Cameli quadringentitrigintaquinq̃. equi septem milia trigintasex:muli ducẽta milia quadragintaquĩq̃:subiugalia q̃n q̃ milia vigintiquinq̃. Et de pposĩtis ipis per agros:dum venirent in templum domini quod erat in hierusalem:innouare ꝛ suscitare templum in loco suo ꝓm suaz virtutem:et dari in templum thesaurum opum sacrum. auri mnas duodecim milia et stolas sacerdotales centum. Et inhabitauerunt sacerdotes et leuitæ:et qui exigerant de plebe in hierusalem et in regione: et cantores et ostiarij:et omnis israel ĩ regionibus suis. Instante autem septĩo mẽse:cunq̃ essent filij israel vnusquisq̃ ĩ suis rebus:conuenerunt vnanimes in atrium quod erat ante ianuam orientalez. Et stãtes ihesus filius iosedech:et fratres eiꝰ sacerdotes:et zorobabel filiꝰ salathiel.et huius fratres parauerunt altare:vt offerrẽt super illud olocaustomata secundum que in libro Moysi hominis dei prescripta sũt Et conuenerunt sibi ex alijs natõnibus ẽre:et erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terre:et offerebant hostias et olocaustomata domino matutina. Et egerunt cenophegia:et diem solennem: sicut preceptum est in lege: et sacrificia quotidie sicut oportebat.et post hec oblatõnes institutas:et hostias sabbatorum:et neomeniarum:et dierum solennium omniuz sanctificatorum. Et quotquot vouebant domĩo a neomenia septimi mensis ceperũt hostias offerre deo:et templum domĩ non dum erat edificatum. Et dederunt pecuniam lapidarijs et fabris:et potum et pabula cum gaudio. Et dederunt carra sidonijs et tirijs vt transueherent illis de libano ẽbes cedrinas et facerent ratas in ioppe portum: scõm decretum quod scriptum erat eis a Cyro rege persarum. Et in secundo anno venientes in templum dei in hierusalem.mense secundo ĩchoauit zorobabel filius salathiel et ihesus filius iosedech:et fratres ipsorum et sacerdotes et leuitæ: et omnes qui aduenerãt de captiuitate ĩ hierusalem:et fundauerunt templum dei.no uilunio secundi mensis secundi anni:cum veniissent in iudeam et hierusalem. Et statuerunt leuitas a viginti annis super opera domini. Et stetit ihesus et filius eius:

et fratres.omnes leuitæ.conſpirãtes.ꝙ executores legis.et facientes opera in domo domini.Et ſteterunt ſacerdotes:habẽtes ſtolas cum tubis.Et leuitæ filij aſaph habentes cimbala:collaudantes dominum: et benedicentes ſcõm dauid regem iſrael. Et cantabant canticum domino: quoniam dulcedo eius et honor in ſecula ſuper omnem iſrael.Et omnis populus tuba ceciderunt:et proclamauerũt voce magna collaudantes dominum in ſuſcitatõne domus domini.Et venerunt ex ſacerdotib' et leuitis:et preſidentibus ſecundum pagos:ſeniorib⁹ qui viderant priſtinaꝫ domum:et ad huius edificationem cum clamore et planctu magno.et multi cum tubis et gaudio magno.intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi.Turba enim erat tubis canẽs magnifice:ita vt longe audiretur.Et audierunt inimici tribus iude et beniamin: et venerunt ſcire.que eſſet vox tubarum.Et cognouerunt:quoniam qui erãt ex captiuitate edificant templum domino deo iſrael.Et accedentes ad zorobabel:ꝙ ihesũ: et prepoſitus pagorum dixerunt eis.Edificabimus vna vobiſcum.Similiter enim audiuimus dominum noſtrum:et ipſi paritꝛ incedim⁹ a diebus aſbaſareth regis aſſiriorum:qui tranſmigrauit hinc.Et dixit illis zorobabel. et ihesus.et principes pagorum iſrael.Non eſt nobis et vobis edificare domum dei noſtri. Nos enim ſoli edificabimus domino iſrahel:ſecundum ea que precepit nobis Cirus rex perſarum Gentes autem terre incubantes: his qui ſunt in iudea:et leuantes opus edificationis:ꝙ inſidias ꝙ populos adducentes:prohibebant eos edificare:et aggreſſuras exercentes impedierũt: ne conſumeretur edificium omni tempore vite Cyri regis:ꝙ protraxerunt ſtructuram per biennium: vſq; ad darij regnum.

Capitulum .VI.

IN ſecũdo autem anno regni Darij:prophetauit aggeus et zacharias filius addin prophete apud iudeam et hieruſalem:in nomine dei iſrahel ſuper eos. Tunc ſtans zorobabel filius ſalathiel:ꝙ ihesus filius ioſedech inchoauerunt edificare domum domini.q̃ eſt in hieruſalem.cum adeſſent eis prophete domini:et adiuuarent eos. In ipſo tempore venit ad illos ſyſennes ſubregulus Syrie:et phenicis:et ſatrabozanes:ꝙ ſodales eius.et dixerunt eis.Quo precipiẽte vobis domum hanc edificatis:ꝙ tectum iſtud.et alia omnia perficitis:Et qui ſunt ſtructores qui hec edificant:Et habuerũt gratiam viſitatione facta ſuper eos qui erant ex captiuitate a domino ſeniores iudeorum:et non ſunt impediti edificare donec ſignificaretur dario de omnibus iſtis et reſponſum acciperetur.Exemplum epiſtole:quam miſerunt dario.ſyſennes ſubregulus ſyrie et phenicis:ꝙ ſatrabozanes et ſodales eius: in ſiria et phenice preſides:regi dario ſalutem. Omnia nota ſint domino regi: ꝙ cum adueniſſemus in regionem iudee.et introiſſemus in hieruſalem:inuenimus edificantes domũ dei magnam:et templum ex lapidibus politis et magnis.et pretioſis materijs in parietibo et opera illa inſtanter fieri. et ſuffragare et proſperare in manibus eorum.ꝙ in omni gloria q̃diligentiſſime perfici.Tunc interrogauimus ſeniores:dicentes.Quo pmittente vobis edificatis domum iſtam. et opera hec fundatis. Ideo autem interrogauimus:vt notum faceremus tibi homines et prepoſitos.et nominum ſcripturam prepoſitorum poſtulauimus illos. At illi reſponderunt nobis:dicentes.Nos ſumus ſerui domini qui fecit celum et terram. et edificabatur hec domus ante annos iſtos mltos a rege iſrael magno ꝙ fortiſſimo:ꝙ cõſumata eſt.Et qm̃ patres noſtri exacerbantes erant et peccauerũt ĩ deũ iſrl':tradidit eos ĩ manus nabuchodonoſor regis babilonie.regis chaldeorũ.ꝙ domũ iſtaꝫ demolientes incenderunt.ꝙ pplm captiuuꝫ duxerunt in babiloniã. In pmo anno regnante Cyro rege babilonie:ſcripſit Cyr⁹ rex domũ hãc edificare.ꝙ illa ſacra vaſa aurea ꝙ argentea q̃ extulerat nabuchodonoſor de domo q̃ eſt in hieruſalez ꝙ cõſecrauerat ea in ſuo tẽplo:rurſus ptulit ea Cyr⁹ rex de templo qđ erat in babilonia.ꝙ ꝫdita ſũt zorobabel et ſalmanaſaro ſubregulo.Et preceptũ eſt eis vt offerrẽt hec vaſa.ꝙ reponerent in templo qđ erat ĩ hieruſalez.ꝙ ipſum templum dei edificare

in loco suo. Tunc salmanasar⁹ subiecit fũ
damenta domus domini. que est in hieru-
salem. et exinde vsqꝫ nunc edificatur: ⁊ nõ
accepit ꝯsumationem. Nunc ergo si iudi-
catur a te O rex: perquirat̃ in regalibꝰ. bi
bliothecis Cyri regis q̃ sũt in babilonia. ⁊
si inuentũ fuerit ꝯsilio Cyri regis ceptaꝫ
esse structurã domus domini que est ĩ hie-
rusalem. ⁊ iudicat̃ a domino rege nostro:
scribat de his nobis. Tunc rex darius pre-
cepit inquiri ĩ bibliothecis. ⁊ ĩuẽtus ẽ in
egbathanis oꝑpido quod est in media regi
one locus vnus in quo scripta erant ista.
Anno p̃mo regnante Cyro rex Cyr⁹ pre
cepit domum domini que est in hierusaleꝫ
edificare: vbi incendebãt igni assiduo. cu
ius altitudo sit cubitorum decem et latitu
do cubitorum sexaginta quadratum lapi-
dibus politis tribus. et meniano ligno e-
iusdem regionis. et meniano vno nouo: ⁊
impendia dari de domo Cyri regis: et sa-
cra vasa domus domini taꝫ aurea q̃ argẽ-
tea que extulit Nabuchodonosor in domũ
dñi que est in hierusalem vbi erant posita
vt ponantur illic. Et precepit curaꝫ agere
sysennem subregulum syrie et phenicis: ⁊
zatrabuzannam et sodales eius: et q̃ ordi
nati erãt in siria ⁊ phenice presides. vt ab-
stinerent se ab eodem loco. Et ego quoqꝫ
precepi in totũ edificare: et prospexi vt ad
iuuent eos q̃ sunt ex captiuitate iudeoruꝫ
donec cousumetur templum edis dñi: et a
vexatione tributorum syrie cheles et phe-
nice. diligenter quantitatem dari his ho-
minibus ad sarrificium domini. zorobabel
p̃fecto ad thauros et arietes et agnos: si-
militer autem et frumentum et sal et vi-
num et oleum instanter per singulos an-
nos: prout sacerdotes qui sunt in hierusa
lem dictauerunt consumi quotidie sine vl
la dilatione: vt offerantur libatõnes sum-
mo deo: pro rege et pueris ei⁹. et orẽt pro
ipsorum vita. Et denuncietur: vt quicun-
qꝫ transgressi fuerint aliq̃d ex his que scri-
pta sunt: aut spreuerĩt: accipiatur lignuꝫ
de suis proprijs. et suspendantur: et bona
ipsorum regi ascribantur. Propterea et
dominus: cuius nomen inuocatum est ibi
exterminet omnem regem et gentem. qui
manum suam extenderit prohibere: aut
male tractare domum domini illam: q̃ est

p rege et pueris suis

in hierusalem. Ego darius rex decreui q̃-
diligentissime ꝑm hec fieri.

Capitulum .VII.

Vnc sysennes subregu
lus celeusyrie ⁊ phenicis ⁊ sat̃bu-
zãnes ⁊ sodales: obsecuti his q̃ a
dario rege erant decreta: instabant sacro
sanctis operibus diligentissime cooperã-
tes cum senioribus iudeorum principibus
syrie: et prosperata sunt sacrosancta ope-
ra: prophetantibus aggeo ⁊ zacharia pro
phetis. Et consumauerunt omnia per pre
ceptuꝫ domini dei israel: et ex consilio Cy-
ri et Darij et artarxersis regis persarum.
Et consumata est domus nostra vsqꝫ ad t̃-
ciam et vicesimam diem mensis adar. sex-
to anno darij regis. Et fecerunt filij israel
et sacerdotes ⁊ leuite et ceteri qui erant ex
captiuitate qui appositi sũt ꝑm ea que scri
pta sunt in libro Moysi. Et obtulerunt in
dedicatõnem templi domini thauros cen-
tum. arietes ducentos: agnos trecentos. ⁊
hedos pro peccatis vniuersi israhel duode
cim scd̃m numerum tribuum israhel. Et
steterũt sacerdotes et leuite amicti stolis
per tribus super opera domini dei israel:
secundũ librum Moysi et ostiarij per sin-
gulas ianuas. Et egerunt filij israhel cum
his: qui erant ex captiuitate illud phase:
quartadecima luna mensis primi: quando
sanctificati sũt sacerdotes et leuite. Et om
nes filij captiuitatis non sunt simul sancti
ficati. quia leuite omnes simul sanctifica
ti sunt. Et immolauerunt phase vniuersi
filij captiuitatis: et fratribus suis sacer-
dotibus et sibimetip̃is. Et manducauerũt
filij israel qui erant ex captiuitate omnes
qui remanserant ab omnibus execratõni-
bus gentium terre: querentes dominum:
et celebrauerunt diem festum azimorum
septem diebus epulantes in conspectu do
mini. quoniam conuertit consilium regis
assiriorum in eos: confortare manus eo-
rum ad opera domĩ dei israel. Et post hũc
regnante artarxerse persarum rege: acces
sit esdras filius azarie. filij helchie. filij sa-
lome. filij sadoch. filij achitob. filij ameri.
filij azahei. filij bocci. filij abisae. filij phi-
nees. filij eleazari. filij aaron primi sacer-
dotis: hic esdras ascendit de babilonia: cũ
esset scriba ⁊ ingeniosus in lege moysi que

data est a domino israel: docere et facere.
Et dedit ei rex glorias: q̄ inuenisset grati
am in omni dignitate et desiderio: in con-
spectu eius. Et ascenderunt. simul cū ipso
ex filijs israbel: et sacerdotibus et leuitis.
et sacris cantoribus templi: et hostiarijs.
et seruis templi in hierusalem. Anno se-
ptio regnante artarxerse in quinto mēse.
hic annus septimus est regni: exeuntes de
babilonia: nouilunio quinti mensis vene
runt hierosolimam: iuxta preceptum illi
us: scōm prosperitatem itineris a domi-
no ipsorum datam eis. In his enim esdras
magnam disciplinam obtinebat: ne pre-
termitteret quicq̄ eorum que essent ex le-
ge domini et preceptis: et docendo vniuer-
sum israbel omnem iusticiam et iudicium
Accedentes autem qui scribebant scripta
Artarxersis regis. tradiderunt scriptum
quod obuenerat ab artarxerse rege. ad es-
dram sacerdotem et lectorem legis domini
cuius exemplum subiectum est.

Capitulum .VIII.

Ex artarxerses. esdre sa
cerdoti et lectori legis domini sa-
lutem. Humanior ego indicans ī
bñficijs: precepi eis qui descēderant ex gē-
te iudeorum sua sponte. et ex sacerdotibus
et leuitis qui sunt in regno meo: comitari
tecum in hierusalem. Si qui ergo cupiūt
ire tecum conueniant et proficiscantur si-
cut placuit mihi. et septem amicis meis
consiliarijs: vt visitent ea que aguntur se-
cundum iudeam et hierusalem obseruan-
ter sicut habes in lege domini: et ferāt mu
nera domino israbel: que voui ego q̄ ami-
ci hierusalem: et omne aurum et argentū
quod inuentum fuerit in regione babilo-
nie: domino in hierusalem cum illo quod
est donatum pro ipsa gente in templum do
mini eorum quod est in hierusalem: vt col
ligatur hoc aurum et argentum ad thau-
ros et arietes. q̄ agnos et hedos. q̄ que his
sunt congruentia: vt offerant hostias do-
mino super altare domini ipsorum quod
est in hierusalem. Et omnia quecunq̄ vo
lueris cum fratribus tuis facere: auro et
argento perfice pro voluntate tua scōm
preceptum domini dei tui: et sacrosancta
vasa: que data sunt tibi ad opera domus
domini dei tui que est in hierusalem: et ce-
tera quecunq̄ tibi subuenerint ad opera
templi dei tui dabis de regali gazophila-
tio: cum volueris cum fratribus tuis fa-
cere auro et argento perfice scōm volūta
tem domini. Et ego quidem rex artarxer-
ses precepi custodibus thesaurorum syrie
et phenicis: vt quecunq̄ scripserit Esdras
sacerdos: et lector legis domini diligenter
detur ei vsq̄ ad argenti talenta centum si
militer et auri: et vsq̄ ad frumenti modi-
os centum. et vini amphoras centum. q̄ a-
lia quecunq̄ habundant sine taxatione.
Omnia scōm legem dei fiant deo altissimo
ne forte exurgat ira in regno regis: et filij
et filiorum eius. Vobis autem dicitur: vt
omnibus sacerdotibus et leuitis et sacris
cantoribus et seruis templi et scribis tem
pli huius nullum tributum neq̄ vlla alia
indictio irrogetur: nec habeat quisq̄ po-
testatem obijcere eis quicq̄. Tu autem es-
dras scōm sapientiam dei constitue iudi-
ces et arbitros in tota syria et phenice: q̄
omnes qui legem dei tui non nouerūt do-
ce: vt quotquot transgressi fuerint legem
diligenter plectantur: siue morte. siue cru
ciatu: siue etiam pecunie mulctatione: vel
abductione. Et dixit esdras scriba. Bene-
dictus dominus deus patrum nostrorum
qui dedit hanc voluntatem ī cor regis cla
rificare domum suam que est in hierusalē
et me honorificauit in conspectu regis: et
consiliariorum q̄ amicorum eius. q̄ pur-pu
ratorū eius: et ego constans animo factus
sum scōm oppitulationem domini dei mei.
Et congregaui ex israbel viros: vt simul
ascenderent mecum. Et hi sunt prepositi
fm suas patrias et principatus portiona
les eorum qui mecum ascenderunt ō babi
lonia in regno artarxersis. Ex filijs pha-
res. gersonī. Ex filijs fiemaruth: amenī.
Filiorū dauid: atcus filiī secelie. Ex filijs
phares: zacharias. q̄ cū eo reuersi sunt vi
ri centūquinq̄ginta. Ex filijs ductoris mo
abilonis zaraei: q̄ cū ipso viri ducentiquī-
q̄ginta. Ex filijs zacues iechonias zechee-
li. q̄ cū ipso viri ducentiquinquaginta. Ex
filijs sala maasias gotholie: q̄ cū ipso viri
septuaginta. Ex filijs saphacie: zarias mi
chaeli q̄ cū ipo vizi octogīta. Ex filijs ioab
dias iezeli q̄ cū ipo viri ducētiduodecī. Ex

filij banie salimoth filius iosaphie: et cuz ipso viri centumseptuaginta. Ex filijs beer. zacharias bebei: et cum ipso viri ducenti octo. Ex filijs azazio channes Achatie: et cum ipso viri centumdecem. Ex filijs adonicham ipis postremis: et hec sunt nomina eorum eliaphalam filius gebel et semeias. et cum ipso viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluuium: qui dicitur thŷa et methati: illic fuimus triduo. ⁊ recognoui eos. Et ex filijs sacerdotum ⁊ leuitaruz non inueni illic. Et misi ad eleazarum: et eccelom et masman. et malobon. et enaathan. et sameia. et ioribuz nathā. enuagā zachariam. et mosollamum. ipsos ductores et peritos. Et dixi eis: vt venirent ad luddeum qui erat apud locum gazophilacij. Et mandaui eis: vt dicerent luddeo. et fratribus eius et illis qui erant ī gazophilacio: vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerenť in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis secundum manum validam domini dei nostri viros peritos. Ex filijs mooli. filij leui. filij israel. sebebiam. et filios et fratres: qui erant decem et octo. asbiam et ammin. ex filijs filioꝝ channei: et filij eorum viri viginti. Et ex his qui in templo seruiebant: quos dedit Dauid: et ipsi principes ad operationem leuitis templo seruientium: ducentiuiginti Omnia nomina significata sunt ī scripturis. Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu domini: vt quererent ab eo bonum iter nobis ⁊ qui nobiscū erant ex filijs et pecoribus propter insidias. Erubui enim petere a rege pedites ⁊ equites in comitatu tutele gratia: contra aduersarios nostros. Dixi mus em̄ regi: quoniā virtus domī erit cū eis qui inquirunt eum ī omni affectu. Et iterū deprecati sumus dominum deū nostrum ſm hec: quem ⁊ propicium habuimus: ⁊ compotes facti sumus deo nostro. Et separaui ex plebis prepositis et sacerdotibus templi viros duodeciz ⁊ sedebian. et asannan: et cum eis ex fratribus eoruz viros decem. Et appendi eis aurum ⁊ argentū. et vasa sacerdotalia dom' dei nostri: que donauerat rex. et consiliarij eius: et principes et omnis israbel. Et cum appendissem: trabidi argenti talenta centumquinquaginta. et vasa argētea talentoꝝ centum. et auri talenta centum. ⁊ vasoꝝ aureoꝝ septies viginti: et vasa erea de bono eramento splendentia duo decim: auri speciē redditia. Et dixi eis. Et vos sācti estis domīo et vasa sunt sancta: ⁊ aurum et argentum votuz est dño deo patrum nostroꝝ. Vigilate ⁊ custodite donec tradatis ex plebis prepositis. et sacerdotibus et leuitis. ⁊ p̄ncipibus ciuitatum israel in ierl'm. in pastophorio domus dei nostri. Et hi q̄ susceperūt sacerdotes et leuite auꝝ et argentuz et vasa que erāt in hierusalē itulerūt in templuz domī. Et promouimus a fluuio thia die duodecima mēsis primi. vsqzquo introiuimus in hierusalez Et cum factus fuisset tertius dies: q̄rta aī die ponderatum aurum et argentū traditum est in domo dñi dei nostri: marimoth filio iori sacerdoti. Et cum ipso erat Eleazar filius phinees. ⁊ erant cuz ipsis iosabdus filius iheſu. et medias. et banni. filius leuite: ad numerum et ad pondus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsoꝝ eadez hora. Qui autē venerūt ex captiuitate obtulerūt sacrificium dño israel thauros duodecī p omni israel. arietes octogintaex. agnos septuagītaduos. hircos p pcto duodecim. ⁊ pro salute vaccas duodecim: omnia in sacrificiū domī. Et elegerunt precepta regis regalibus dispensatoribo: ⁊ subregulis celeusirie ⁊ phenicis. ⁊ honorificauerūt gentē ⁊ templum domini. Et consumatis his accesserunt ad me prepositi: dicentes. Non segregauerunt genus israel ⁊ principes et sacerdotes et leuite: et alieni gene gentes et nationes terre immundicias suas: et a chananeis et etheis: et pherezeis. et hiebuseis: et moabitis. atq; egiptiis: et ydumeis. Coniuncti enim sunt filiabus eoruz ⁊ ipsi ⁊ filij eoruz. ⁊ cōmixtuz est semen sanctum alienigenis gentibo terre: ⁊ participes erāt prepositi ⁊ magistratus iniquitatis huiusmodi ab initio ipsi' regni. Et mox vt audiui ista conscidi vestimēta ⁊ sacram tunicam ⁊ lacerans capillos capitis. et barbam: sedi dolens et mestus. Et conuenerūt quotquot tunc mouebanť in verbo domini dei israel ad me lugentem super iniquitatez istam: ⁊ sedebā tristis vsz ad vesptinū sacrificium. Et surgēs a ieiunio cōscissa habens vestimēta. ⁊

ſacram tunicam: ingeniculans et extẽ-
dens manus ad dominum: dicebam. Do-
mine confuſus ſum. et reueritus ſum an-
te faciẽ tuam. ꝓccata enim noſtra mlti-
plicata ſunt ſuper capita noſtra: ⁊ iniqui
tates noſtre exaltate ſunt uſq; ad celum:
quoniam a temporibus patrum noſtrorũ
ſumus in magno peccato uſq; ad diẽ hũc.
Et propter peccata noſtra et patrum no-
ſtrorum: ſumus traditi cum fratribus no
ſtris: et cum ſacerdotibus noſtris. et regi-
bus terre in gladium et captiuitatem: et
deprecationez cum confuſione. uſq; in ho
diernum diem. Et nunc quantuz eſt q̃ cõ
tigit nobis miſericordia abs te domine de
us: et derelinque nobis radicem. ⁊ nomen
in locum ſanctificationis tue: detegere lu
minare noſtrũ in domo domini dei noſtri:
dare nobis cibum in omni tempore ſeruí-
tutis noſtre. Et cum ſeruiremus non fui-
mus derelicti a domino deo noſtro: ſed cõ-
ſtituit nos in gratia: ponens nobis reges
perſarum dare cibum. et clarificare tem-
plum domini dei noſtri: et edificare deſer-
ta ſyon. dare nobis ſtabilitatem in iudea.
et hieruſalem. Et nunc quid dicimus do-
mine habentes hec? Tranſgreſſi enim ſu-
mus precepta tua: que dediſti in manꝰ pu
erorum tuorum prophetarũ: dicens. Quo
niam terra in quaz introiſtis poſſidere he
reditatem eius. terra polluta eſt coinqui-
natõnibus alienigenarum terre. et immũ-
ditie illorum repleuerũt eam tota immũ-
dicia ſua. Et nunc filias veſtras non con
iungetis filijs eorum. et filias earum non
accipietis filijs veſtris: et non inquiretis
pacem habere cum illis omni tempore: ut
inualeſcentes manducetis optima terre:
et hereditatẽ diſtribuatis filijs veſtris uſ-
q; in euum. Et que contingunt nobis om-
nia fiunt propter opera noſtra maligna:
et magna peccata noſtra. Et dediſti nobis
talem radicem: et rurſum reuerſi ſumus
tranſgredi legittima tua: uti commiſcere-
mur immundicie alienigenarum gentiuz
terre huius. Nonne iraſceris nobis perde
re nos. quoaduſq; non relinquatur radix
et nomen noſtrum. Domine deus iſrahel
verax es. Derelicta eſt enim radix uſq; in
hodiernum diem. Ecce nunc ſumus in cõ
ſpectu tuo in iniquitatibus noſtris. Non ẽ
enim adhuc ſtare ante te in his. Et cuz a-
dorando confiteretur Eſdras flens humi
proſtratus ante templum. congregati ſũt
ante eum ex hieruſalem turba magna val
de viri et mulieres. ⁊ iuuenes ⁊ iuuencle.
Fletus eniz erat magnus in ipſa multitu
dine. Et cuz clamaſſet iechonias iehelí ex
filijs iſrahel. dixit eſdre. Nos in dominum
peccauimus: q̃ collocauimus nobis ĩ ma
trimonium mulieres alienigenas ex gen-
tibus terre. Et nunc es ſuper omnem iſra
hel. Jn his ergo ſit iuſiurandum a domĩo
expellere omnes uxores noſtras que ex a-
lienigenis ſunt cum filijs earuz. Sicut ti-
bi decretum eſt a maioribus ſcõm legẽ do
mini exurgens explica. ad te enim ſpectat
negocium. et nos tecum ſumus. Viriliter
fac. Et exurgens eſdras adiurauit princi-
pes ſacerdotum. et leuitas ⁊ omnem iſrael
facere ſm hec: et iurauerunt.

Capitulum .IX.

Exurgens Eſdras an
te atrium templi abiit in paſto-
forium ionathe filij naſabi. et ho-
ſpitatus illic nõ guſtauit panẽ nec aquã
bibit ſuper iniquitatem multitudinis. Et
facta eſt predicatio ĩ omni iudea ⁊ ĩ hieru
ſalem omnibus qui erant ex captiuitate ĩ
hieruſalez congregati: ut quicunq; nõ oc-
curreret biduo vel triduo diei ſcõm iudici
um aſſidentium ſeniorum. tollerentur fa-
cultates ſue. et ipſe alienus iudicaretur a
multitudine ciuitatis. Et congregati ſũt
omnes qui erant ex tribu iuda ⁊ beniamĩ ĩ
trib̃ diebꝫ in hieruſalẽ. Hic menſis eſt no
nus. dies menſis viceſimus. Et ſedit omis
multitudo ĩ area tẽpli trementes propter
hiemẽ preſentez. Et exurgens eſdras dixit
illis. Vos inique feciſtis collocãdo vobis
ĩ matrimoniũ uxores alienigenas. ut ad-
deretis ad pcta iſrael. Et nunc date cõfeſ-
ſionẽ ⁊ magnificentiã dño deo patruz no-
ſtroꝝ: ⁊ perficite volũtatẽ ipſiꝰ. ⁊ diſcedi-
te a gentib̃ terre et ab uxoribꝫ alienigeis
Et clamauit oĩs multitudo: ⁊ dixerũt vo-
ce magna. Sicut dixiſti: faciemꝰ. Sz qm̃
multitudo magna eſt. ⁊ tempus hyberni.
et non poſſumus inſubſidiati ſtare. ⁊ hoc
opꝰ non ẽ nobis vniꝰ diei: neq; biduí. mul-
tuz eñ in his peccauimus: ſtent prepoſiti
multitudinis. ⁊ oẽs q̃ nobiſcũ inhabitant

et quotquot habēt vxores apud se alieni-
genas: et assistāt accepto tempore ex om-
in loco presbiteri et iudices: vsqꝫquo sol-
uant iram domini negocij huius. Jona-
thas autē filius ezeli. ⁊ ozias techaz susce
perunt scd̄m hec: et bozoramus: et leuis:
et sabatheus: simul cooperati sunt cum il
lis. Et steterunt secundū hec nomina om-
nia vniuersi: qui erant ex captiuitate. Et
elegit sibi viros esdras sacerdos principes
magnos de patribus eorum secundum no
mina. et consederunt nouilunio mensis de
cimi examinare negocium istud. Et deter
minatum est de viris: qui habebant vxo-
res alienigenas: vsqꝫ ad neomenia primi
mensis: et inuenti sunt ex sacerdotibꝫ per-
mixti qui habebant alienigenas vxores.
Ex filijs ihesu filij iosedech et fratribꝫ eius
maseas et elieserus. et ioribus: ⁊ ioadeus.
⁊ iniecerunt manus vt expellerent vxores
suas ad litandum in exorationem arietez
pro ignorantia sua. Et ex filijs semmeri:
maseas et esses ⁊ ieelech azarias. Et ex fi-
lijs phozore: liomasias. hismaems. et Na-
thanae. iussio iedd⁹ et talsas. Et ex leuitis
iozabd⁹ ⁊ semeis ⁊ colnis ⁊ calithas et fa-
cteas et coluas et elionas. Et ex sacris cā
toribus: eliasub. zaccarus. Et ex ostiarijs
sallumus ⁊ tolbanes. Et ex israhel: ex fili-
is foro osi. ⁊ remias ⁊ geddias ⁊ melchias
⁊ michelus et eleazarus. ⁊ iēmebias ⁊ ban
nas. Et ex filijs iolamaz. chamas ⁊ zacha
rias ierselis. ⁊ iobdius. et hierimoth. ⁊ he-
lias. Et ex filijs zathoim: eliadas ⁊ eliasu-
mus et ochias et larimoth et zabdis ⁊ the
bedias. Et ex filijs bebe. iohannes. ⁊ ama-
nias ⁊ zabdias et emetis. Et ex filijs ban-
ni: olamus et malluchus et ieddeus: et ia-
sub. et asabus. et ierimoth: Et ex filijs ad-
din: naathus et moosias et caleurus ⁊ ra
anas. baseas. mathathias ⁊ beseel ⁊ bōn⁹
et manasses. Et ex filijs nuae: noneas: et
apheas. et melchias. et sameas. et sÿmon.
beniamin. et malchus et marras. Et ex fi-
lijs asam. carianeus. mathathias. ⁊ bān⁹.
et eliphalach. et manasses. et semei. Et ex
filijs banni: hieremias. et moodias. et ab-
ramus et iohel. ⁊ baneas ⁊ pelias ⁊ ionas
et marimoth. et eliasib. et mathaneus. et
eliasis. et orisas. et dielus. et semedius. et
sambris. iosephus. Et ex filijs nobei: ÿde-
lus. et mathathias. et sabadus. et zecheda
sedmi et iessei. baneas. Omnes isti coniun
xerunt sibi vxores alienigenas. ⁊ dimise-
runt eas cum filijs. Et inhabitauerunt sa
cerdotes et leuite. ⁊ q̄ erant ex israel in hie
rusalē ⁊ in tota vna regiōe: nouilunio mē
sis septimi. Et erant filij israel in cōmora-
tionibus suis. Et congregata est oīs mul-
titudo simul ī aream que est ab oriēte por
te sacre. Et dixerunt esdre pontifici: et ele
ctori: vt afferret legem moÿsi: que tradita
est a domino deo isrl̄. Et attulit esdras pō
tifex legem omni multitudini eorum a vi
ro vsqꝫ ad mulierem ⁊ omnibus sacerdoti-
bus: audire legez nouilunio mensis septi
mi. Et legebat in area que est ante sacram
portam templi. a prima luce vsqꝫ ad vespe
ram corā viris ⁊ mulieribꝫ. Et dederūt oēs
sensū ad legē. Et stetit esdras sacerdos ⁊ le
ctor legis super ligneū tribunal: qd̄ fabri-
catū erat. Et statuerūt ad eū matathias
⁊ samus. ananias. azarias. vrias. ezechias
⁊ balsamus ad dexterā: ⁊ ad sinistrā phal-
de⁹ misael. malachias. abustas. sabus. na-
badias. et zacharias. Et assūpsit esdras li-
brum corā omni multitudīe. presidebat e-
nim in gloria in ꝯspectu omniū. Et cū ab
soluissꝫ legē omnes recti steterūt. et bene-
dixit esdras dn̄m deuz altissimū: deū saba
oth omnipotentez. Et respondit om̄is po
polus amen. Et eleuatis sursum manibꝫ:
procidentes in terram adorauerunt domi-
num. ihesus. et banaeus. ⁊ sarabias. et ia-
dinus. et accubus. ⁊ sabatheus. ⁊ calithes
et azarias et ioradus. et ananias: et filias
leuite: qui docebant legem domini. ⁊ ī mul
titudine legebant legem domī: et prefere-
bant singuli eos qui intelligebant lectōez
ferentes in ipos qui dederunt moliunt insidias. Nec ꝯtenti sūt gratias nō agere beneficijs. ⁊ humanitatis ī se iura violare: sz dei q̄z cūcta cernētis arbitrant se posse fugere snīam. Et intantuz vesanie ꝓruperūt vt eos q̄ credita sibi offitia diligēter obseruant. ⁊ ita cūcta agunt vt omniū laude digni sint. mēdatiorū cuniculis conent subuertere: dum aures principuz simplices ex sua natura alios estimātes callida fraude decipiūt. Que res ⁊ ex veteribus ꝓbat historijs. ⁊ ex his q̄ gerunt quottidie: quomō malis quorūdam suggestionibꝫ reguz studia deprauent. Vñ ꝓuidendū est paci oīm ꝓuinciarum. Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi nr̄i venire leuitate sed ꝓ qualitate et necessitate tp̄m. vt reipublice possit vtilitatis ferre snīaz. Et vt manifestius qd̄ dicim⁹ intelligatis. Amā filius amadathi et aīo ⁊ gēte macedo alienusq̄z a ꝑsarum sanguine. ⁊ pietatē nr̄am sua crudelitate cōmaculans. ꝑegrin⁹ a nobis susceptus est: et tantā in se exp̄tus hūanitatez vt pater noster vocaret et adoraret ab om̄ibꝫ p⁹ regez secund⁹: q̄ ī tantū arrogantie tumorem sublatus ē vt regno priuare nos niteret ⁊ spiritu. Nā mardocheū cui⁹ fide ⁊ beneficijs viuim⁹ ⁊ ꝯsortē regni nostri hester. cū omni gente sua nouis quibusdam atq̄z īauditis machinis expetiuit in mortē hoc cogitās vt illis interfectis īsidiaret nostre solitudini: ⁊ regnū persaꝝ transferret ī macedonas. Nos autē a pessimo mortaliū iudeos neci destinatos. ī nulla penitus culpa reperimus: sz ecōtrario iustis vtētes legibꝫ ⁊ filios altissimi ⁊ maximi semperq̄z viuētis dei. cuius benefitio ⁊ pr̄ibus nostris. ⁊ nobis regnū ē traditū et vsq̄z hodie custodit. Vñ eas litteras q̄s sub noīe nr̄o ille direxerat: sciatis esse irritas. Pro quo scelere añ portas hui⁹ id est susis. ⁊ ip̄e qui machinatus ē et om̄is cognatio ei⁹ pendet in patibulis: nō nobis sz deo reddente ei qd̄ meruit. Hoc aūt edictū qd̄ nūc mittim⁹ in cūctis vrbibꝫ ꝓponatur vt liceat iudeis vti legibꝫ suis: quibꝫ debetis eē āminiculo vt eos qui se ad necē eoꝝ ꝑauerant possint interficere. terciadecima die mensis duodecimi qui vocatur adar. Hanc em̄ diē deus om̄ipotens meroris et luctus eis vertit in gaudiū. Vñ ⁊ vos īter ceteros festos dies. Hāc habitote dic̄. ⁊ celebrate eā cū om̄i leticia: vt ⁊ imposteruz cognoscant om̄s q̄ fideliter ꝑsis obediunt dignaz ꝓ fide recipe mercedem: q̄ aūt insidiant regno eorū perire ꝓ scelere. Omnis autem prouintia et ciuitas q̄ noluerit solennitatis huius esse particeps gladio et igne pereat: ⁊ sic deleatur vt nōsolum hominibus: sed etiaz inuia bestijs sit in sempiternum: pro exemplo contemptus ⁊ inobedientie. ¶ Explicit liber Hester.

Incipit prologus primus in librum Job ꝑm translationem septuaginta.

Rogor per singulos scripture diuine libros aduersariorū rn̄dere maledictis: qui interp̄tatōem meaz rep̄hensionem septuagīta interpretū criminantur: quasi nō ⁊ apud grecos aquila simmach⁹ ⁊ theodocion. vel verbum e verbo vel sensum e sensu vel ex vtroq̄z cōmixtuz et medie tp̄atum. genus trāslatōnis expresserīt et om̄ia veteris instrumenti volumīa origenes obel̄ astericisq̄z distinxerint: q̄s vel additos vel de theodotōe sūptos trāslatōi antique inseruit: ꝓbās defuisse qd̄ additū est. Discant igit obtrectatores mei recipe in toto qd̄ in ꝑtibꝫ susceperūt: aut interp̄tatōem meam cū astericis suis radere. Neq̄z em̄ fieri pt̄ vt quos plura ītermisisse susceperint: nō eosdem etiā in quibusdā errasse fateant. p̄cipue in Job: cui si ea que sub astericis addita sūt subtraxeris pars maxima volumīs detrūcabit: ⁊ hoc dumtaxat apud grecos. Ceterū ⁊ apud latīos añ eaz traslatōem quā sub astericis ⁊ obelis nup̄ edidim⁹. septingēti ferme aut octīgenti versus desunt: vt decurtat⁹ et laceratus corrosusq̄z liber feditatem sui publice legentibꝫ p̄beat. Hec autē translatio nullū de veteribꝫ sequit interp̄tē: sz ex ip̄o hebraico arabicoq̄z sermone et interdū siro. nūc verba nūc sēsus. nūc simul vtrūq̄z resonabit. Obliquus em̄ apud hebreos tot⁹ liber fert ⁊ lubric⁹: ⁊ q̄ greci rethores vocāt scematis menos. dūq̄z aliud loq̄t aliđ agit. Vt si velis āguillā vl̄ murenulā strictis tenere manibꝫ q̄ntoforti⁹ p̄sseris tātocitī⁹ elabit. Memini me ob ītelligentiā h⁹

voluminis lidꝺeum quenꝺã ꝑceptozẽ: qui apuꝺ hebreos primꝰ hẽri putabaꝯ: nõ ꝓ uis reꝺemiſſe nũmis: cuiꝰ ꝺoctrina an aliquiꝺ ꝓfecerim: neſcio. Hoc vnum ſcio non potuiſſe me intерꝑtari: niſi qꝺ añ intelleꝛeram. A principio itaqꝫ voluminis uſqꝫ aꝺ verba Job. apuꝺ hebꝛeos ꝓſa oꝛatio ẽ. Poꝛro a verbis Job ĩ quibꝫ ait. ꝑeat ꝺies in qua natus ſũ: ꝙ noꝛ ĩ qua ꝺictum ẽ cõceptus eſt homo. uſqꝫ aꝺ illũ locuꝫ ubi añ finẽ voluminis ſcriptũ eſt. iꝺcirco ipe me repꝛehenꝺo ꝙ ago penitẽtiã in fauilla ꝙ cinere. exametri verſus ſunt. ꝺactilo ſponꝺeo qꝫ curꝛentes ꝙ ꝑter ligue ÿꝺeoma crebro recipientes et alios peꝺes. nõ eaꝛũꝺem ſillabaꝫ: ſꝫ eoꝛũꝺeꝫ tꝑm. Intерꝺũ qꝫ richm? ipſe ꝺulcis et tumulus ferẽ numeris lege ſolutis quoꝺ metrici magiſq; ſiꝑleꝛ lectoꝛ intelligunt. A ſupraꝺicto autẽ verſu uſqꝫ aꝺ finem libri. puũ coma qꝺ remanet ꝓſa oꝛatõne cõtexiẽ. Qꝛſi cui viꝺeẽ increꝺuluꝫ metra ſcilicet eſſe apuꝺ hebreos. ꝙ in moꝛẽ noſtri flacci gracciq; pĩꝺari ꝙ alchei ꝙ ſapho vel pſalteriũ vel lamentatõnes hieꝛemie vel omĩa feꝛme ſcripturaꝫ cantica cõpꝛehẽꝺi: legat philonẽ Joſephũ oꝛigeneꝫ. ceſarienſem. euſebium: ꝙ eoꝛũ teſtimonio me veꝛũ ꝺicere ꝓꝛobabit. Auꝺiant quapropteꝛ canes mei iꝺcirco me in hoc volumine laboꝛaſſe. ut nõ intерꝑtatõem antiquã repꝛehẽꝺeꝛeꝫ: ſꝫ ut ea q̃ in illa aut obſcura ſũt aut omiſſa. aut certe ſcriptoꝛuꝫ vitio ꝺepuata. aut maĩfeſtioꝛa nr̃a ĩterꝑtatõne fieꝛẽt: qui et hebꝛeum ſeꝛmonẽ ex pte ꝺiꝺicim?. ꝙ ĩ latino pene ab ipis cunabulis inẽ gramaticos ꝙ rẽthoꝛes ꝙ pꝓos ꝺetriti ſumus. Qꝛſi apuꝺ gꝛecos poſt ſeptuaginta eꝺitionem iam xp̃i euangelio choꝛuſcante iuꝺe?. aquila ꝙ ſimmachus ac theoꝺotion iuꝺaizantes heretici ſunt recepti. qui multa miſteria ſaluatoꝛis ſubꝺola interpretatione celaruꝫ: et tamen in exaplois habentur apuꝺ eccleſias. ꝙ explanãtur ab eccleſiaſticis viris: q̃ntomagis ego xp̃ianus et ꝺe parentibus xp̃ianis natus. ꝙ vexillum cruciſ in mea fronte poꝛtans cuius ſtuꝺium fuit omiſſa repetere. ꝺepꝛauata coꝛrigere. ꝙ ſacramenta eccleſie paro ꝙ fiꝺeli aperire ſermone: vel a faſtiꝺioſis vel a malignis lectoꝛiꝺꝰ ñ ꝺebeo repꝛobari. Habeant qui volunt veteres libros

vel in membranis purpureis. auro argentoq; ꝺeſcriptos: vel vncialibus (ut vulgo aiunt) litteris onera magis exarata q̃ coꝺices: ꝺũmoꝺo mihi meiſq; ꝓmittant pauperes habere ſcẽꝺulas: ꝙ nõ tam pulchꝛos coꝺices q̃ emenꝺatos. Ultraq; autem eꝺitio ꝙ ſeptuaginta iuxta gꝛecos ꝙ mea iuxta hebꝛeos. in latinum meo laboꝛe tranſlata eſt. Eligat vnuſquiſq; quoꝺ vult: et ſtuꝺioſum me magiſq; maliuolum pꝛobꝫ.

Pꝛologus ſecunꝺus.

Si aũt fiſcellã iuncoꝛum texerem aut palmaꝫ folia cõplicaꝛẽ aut in ſutoꝛe vultꝰ mei comeꝺeꝛẽ panẽ. et ventris opꝰ ſolicita mente ꝓtractaꝛẽ: nullus moꝛꝺeret nemo repꝛehẽꝺeꝛet. Nũc autẽ qꝛ iuxta ſententiam ſaluatoꝛis volo operari cibũ qui nõ perit et antiquaꝫ ꝺiuinoꝛ voluminuꝫ viam ſentibus virgultiſq; purgare: error mihi geminꝰ ifigituꝛ. coꝛrectoꝛ vitioꝛ falſaꝛius vocoꝛ: et erroꝛes nõ auferꝛe ſꝫ ſeꝛere. Tãta ẽ emĩ vetuſtatis ꝓſuetuꝺo ut etiã confeſſa pleriſq; vitia placeãt: ꝺuꝫ magis pulcꝛos volũt habeꝛe coꝺices q̃ emenꝺatos. Quapꝛopteꝛ o fr̃es ꝺilectiſſimi vnicũ nobilitatis ꝙ humilitatis exemplar ꝙ pro flabello calatis ſpoꝛtelluſq; munuſcul' monachoꝛũ. ſpiritualia hec et manſura ꝺona ſuſcipite: ac beatum Job qui aꝺhuc apuꝺ latinos iacebat in ſtercoꝛe et veꝛmibꝰ ſcateꝺat erroꝛꝫ. integruꝫ ꝙ ĩmaculatũq; gauꝺete. Quõ eĩ pꝰ ꝓbationem atq; victoꝛiam ꝺuplicia ſũt ei vniuerſa reꝺꝺita: ita ego ĩ linguã nr̃am (ut auꝺacter loq̃r) feci eum haꝺeꝛe q̃ amiſerat. Jgit̃ ꝙ vos et vnũquẽq; lectoꝛẽ ſolita ꝑſatõne ꝓmoneo ꝙ in principijs libroꝫ eaꝺem ſemꝑ ãnectens rogo: ut ꝺicũq; ſemꝑ ꝑcetẽtes virgulas viꝺeritis: ſciatis ea que ſubiecta ſũt ĩ hebꝛaicis volumiꝺꝰ nõ haꝺeꝛi. Poꝛro ꝺi ſtelle ĩmago ꝑfulſeꝛit. ex hebꝛeo ĩ ſeꝛmone nr̃o aꝺꝺita ſũt. Necnõ ꝙ illa q̃ haꝺeꝛi viꝺebãt. ꝙ ita coꝛrupta erãt ut ſenſuꝫ legentiꝺꝰ tolleꝛent oꝛãtiꝺꝰ voꝺ magno laboꝛe coꝛꝛeꝛi: magis utile q̃ꝺ ex oꝺio meo eccl̃ijs xp̃i vẽtuꝫ ratus q̃ ex alioꝫ negotio. Explicit̃ plogi.

Incipit liber Job. Capitulum Primũ.

Vir erat in terra hus nomine Job

Et erat vir ille ſiplex ⁊ rectus ac timēs deū: et recedens a malo. Natiq; ſūt ei ſeptē filij. et tres filie. Et fuit poſſeſſio ei⁹ ſeptem milia ouium. et tria milia camelo rū: quingenta q̄; iuga boum et quingente azine: ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter oīs orientales. Et ibāt filij eius et faciebant cōuiuium p domos vnuſquiſq; in die ſuo. Et mittentes vocabāt tres ſorores ſuas: ut comederent et biberent cum eis. Cunq; ī orbem tranſiſſent dies conuiuij mittebat ad eos Job et ſanctificauit illos: conſurgenſq; diluculo offerebat olocauſta p ſingulos. Dicebat em̄ Ne forte peccauerint filij mei: ⁊ benedixerint deo in cordibo ſuis. Sic faciebat Job cunctis diebo. Quadā aūt die cū veniſſent filij dei: vt aſſiſterent coraz domino: affuit inter eos etiā ſathan. Cui dixit dominus. Unde venis? Qui rñdēs ait. Circuiui terrā et pambulaui eam. Dixitq; domin⁹ ad eū. Nūquid p̄ſideraſti ſeruuz meum Job ꝙ nō ſit ei ſimilis ī terra: homo ſimplex et rect⁹ et timens deū ac recedens a malo? Cui rñdens ſathan ait. Nunq̄d fruſtra timet Job deum? Nonne tu vallaſti eū ac domū eius vniuerſamq; ſubſtantiam per circuitum? Operibo manuū eius benedixiſti: ⁊ poſſeſſio eius creuit in terra. Sed extende paululū manū tuam et tange cuncta que poſſidet: niſi in faciez bñdixerit tibi. Dixit ḡ dominus ad ſathan. Ecce vniuerſa que habet in manu tua ſunt: tm̄ in eo ne extendas manum tuaz. Egreſſuſq; eſt ſathan a facie domini. Cum autez quadam die filij ⁊ filie eius comederent et biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti: nuntius venit ad Job qui diceret. Boues arabāt et azine paſcebanť iuxta eos: ⁊ irruerūt ſabei tuleruntq; omnia et pueros p̄cuſſerūt gladio: ⁊ euaſi ego ſolus vt nūciarez tibi. Cūq; adhuc ille loquereť: venit alter ⁊ dixit. Ignis dei cecidit e celo: ⁊ tactas oues puerosq; conſumpſit: et effugi ego ſol⁹ vt nūciarem tibi. Sed ⁊ adhuc illo loquente venit alius et dixit. Chaldei fecerunt tres turmas ⁊ inuaſerunt camelos et tulerunt eos: necnon ⁊ pueros percuſſerūt gladio: ⁊ ego fugi ſolus vt nūciarem tibi. Adhuc loquebatur ille: ⁊ ecce alius intrauit ⁊ dixit. Filijs tuis ⁊ filiabus veſcentibus ⁊ bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti. repente ventus vehemēs irruit a regione deſerti et concuſſit quatuor angulos domus: que corruens oppreſſit liberos tuos. et mortui ſunt: et effugi ego ſolus vt nūciarem tibi. Tūc ſurrexit Job. et ſcidit veſtimēta ſua: ⁊ tonſo capite corruens in terram adorauit et dixit. Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee: et nud⁹ reuertar illuc. Dominus dedit domin⁹ abſtulit: ſicut domino placuit ita factuz eſt: ſit nomen domini benedictuz. In oīb⁹ his nō peccauit Job labijs ſuis: neq; ſtultum quid contra deum locutus eſt.

¶ Capitulum .II.

Actū eſt aūt cū quadā die veniſſent filij dei et ſtarent coram domino. veniſſet quoq; Sathan inter eos ⁊ ſtaret in conſpectu eius: vt diceret dominus ad Sathan. Unde venis? Qui reſpondens ait. Circuiui terram ⁊ perambulaui eam. Et dixit dominus ad Sathan. Nūquid conſideraſti ſeruū meuz Job ꝙ nō ſit ei ſimilis ī terra. vir ſimplex ⁊ rectus ⁊ timens deum ac recedens a malo: ⁊ adhuc retinens innocentiam? Tu autem cōmouiſti me aduerſus eum: vt affligerem eū fruſtra. Cui rñdens Sathā ait. Pellē p pelle: ⁊ cūcta q̄ habet homo dabit p aīa ſua. Alioq̄n mitte manū tuā ⁊ tange oſ ei⁹. ⁊ carnem: ⁊ tūc videbis q̄ō in faciem bñdicat tibi. Dixit ḡ dñs ad Sathā Ecce in manu tua eſt: verūtn aīmā illius ſerua. Egreſſus igit Sathā a facie dñi p cuſſit Job vlcere peſſimo: a planta pedis vſq; ad verticem ei⁹. Qui teſta ſanie radebat: ſedēs in ſterq̄linio. Dixit aūt illi vxor ſua. Adhuc tu p̄manes ī ſimplicitate tua Bñdic deo ⁊ morere. Qui ait ad illā. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepim⁹ de manu dñi: mala q̄re ñ ſuſtineam⁹. In oīb⁹ his ñ peccauit Job labijs ſuis. Igit audientes tres amici Job oīe malū q̄ō accidiſſet ei venerūt ſingli de loco ſuo. Eliphā themanites ⁊ Baldad ſuites ⁊ Sophar naamathites. Condixerāt ei ſibi: vt p̄ter veniētes viſitarēt eū ⁊

consolarentur. Cunqꝫ eleuassent ꝓcul oculos suos: nō cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerūt: scissisqꝫ vestibꝰ sparserunt puluerem sup caput suum in celum. Et sederunt cum eo in terra septē diebꝰ et septē noctibꝰ: ⁊ nemo loquebaꝫ ei verbum Videbant enim dolorem esse vehementē.

Capitulum .III.

POst hec aperuit iob os suum: ⁊ maledixit diei suo: ⁊ locutus est. Pereat dies in qua natus sum: ⁊ nox in qua dictum est cōceptus est homo. Dies illa vertaꝫ in tenebras. Non requirat eum deus desup ⁊ nō sit in recordatiōne nec illustreꝫ lumīe. Obscurent eum tenebre ⁊ vmbra mortis. Occupet eum caligo ⁊ inuoluatur amaritudine. Noctē illā tenebrosus turbo possideat. Nō cōputetur in diebꝰ anni nec numeretur in mensibus Sit nox illa solitaria: nec laude digna. Maledicant ei qui maledicant diei: q̄ pati sūt suscitare leuiathan. Obtenebrenꝫ stelle caligine eius. Expectet lucem ⁊ non videat: nec ortum surgentis aurore. Quia ñ conclusit ostia ventris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis meis. Quare nō in vulua mortuus fuz: egressus ex vtero nō statim perij? Quare exceptus genibus: cur lactatus vberibus? Nūc eniz dormiens silerē. ⁊ somno meo requiescerē cuz regibus et consulibus terre: qui edificāt sibi solitudines: aut cum principibꝰ q̄ possident aurū: et replent domos suas argēto. Aut sicut abortiuuz absconditū nō subsisterē: vel q̄ cōcepti nō viderūt lucem. Ibi impij cessauerūt a tumultu: et ibi requeuerūt fessi robore: ⁊ quōdam vincti piter sine molestia. Nō exaudierūt vocez exactoris. Paruus et magnus ibi sūt: ⁊ seruus ⁊ liber a domino suo. Quare misero data ē lux. et vita his qui in amaritudine anime sunt? Qui expectant mortē ⁊ nō venit: q̄si effodiētes thesaurum: gaudentqꝫ vehemēter cum inuenerint sepulcrum. Viro cui? abscondita est via: et circūdedit eum deus tenebris. Antēq̄ comedam: suspiro. et q̄si inundantes aque sic rugitus meus: quia timor quem timebaz: euenit mihi. ⁊ quod verebar: accidit. Nōne dissimulaui? Nōne silui? Nonne quieui? Et venit super me indignatio.

Capitulum .IIII.

REspondens autez heliphas themanites dixit. Si cepero mꝰ loq̄ tibi: forsitan moleste accipies. Sz ꝓceptū sermonez q̄s tenere poterit. Ecce docuisti plurīos: ⁊ manus lassas roborasti. Vacillātes cōfirmauerūt ſmones tui: ⁊ genua tremētia cōfortasti. Nūc autē venit sup te plaga et defeciſti: tetigit te ⁊ cōturbatꝰ es. Vbi timor tuꝰ. fortitudo tua. et pacientia tua: ⁊ pfectio viaꝝ tuaꝝ. Recordare obsecro te. q̄s vnq̄ ĩnocēs periit: aut quādo recti deleti sūt? Quinpotiꝰ vidi eos qui opaꝫ iniquitatez et seminānt dolores ⁊ metunt eos flante deo perisse: et spū ire eius esse cōsumptos. Rugitus leonis et vox leene. ⁊ dentes catulorꝫ leonuz cōtriti sūt. Tigris periit eoq̄ non haberet p̄dam: ⁊ catuli leonis dissipati sūt. Porro ad me dictū ē verbū absconditum: et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturne q̄n solet sopor occupare homines pauor tenuit me et tremor: et omnia ossa mea pterrita sūt. Et cū spūs me p̄ñte trāsiret: inhorruerūt pili carnis mee. Stetit quidā cuiꝰ nō agnoscebā vultū: imago coraꝫ oculis meis et vocez q̄si aure lenis audiui. Nūquid hō deo cōpatōne iustificabiꝫ: aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiūt ei nō sūt stabiles: et in angelis suis reperit p̄uitatē Quātomagis hi q̄ habitant domos luteas q̄ terrenū hñt fundamētum ꝙsumenꝫ velut a tinea: de mane vsqꝫ ad vespā succidēꝫ: et quia nullus ĩtelligit ineternū p̄ibūt. Qui aūt reliqui fuerīt: auferenꝫ ex eis. morieꝫ et nō in sapientia.

Capitulum .V.

VOca ergo si est qui respondeat: et ad aliquē sanctorꝫ conuertere. Virū stultū interficit ira cūdia: et puuluz occidit inuidia. Ego vidi stultū firma radice: et maledixi pulchritudini eiꝰ statim. Lōge fiant filij eiꝰ a salute: et ꝓterenꝫ ĩ porta: ⁊ nō erit q̄ eruat. Cuiꝰ messē famelicus ꝓmedet: et ipsū rapiet armatus: et bibēt siciētes diuitias eiꝰ. Nihil in terra sine causa fit: ⁊ de humo nō orieꝫ dolor. Homo ad laborez nascitꝫ: et auis ad volandum. Porro ego deprecabor dñm: et ad deum ponam eloquium meum. Qui facit magna et inscrutabilia: et mirabilia

absq; numero. Qui dat pluuiã sup faciem
terre: ⁊ irrigat aquis vniuersa. Qui põit
humiles in sublime: ⁊ merentes erigit so-
spitate. Qui dissipat cogitatões maligno-
ruz: ne possint implere man⁹ eoꝝ qđ cepe-
rant. Qui apprehẽdit sapientes in astutia
eoꝝ: ⁊ consiliũ prauoꝝ dissipat. Per diez in-
currẽt tenebras: ⁊ q̃i i nocte sic palpabũt
i meridie. Porro saluũ faciet egenũ a gla
dio oris eoꝝ: et de manu violẽti paupem.
Et erit egeno spes: iniq̃tas aũt contrahet
os suũ. Beat⁹ homo q̃ corripit̃ a dño. In-
crepatõnem ergo dñi ne reprobes: qr ipse
vulnerat et medet̃: percutit et manus ei⁹ sa
nabunt. In sex tribulatõnibo liberabit te
⁊ in septima nõ tanget te maluz. In fame
eruet te de morte: ⁊ in bello de manu gla-
dij. A flagello lingue abscõderis: et nõ ti-
mebis calamitatẽ cũ venerit. In vastita-
te ⁊ fame ridebis: ⁊ bestias terre nõ formida
bis. Sz cũ lapidibo regionũ pactũ tuũ: et
bestie terre pacifice erunt tibi. Et scies q̃
pacem habeat tabernaculũ tuũ: et visitãs
spẽm tuam nõ peccabis. Scies q̃z qm̃ mul
tiplex erit semen tuũ: ⁊ pgenies tua quasi
herba terre. Ingredieris in habũdantia
sepulchruz sicut inferẽt aceruus tritici: in
tpe suo. Ecce hoc vt inuestigauimus ita ẽ:
audituꝰ mẽte ptracta. ¶ Capitulum .VI.

REspondens aũt Job di
xit. Vtinã appenderent̃ pcta mea.
quibo irã merui: ⁊ calamitas quã
pacior i stetera: q̃ arena maris hec gra-
uior apparet. Vñ ⁊ verba mea dolore sunt
plena: qr sagitte dñi i me sũt. q̃z indigna-
tio ebibit spiritũ meũ: ⁊ terrores dñi mili-
tant cõtra me. Nunquid rugiet onager cũ Dilucesc.
habuerit herbã: aut mugiet bos cum ante
psepe plenũ stetterit? Aut poterit pmedi i
sulsũ: qđ nõ est sale cõditũ? Aut põt aliq̃s
gustare: qđ gustatũ affert mortez? Anime
eñ esurietu etiaz amara dulcia eẽ vident̃.
Que prius nolebat tangere aĩa mea: nũc
pre angustia cibi mei sũt. Quis det vt ve-
niat petitio mea. ⁊ qđ expecto tribuat mi
bi de⁹: ⁊ qui cepit ipe me cõterat? Soluat
manuz suam ⁊ succidat me: ⁊ hec mihi sit
psolatõ vt affligẽs me dolore nõ pcat: nec
abdicam sermonibo sancti. Que ẽ eñ fortis
tudo mea vt sustineaz: aut quis finis me⁹
vt patienter agam? Nec fortitudo lapiduz
fortitudo mea: nec caro mea enea ẽ. Ecce
nõ ẽ auxiliuz mihi i me ⁊ necessarij q̃z mei
recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo
miscordiam: timorez dñi derelinquit. Fratres
mei ptransierũt me: sicut torrens q̃ raptim
transit i vallibo. Qui timẽt pruinam: ir-
ruet sup eos nix. Tpe quo fuerit dissipati
pibũt: ⁊ vt icaluerint soluent̃ de loco suo.
Inuolute sũt semite gressuũ eoꝝ: ambla-
bũt i vacuuz et pibũt. Cõsiderate semitas
theman itinera saba: ⁊ expectate paulis-
per. Cõfusi sũt: qr speraui. Venerũt q̃z vs-
q̃z ad me: ⁊ pudore coopti sũt. Nũc veristis:
⁊ modo videntes plagã meaz timetis: Nun-
quid dixi afferte mihi. ⁊ de substãtia vestra
donate mihi: vel liberate me de manu ho-
stis ⁊ de manu robustoꝝ eruite me? Doce
te me ⁊ ego tacebo: etsi qđ forte ignorani
instruite me. Quare detraxistis ẏmonibo
veritatis: cum e vobis null⁹ sit q̃ possit ar
guere me? Ad increpãdum tñ eloquia cõ
cinatis: et i vẽtum verba pferetis. Sup pu
pillũ irruitis: et subuertere nitimi amicuz
vr̃m. Verũtñ qđ cepistis expletε. Prebete
aurẽ: ⁊ videte an mẽtiar. Rñdete obsecro
absq; cõtentõne: et loq̃ntes id qđ iustũ est
iudicate. Et nõ inuenietis i lingua mea ini
quitatẽ: nec i faucibus meis stultitia per-
sonabit. ¶ Capitulum .VII.

MIlitia est vita hominis
sup terraz: ⁊ sicut dies mercenarij
dies ei⁹. Sicut ẏuus desiderat um
brã ⁊ sicut mercenarij⁹ pstolat̃ finem opis
sui: sic ⁊ ego habui menses vacuos: et no-
ctes laboriosas enumerauí mihi. Si dor-
miero: dicã q̃n psurgã. ⁊ rursũ expectabo
vespam. et replebor doloribo vsq; ad tene-
bras. Induta ẽ caro mea putredine ⁊ sor-
dibo pulueris: cutis mea arruit ⁊ ptracta ẽ
Dies mei velociꝰ trãsierũt q̃ a texẽte tela
succidit̃: ⁊ psũpti sũt absq; vlla spe. Memẽ
to qr vẽtus ẽ vita mea: et nõ reuertet̃ ocu
lus meus vt videat bona: nec aspiciet me
visus homis. Oculi tui i me: ⁊ nõ subsistã
Sicut cõsumitur nubes ⁊ ptransit. sic qui
descẽderit ad iferos ñ ascẽdet: nec ẽuertet̃
vltra i domũ suã: neq; cogscet eũ amplius
locus ei⁹. Quapropter ⁊ ego nõ pcam ori
meo: loq̃r i tribulatõe spũs mei: cõfabula
bor cũ amaritudine aĩe mee. Nũq̃d mare
ego sũ aut cet⁹: qr circũdedisti me carcere

Si dixero ꝓsolabit̃ me lectulus me⁹ 7 rele uabo⁹ loquẽs mecuꝫ in stratu meo: terreb̃ me ꝑ somnia: 7 ꝑ visiões ho⁹rore ꝓcuties ꝙobrẽ elegit suspendiũ aĩa mea: 7 mo⁹tẽ ossa mea. Despaui. Nequaq̃ vltra iam viuã. Parce mihi dñe nihil enim sũt dies mei. Quid ẽ hõ qꝛ magnificas eu⁹: aut q̃d app̃ois erga eũ co⁹ tuũ: Visitas eũ diluculo 7 subito ꝓbas illũ. Usqꝙquo nõ ꝑcis mihi: nec dimittis me vt glutiã saliuã meaz: Peccaui. Quid faciã tibi o custos hoĩm: Quare posuisti me ꝛriũ tibi: et fact⁹ sum mihimetipi grauis: Cur nõ tollis peccatũ meũ: 7 quare nõ aufers iniq̃tatẽ meã: Ecce nũc in puluere do⁹miã. etsi mane me q̃sieris nõ subsistam. Capi. VIII.

REspondens autẽ balaa dath suites dixit. Usqꝙq̃ loqueris talia: 7 spũs mltiplex ꝓmõis o⁹is tui: Nũq̃d de⁹ supplãtat iudiciũ: aut oĩpotẽs subuertit qd̃ iustũ ẽ: Etiãsi filij tui pec cauerũt ei 7 dimisit eos ĩ manu iniq̃tatis sue tu tñ si diluculo ꝓsurrexeris ad deũ 7 oĩpotentẽ fueris deꝑcat⁹. si mũdus 7 rectus incesseris statĩ euigilabit ad te: 7 pacatu⁹ reddet habitaculũ iustitie tue: intantũ vt si p̃o⁹a tua fuerit p̃ua: 7 nouissima tua mltiplicenť nimis. Interroga eĩ generatio⁹ ꝑstinã 7 diligẽter inuestiga patrũ memori am hesterni q̃ppe sum⁹ 7 ignoram⁹: qm̃ sicut vmbra dies nr̃i sũt sup̃ terrã: et ipi docebũt te. Loquẽť tibi: et de co⁹de suo ꝓferẽt eloq̃a. Nũq̃d virere pt̃ scirp⁹ absq̃ humo⁹e aut crescere carectũ sine aqua: Cuꝫ adhuc sit in flo⁹e nec carpať manu añ omñs herbas arescit: sic vie omniũ q̃ obliuiscunť deũ: 7 spes ÿpocrite pibit. Nõ ei placebit vecordia sua 7 sicut tela aranearũ fiducia ei⁹. Innitẽť sup̃ domũ suã 7 nõ stabit: fulciet eã 7 nõ ꝓsurget. Humect⁹ videť antẽq̃ veniat sol: 7 in o⁹tu suo germẽ ei⁹ egredieť. Sup̃ aceruũ petraꝫ radices ei⁹ dẽsabuntur: 7 inter lapides ꝓmo⁹abit̃. Si absorbuerit eũ de loco suo: negabit eũ et dicet. Nõ noui te. Hec ẽ em̃ leticia vie ei⁹ vt rursũ de terra alij germinenť. Deus non proiitiet simplicem: nec porriget malũ manlignis: donec impleať risu os tuũ: 7 labia tua iubilo. Qui oderũt te induentur cõfusione: et tabernaculum impio⁹u⁹ nõ subsistet. Capitulum. IX.

TRespondẽs Job ait. Uere scio q̃ ita sit: et q̃ nõ iustificeť hõ ꝓpos⁹it⁹ deo. Si voluerit cõtendẽ cũ eo: nõ potuerit ei respondẽ vnu⁹ p̃ mille. Sapiẽs co⁹de ẽ: et fortis robo⁹e. Quis restitit ei: 7 pacẽ habuit: Qui trãstulit mõtes: et nescierũt hi quos subuertit ĩ furo⁹e suo. Qui cõmouet terrã ꝺ loco suo et colũne eius ꝓcutientur. Qui ꝑcipit soli et nõ o⁹it̃: et stellas claudit quasi sub sig̃culo. Qui extendit celos solus: 7 gradit⁹ sup̃ fluctus maris. Qui facit arctu⁹ 7 o⁹iones et hijadas: et interiora austri. Qui facit magna 7 inscrutabilia: et mirabilia quoꝫ nõ ẽ numer⁹. Si venerit ad me non videbo eũ: si abierit nõ intelligã. Si repẽte interroget: q̃s respõdebit ei: vel quis dicere pt̃ cur facis: De⁹ cui⁹ire nemo resistẽ potest et sub quo curuanť q̃ portãt o⁹bẽ. Quãtus ergo sũ ego vt respondeã ei: 7 loquar verbis meis cũ eo: Qui etiamsi habuero quippiam iustũ nõ ⁹espondebo: sz meũ iudicẽ deprecabo⁹: et nõ inuocantem me exaudierit: nõ credo q̃ exaudierit vocem meã. In turbine em̃ ꝓteret mee: et multiplicabit vulnera mea etiã sine causa. non ꝓcedit requiescere spiritu⁹ meũ: 7 implet me amaritudinib⁹. Si fortitudo queritur robustissim⁹ ẽ. Si equitas iudicij: nemo audiet p̃ me testimoniũ dicẽ. Si iustificare me voluero: os meũ ꝓdemnabit me. Si ĩnocentẽ ostẽdero: prauu⁹ me comproba⁹bit. etiãsi simplex fuero: hoc ipm̃ ignora⁹bit anima mea: et tedebit me vite mee. Unũ est q̃d locutus sũ: et innocentẽ et impiu⁹ ipe ꝓsumit. Si flagellat: occidat semel et nõ de penis innocentũ rideat. Terra data ẽ in manus impij: vultũ iudicũ ei⁹ opit o⁹si nõ ille ẽ. q̃s g̃ ẽ: Dies mei velotio⁹es fuerũt curso⁹e: fugerũt et non viderũt bonũ. Pertrãsierũt quasi naues poma por⁹tãtes: sicut aquila volans ad escam. Cum dixero nequaq̃ ita loquar. ꝓmuto faciem meã: et dolo⁹e torqueo⁹. Uerebar oĩa opa mea: sciẽs q̃ nõ parce⁹es ꝺlinquẽti. Si aũ et sic impius fuꝫ: quare frustra labo⁹aui: Si lotus fuero quasi aquis niuis. et fulserint velut mũdissime man⁹ mee tñ sordibus intingues me: et abominabuntur me vestimẽta mea. Neq̃ em̃ viro qui sicis mei est: respõdebo: nec q̃ mecũ ĩ iuditio ex eq̃

possit exaudiri. Non ē q̄ vtrūq; valeat ar
guere: et ponere manū suā ī ambobꝫ. Au
ferat a me virgā suā: et pauor eiꝰ me non
terreat. Loquar et nō timebo eū. Neq; eī
possū metuēs respondere. Capi. X.

Vedet animā meaꝫ vite
mee: dimittā aduersū me eloquiū
meū. Loquar in amaritudine aīe
mee: dicam deo noli me ꝯdemnare. Indi-
ca mihi: cur me ita iudices? Nūquid bonū
tibi videt̄ si calūnieris me et oꝑprimas me
opꝰ manuū tuaꝝ: et ꝯsiliū impioꝝ adiu-
ues? Nūquid ocl̄i carnei tibi sūt: aut sicut
videt homo et tu videbis? Nūquid sicut di
es hominis dies tui. ⁊ anni tui sicut hūa
na sūt tp̄a: vt queras iniq̄tatē meā et pec
catū meū scruteris? Et scias q̄r nihil impi
uꝫ fecerim. cū sit nemo q̄ de maū tua pos-
sit eruere. Manꝰ tue fecerūt me et blasma
uerūt me totū in circuitu: ⁊ sic repēte p̄ci
pitas me. Memēto queso q̄ sicut lutū fece
ris me: ⁊ in puluerē reduces me. Nōne si-
cut lac mulsisti me: et sicut caseū me coa-
gulasti? Pelle et carnibꝫ vestisti me: ossibꝫ
et neruis ꝯpegisti me. Vitā ⁊ misericordi
am tribuisti mihi: et visitatio tua custodi
uit spiritū meū. Licꝫ hec celes ī corde tuo
tñ scio q̄a vniuersoꝝ memineris. Si pec-
caui et ad horā pep̄ cisti mihi: cur ab iniq̄
tate mea mundū me eē nō pateris? Etsi ī-
pius fuero ve mihi est. etsi iustꝰ nō leuabo
caput. saturatus afflictōne et miseria. Et
ꝓpter sup̄biam quasi leenā capies me: re-
uersusq; mirabiliter me crucias. Instau-
ras testes tuos ꝯ̄ me: et multiplicas iram
tuā aduersum me: et pene militant in me.
Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinā ꝯ
sūptus essem ne oculus me videret. Fuis-
sem quasi q̄ nō eēm: de vtero trāslatus ad
tumulū. Nūquid nō paucitas dierū meo-
rū finietur breui? Dimitte ḡ me vt plan-
gam paululū dolorē meū añq̄ vadam ⁊ ñ
reuertar ad terrā tenebrosā et op̄tā mor-
tis caligine: terrā miserie et tenebraruꝫ:
vbi vmbra mortis et nullus ordo: sꝫ sem-
piternus horror inhabitans. Ca. XI.

Respondēs aūt sophar
naamathites dixit. Nūquid q̄ ml̄
ta loquit̄ nō audiet: aut vir v̄bo-
sus iustificabitur? Tibi soli tacebūt hoīes
et cū ceteros irriseris a nullo ꝯfutaberis
Dixisti eī. Purꝰ ē sermo meus: ⁊ mundus
sū ī ꝯspc̄tu tuo. Atq; vtinā deꝰ loq̄ret̄ te-
cuꝫ ⁊ ap̄iret labia sua tibi. vt oñdēt tibi se-
creta sapīe ⁊ q̄ ml̄tiplex eēt lex eiꝰ: ⁊ ītelli
geres q̄ ml̄tomīora exigaris ab eo q̄ me-
ret̄ iniq̄tas tua. Forsitan vestigia dei ꝯp̄-
hendes: ⁊ vsq; ad p̄fectū oīpotentē rep̄ies
Excelsior celo ē. Et q̄d facies? Profūdior
īferno: ⁊ vñ cognosces: lōgior terra mēsu-
ra eiꝰ: ⁊ latior mari. Si subuerterit oīa vl̄
ī vnū coartauerit. q̄s ꝯdicet ei: vl̄ q̄s dicē
ei pt̄. cur ita facis? Ip̄e eī nouit hoīm vaī
tatē: ⁊ vidēs īiq̄tatē. nōne ꝯsiderat? Vir va
nꝰ ī sup̄biā erigit̄. et tāq̄ pullū onagri se li
berū natū putat. Tu at̄ firmasti cor tuuꝫ
⁊ expādisti ad eū manꝰ tuas. Si īiq̄tatē q̄
ē ī maū tua abstuleris a te ⁊ ñ māserit in
tabernaculo tuo īiustitia: tūc leuare pote
ris faciē tuā absq; macl̄a: ⁊ eris stabilis ⁊
nō timebis. Miserie q̄ꝫ obliuisceris: ⁊ qua-
si aquaꝝ q̄ p̄terierūt ñ recordaberis: ⁊ q̄si
meridianꝰ fulgor ꝯsurget tibi ad vesp̄am
Et cū te ꝯsūptū putaueris orieris vt luci-
fer: ⁊ hēbis fidutiā ꝓposita tibi spe: ⁊ defos
sus securꝰ dormies. Req̄esces ⁊ nō erit q̄ te
exterreat: ⁊ dep̄cabunt̄ faciē tuā plurimi
Ocl̄i at̄ īpioꝝ defitiēt: ⁊ effugiuꝫ p̄ibit ab
eis: ⁊ spes illoꝝ abhominatō aīe. Ca. XII

Respondēs aūt Job di-
xit. Ergo vos estis soli hoīes: ⁊ vo
biscū orieť sapiētia? Et mihi ē cor
sicut et vobis: nec inferior vestri sū. Quis
em̄ hec q̄ nostis ignorat? Qui deridet̄ ab a
mico suo sicut ego: īuocabit deū ⁊ exaudi-
et eū. Deridet̄ eī iusti simplicitas: lāpas
ꝯtēpta apud cogitatōes diuituꝫ p̄ata ad
tēpus statutū. Abūdant tabernacula p̄-
donū: et audacter ꝓuocāt deū: cū ip̄e dede-
rit omnia in manꝰ eoꝝ. Nimiꝝ interroga
iumēta et docebūt te: ⁊ volatilia celi et īdi
cabūt tibi. Loquere terre et respondebit
tibi: et narrabunt ea pisces maris. Quis
ignorat q̄ omnia hec manus dñi fecit. In
cuius maū aīa om̄is viuentis: ⁊ spiritus
vniuerse carnis hoīs. Nonne auris verba
dijudicat: et fauces comedētis saporeꝫ? In
antiquis ē sapiētia: ⁊ ī multo tp̄e pruden-
tia. apud ip̄m est sapientia et fortitudo: et
ip̄e habet ꝯsiliū et intelligentiam. Si de-
struxerit nemo est qui edificet. si īcluserit

hoiez nullus ẽ q̃ apiat. Si ꝓtinuerit aq̃s oia siccabũtur: si emiserit eas subuertent tẽrã apꝫ ipm ẽ fortitudo ꝛ sapia. Ipe nouit et decipientẽ: ꝛ eũ q̃ decipit. adducit ꝓ siliarios ĩ stultũ finẽ: et iudices ĩ stupoꝛez Baltheũ regũ dissoluit: ꝛ ꝑcingit fune renes eoꝝ. Ducit sacerdotes ĩglorios: ꝛ optimates subplãtat. Cõmutãs labiũ veratiũ ꝛ doctrinã senũ auferẽs. Effũdit despectõz sup ꝑncipes: ꝛ eos q̃ oppressi fuerãt rleuãs Qui releuat pfũda ỏ tenebris: ꝛ producit in lucẽ vmbrã mortis. Qui multiplicat gẽtes ꝛ pdit eas: et subuersas in integrũ restituit. Qui ĩmutat coꝛ ꝑncipũ populi terre: et decipit eos vt frustra incedãt per ĩuium. Palpabũt quasi in tenebris ꝛ non in luce: et errare eos faciet quasi ebrios.

Capitulum .XIII.

Ece omnia hec vidit oculus meus et audiuit auris mea ꝛ intellexi singula. Sm sciam vĩaz ꝛ ego noui: nec inferioꝛ vestri sum. Sz tñ ad oipotẽtẽ loq̃r: ꝛ disputare cũ deo cupio prius vos ostendẽs fabricatoꝛes mendatij et cultoꝛes puersoꝝ dogmatũ. Atq; vtinã taceretis: vt putaremini sapiẽtes eẽ. Audite ergo coꝛreptões meas: et iuditiũ labioꝝ meoꝝ attẽdite. Nũq̃d deus indiget vestro mẽdatio: vt pro illo loquamini dolos Nunq̃d faciẽ eius accipitis: et ꝑ deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quẽ celare nihil potest: aut decipietur vt homo vĩs fraudulẽtijs? Ipe vos arguet: qm̃ ĩ abscõdito faciẽ ei⁹ accipitis. Ꝺtatĩ vt se cõmouerit: turbabit vos ꝛ terꝛoꝛ eius irruet super vos. Memoria vestra ꝓpabitur cineri ꝛ redigentur in lutũ ceruices vestre. Tacete paulisper. vt loquar quodcũq; mihi mẽs sugesserit. Quare lacero carnes meas dẽtibus meis: et animã meam ponꝛo in maĩbus meis? Etiamsi occiderit me: in ipo sperabo. Verũtamen vias meas in cõspectu eius arguã: ꝛ ipe erit saluatoꝛ me⁹ Nõ em̃ veniet in ꝓspectu ei⁹ oĩs ypocrita. Audite sermonẽ meũ: ꝛ enigmata ꝓcipite auribꝰ vĩs. Si fuero iudicatus: scio q̃ iustus ĩueniar. Quis ẽ q̃ iudicet̃ mecum: Veniat. Quare tacens cõsumoꝛ? Duo tm̃ ne facias mihi: et tũc a facie tua non abscondar. Manũ tuã longe fac a me: ꝛ foꝛmidꝰ tua nõ me terreat. Voca me ꝛ respõdebo tibi: aut certe loquar: ꝛ tu respondebis mihi. Quantas habeo iniquitates et peccata. scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis: ꝛ arbitraris me inimicũ tuũ? Cõtra foliũ quod vento rapit̃ ostendis potentiam tuã: et stipulã siccam ꝓsequeris. Scribis em̃ ꝺ me amaritudines: ꝛ ꝓsumere me vis peccatis adolescẽtie mee. Posuisti in neruo pedẽ meũ: et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedũ meoꝝ ꝓsiderasti. Qui quasi putredo ꝓsumẽdus sũ: ꝛ quasi vestimentũ qꝺ comedit̃ a tinea. Homo nat⁹ de muliere: breui viuẽs tpe: repletur multis miseriis. Qui quasi flos egredit̃ ꝛ ꝓterit̃: ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nũq̃ in eodem statu ꝑmanet Et dignũ ducis sup huiuscemõi apire oculos tuos: et adducere eũ tecũ in iuditium? Quis pt̃ facẽ mũdũ de ĩmũdo ꝓceptũ semine? Nonne tu q̃ solus es. Ca. XIIII.

Breues dies hominis sũt: numer⁹ mensiũ eius apud te ẽ Cõstituisti terminos eius q̃ ꝑterire nõ potẽrũt. Recede paululũ ab eo vt q̃escat: donec optata veniãt sicut mercẽnarij dies eius. Lignũ habet spem. Si ꝑscisũ fuerit rursum viresciꝰ: et rami eius pullulãt. Si senuerit in terra radix eius. et ĩ puluere emoꝛtu⁹ fuerit trũcus illius: ad odoꝛem aque germinabit: ꝛ faciet comaz quasi cũ primũ plantatũ est. Homo ỏ cũ moꝛtuus fuerit ꝛ nudatus atqꝫ ꝓsũptus: vbi queso est: Quõ si recedãt aq̃ de mari ꝛ fluuius vacuus factus arescat: sic homo cũ doꝛmierit: non resurget. Donec atterat celum nõ euigilabit: nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat vt ĩ inferno ptegas me et abscondas me donec ptranseat furoꝛ tuus: ꝛ ꝓstituas mihi tẽpus in quo recoꝛderis mei? Putasne mortu⁹ homo rursum viuet? Cũctis diebꝰ qꝺbꝰ nũc militoꝛ: expectoꝛ donec veniat ĩmutatõ mea. Vocabis me et ego respondebo tibi. Operi manuũ tuarũ poꝛriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sz parce peccatis meis. Signasti quasi ĩ sacculo delicta mea: sed curasti iniquitatem meam. Mons cadens defluit: et saxũ trãsfertur de loco suo. Lapides excauãt aque et alluuione paulatim terra ꝓsumit̃ ꝛ homines ꝯsiliter ptes. Roboꝛasti eũ paululũ

vt in ꝑpetuũ trãsiret. Immutabis faciem eius et emittes eũ. Siue nobiles fuerint filij ei⁹ siue ignobiles: nõ intelliget. Atta mẽ caro eius dũ viuet: dolebit. ⁊ aĩa illius sup semetipo lugebit. Capi. XV.

Respondit aũt elipham themanites dixit. Nũquid sapiẽs rñdebit q̃si in ventũ loquẽs: ⁊ implebit ardore stomachũ suũ: Arguis v̄bis eũ q̃ nõ ẽ eq̃lis tibi et loq̃ris qd̄ tibi nõ expedit. Quantũ in te ẽ euacuasti timorẽ: ⁊ tulisti p̄ces coram deo. Docuit em̃ iniq̃tas tua os tuũ: ⁊ imitaris linguã blasphemãtiũ. Condemnabit te os tuũ ⁊ nõ ego: ⁊ labia tua rñdebũt tibi. Nũq̃d primus homo tu natus es: et ante colles formatus? Nũquid ꝯsiliũ dei audisti: ⁊ inferior te erit eius sapĩa? Quid nosti qd̄ ignorem⁹: quid intelligis quod nesciamus? Et senes ⁊ antiqui q̃ sũt in nob̄: multouetustiores q̃ patres tui. Nũquid grãde ẽ vt ꝯsoletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibent Quid te eleuat cor tuũ: ⁊ quasi magna cogitãs attonitos habes oculos? Quid tumꝫ ꝯ deuꝫ spiritus tuus: vt ꝓferas de ore tuo huiuscemõi sermones? Quid est homo vt ĩmaculatus sit: ⁊ vt iustus appareat nat⁹ d̄ muliere? Ecce inter sãctos eius nemo ĩmutabilis. et celi nõ sũt mũdi in cõspectu eius: quãtomagis abhominabilis et inutilis homo q̃ bibit quasi aquã iniq̃tatem. Ostendã tibi audi me: qd̄ vidi narrabo tibi. Sapiẽtes ꝯfitent̃: et nõ abscondũt patres suos. Quib⁹ solis data ẽ terra: et non trãsiuit alienus ꝑ eã. Cũctis diebus suis impius supbit: et numer⁹ annoꝝ incert⁹ ẽ tijrãnidis eius. Sonit⁹ terroris semp ĩ auribus illius: et cũ pax sit ille semper insidias suspicatur. Nõ credit q̃ reuerti possit de tenebris ad lucẽ circũspectãs vndiq̃ gladiũ: cũ se mouerit ad querendũ panẽ. Nouit q̃ ꝑatus sit ĩ maũ eius tenebrarũ dies. Terrebit eũ tribulatõ: ⁊ angustia vallabit eũ sicut regẽ q̃ p̄parat̃ ad p̄lium. Tetendit aduersus deũ manũ suã: et ꝯtra omnipotentẽ roboratus est. Cucurrit aduersus euꝫ erecto collo: et pingui ceruice armatus est. Operuit faciẽ eius crassitudo: et de lateribus eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibus desolatis: ⁊ ĩ domibus desertis que ĩ tumulos sũt redacte Non ditabitur nec perseuerabit substãtia eius: nec mittet in terrã radicem suã. Nõ recedet d̄ tenebris. Ramos eius arefaciet flamma: et auferetur spiritu oris ei⁹. Nõ credet frustra errore deceptus: q̃ aliquo p̄tio redimendus sit. Anteq̃ dies eius ĩpleantur: peribit. et manus eius arescẽt. Ledetur quasi vinea in primo flore botr⁹ ei⁹ et quasi oliua ꝓitiens florem suum. Congregatio em̃ ypocrite sterilis: ⁊ ignis deuorabit tabernacula eorũ qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem ⁊ peperit iniquitatem: et vterus eius preparat dolus. Capitu. XVI.

Respondens aũt iob dixit. Audiui frequẽter talia. Consolatores onerosi om̃s vos estis. Nũquid habebũt finẽ v̄ba vẽtosa? Aut aliquid tibi molestũ ẽ si loquaris? Poterã et ego similia vestri loqui. Atq̃ vtinã esset aĩa vestra ꝓ anĩa mea. Consolarer et ego vos ſmonibus et mouerẽ caput meũ sup vos. Roborarẽ vos ore meo: et mouerem labia mea quasi parcẽs vobis. Sed quid agam. Si locutus fuero: nõ quiescit dolor me⁹. etsi tacuero: nõ recedet a me. Nũc aũt oppressit me dolor meus: et in nihiluꝫ redacti sũt omnes artus mei. Ruge mee testimoniũ dicũt ꝯtra me: ⁊ suscitat̃ falsiloquus aduersus faciem meam ꝯdicẽs mihi. Collegit furorẽ suũ in me: et cõminãs mihi infremuit ꝯ me dentib⁹ suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est Aperuerũt sup me ora sua: et exprobrantes ꝑcusserũt maxillã meã. saciati sũt penis meis. Cõclusit me deus apud iniquuꝫ et manibus impioꝝ me tradidit. Ego ille quondã opulẽtus repente ꝯtritus sũ: tenuit ceruicẽ meam. Confregit me: ⁊ posuit sibi quasi in signum. Circũdedit me lanceis suis: ꝯuulnerauit lũbos meos. Non pepercit: et effudit in terra viscera mea. Cõscidit me vulnere sup vulnus: irruit ĩ me q̃si gigas. Saccũ ꝯsui sup cutẽ meã: ⁊ opui cinere carnẽ meã. Facies mea intumuit fletu: et palpebre mee caligauerũt. Hec passus suꝫ absq̃ iniq̃tate man⁹ mee: cũ haberẽ mũdas ad deuꝫ p̄ces. Terra ne operias sanguinem meum: neq̃ inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce eĩ in celo testis meus: et conscius meus in

excelsis. Verbosi amici mei: ad deū stillat oculus meus. Atq; utinā sic iudicaretur vir cum deo: quō iudicat filius hois cum collega suo. Ecce eī breues ānī trāsiēt: et semitā p quā ñ reuertar: ābulabo. XVII.

SPiritus me⁹ attenuabitur: dies mei breuiabuntur: ⁊ solū mihi supest sepulcrū. Non peccaui et in amaritudinibus morat oculus meus. Libera me ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuius vis man⁹ pugnat ꝰ me. Cor eoꝝ lōge fecisti a disciplina: ꝓterea nō exaltabuntur. Predā pollicet socijs: ⁊ oculi filiorū eius defitiēt. Posuit me quasi in puerbiū vulgi: et exemplū sū coram eis. Caligauit ab indignationē oculus meus: ⁊ membra mea quasi in nihilū redacta sūt. Stupebāt iusti sup hoc: et innocēs ꝰ ypocritam suscitabit. Et tenebit iust⁹ viā suā: ⁊ mūdis manibus addet fortitudinē. Igit omēs vos quertimī ⁊ venite: ⁊ nō inuenia ī vobis vllū sapientē. Dies mei trāsierūt: cogitatōes mee dissipate sē torquētes cor meū Noctē vertērūt in diē: ⁊ rursū post tenebras spero lucē. Si sustinuero infern⁹ domus mea ē: ⁊ ī tenebris strauī lectulū meū. Putredini dixī pater me⁹ es tu: mater mea et soror mea vermibꝰ. Vbi est ergo ꝓstolatio mea: et pacientiā meā quis cōsiderat: In pfundissimū ifernū descendēt omnia mea. Putasne saltē ibi erit requies mihi: Ca. XVIII.

REspondēs aūt baldath suites dixit. Vsq; ad quē finē verba iactabis: Intellige prius: ⁊ sic loquamur. Quare reputati sum⁹ vt iumēta: et sorduimus coram te: Quid pdis aiam tuā in furore tuo: Nunq̄d ꝓter te derelinquet terra et trāsferent rupes de loco suo Nonne lux impij extinguet: nec splēdebit flāma ignis eius: Lux obtenebrescet ī tabernaculo illius: ⁊ lucerna que sup eū est extinguetur. Artabunt gress⁹ virtutis eius: ⁊ pcipitabit eū ꝯsiliū suū. Immisit eī ī rethe pedes suos: et ī maculis ei⁹ ābulat Tenebit plāta illi⁹ laqueo: et exardescet ꝰ eū sitis. Abscondita ē ī terra pedica ei⁹: et decipula illius sup semitā. Undiq; terrebūt eū formidines: et inuoluēt pedes ei⁹. Attenuetur fame robur eius: et inedia īuadat costas illius. Deuoret pulcritudinem cutis eius: et ꝯsumat brachia illi⁹ pmogenita mors. Auellat de tabernaculo suo fiducia eius: ⁊ calcet sup eū quasi rex interitus. Habitēt in tabernaculo illius. socij eius q̄ nō est: aspergat in tabernaculo eius sulphur. Deorsū radices eius siccētur: sursū aūt atterat messis eius. Memoria illius pereat de terra: et nō celebretur nomē eius ī plateis. Expellet eū de luce ī tenebras: et de orbe trāsferet eū. Nō erit semē eius neq; pgenies in populo suo nec vlle reliquie in regiōibꝰ eius. In die eius stupebūt nouissimi: ⁊ primus inuadet horror. Hec sūt ergo tabernacula īiqui: ⁊ iste locus eius qui ignorat deū. Ca. XIX.

REspondēs aūt Iob dixit. Vsq; quo affligitis aīaz meaz: et atteritis me ſmonibꝰ: En deces ꝓfūditis me: et nō erubescitis oppримē me. Nempe etsi ignorauī: mecū erit ig̃ rātia mea. At vos ꝰ me erigimini: ⁊ arguitis me obprobrijs meis. Saltē nūc intelligite quia deus nō equo iudicio afflixerit me: et flagellis suis me circuierit. Ecce clamabo vim patiēs et nemo audiet: vociferabo: ⁊ nō ē qui iudicet. Semitā circūsepsit ⁊ trāsire nō possū: et in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea et abstulit coronā de capite meo. Destruxit me vndiq; et pereo: ⁊ quasi auulse arbori abstulit spē meā. Iratus ē ꝰ me furor eius: et sic me habuit quasi hostez suum. Simul venerūt latrones eius: et fecerūt sibi viam p me: et obsederūt in gyro tabernaculū meū. Fratres meos longe fecit a me: et noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerūt me ꝓpinqui mei: et qui me nouerāt obliti sunt mei. Inquilini domus mee et ancille mee sicut alienū habuerunt me: et quasi pegrinus fui in oculis eorū. Seruū meū vocaui et nō respondit mihi: ore ꝓprio deprecabar illū. Halitū meum exhorruit vxor mea: ⁊ orabam filios vteri mei. Stulti q̄q; despitiebāt me: et cū ab eis recessissē: detrahebāt mihi. Abominati sūt me quondā ꝯsiliarij mei: et quē maxime diligebā: auersat⁹ ē a me. Pelli mee ꝯsumptis carnibus adhesit os meū: et derelicta sūt tm̄modo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltem vos

amici mei: quia manꝰ dñi tetigit me. Quare pſequimini me ſicut deꝰ: et carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat vt ſcribantꝫ ꝓmones mei? Quis mihi det vt exarentꝫ in libro ſtilo ferreo aut plũbi lamina: vel celtę ſculpantꝫ in ſilice? Scio eĩ qꝫ redemptor meꝰ viuit et in nouiſſimo de terra ſurrectꝝrꝰ ſũ. Et rurſũ circũdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum ſaluatorẽ meũ. Quẽ viſurus ſum egoipe: et oculi mei ꝓſpecturi ſũt: et nõ alius. Repoſita ẽ hec ſpes mea ĩ ſinu meo. Quare g̃ nũc dicitis pſeq̃mur eũ: et radicẽ ũbi ĩueniamus ꝫ eũ? Fugite ergo a facie gladij: qm̃ vltor iniq̃tatũ gladiꝰ ẽ: et ſcitote eẽ iuditiũ. XX.

Reſpondẽs aũt ſophar naamathites dixit. Iccirco cogitatões mee varie ſuccedũt ſibi: et mẽs in diuerſa rapit̃. doctrinã qua me arguis audiã: et ſpiritus intelligẽtie mee reſpondebit mihi. Hoc ſcio a principio ex q̃ ẽ poſitꝰ hõ ſup terrã: qꝫ laus impiorꝝ breuis ſit: et gaudiũ ỹpocrite inſtar pũcti. Si aſcenderit vſq ad celũ ſuꝑbia eius. et caput eius nubes tetigerit: q̃ſi ſterquiliniũ in fine ꝓdet̃: et qui eũ viderãt: dicẽt. Vbi ẽ? Velut ſomniũ auolans nõ inueniet̃: ẽt fiet ſicut viſio nocturna. Oculus qui eum viderat nõ videbit: neqꝫ vltra intuebit̃ eũ locus ſuus. Filij eius attẽrentur egeſtate et manꝰ illiꝰ reddẽt ei dolorẽ ſuũ. Oſſa eiꝰ ĩplebũt vitijs adoleſcẽtie eiꝰ: et cũ eo ĩ puluere dormiẽt. Cũ em̃ dulce fuerit ĩ ore eiꝰ malũ: abſcõdit illud ſub lingua ſua. Parcet illi et nõ derelinquet illud: et celabit in gutture ſuo. Panis eius in vtero illiꝰ vertẽt̃ in fel aſpidũ ĩtrinſecus. Diuitias quas deuorauit: euomet: et ɔ̃ vẽtre illius extrahet eas deus. Caput aſpidũ ſurget: et occidet eum lingua vipere. Nõ videat riuulos fluminis torrẽtis. mellis et butiri. Luet q̃ fecit oĩa: nec tñ ꝓſumet̃. Juxta mlt̃itudinẽ adinuentionũ ſuaruꝫ ſic et ſuſtinebit: qm̃ ꝓfringẽs nudauit paupis domũ rapuit et nõ edificauit eã nec eſt ſaciatus venter eiꝰ. Et cũ habuerit que ꝓcupierat: poſſidere nõ poterit. Nõ remãſit de cibo eius et ꝓterea nihil ꝑmanebit de bonis eius. Cũ ſaciatus fuerit artabitur: eſtuabit. et omnis dolor irruet ſup eũ. Vtinã implea tur venter eius: vt emittat in eũ iram furoris ſui: et pluat ſup illũ bellũ ſuũ. Fugiet arma ferrea et irruet in arcũ ereum eductus et egrediens de vagina ſua: et vulgurãs in amaritudine ſua. Vadent et veniẽt ſuper eum horribiles: omnes tenebre abſcondite ſũt in occultis eiꝰ. Deuorabit eũ ignis qui non ſuccenditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo. Reuelabunt celi iniquitatẽ eius: et terra conſurget aduerſus eũ. Apertũ erit germẽ domꝰ illius detrahetur in die furoris dei. Hec ẽ pars hominis impij a deo: et hereditas verboꝝ eius a domino. Capi. XXI.

Reſpondẽs aũt Job dixit. Audite q̃ſo ꝓmones meos: et agetis penitẽtiam. Suſtinete me vt et ego loquar: et poſt mea (ſi videbiẽ) verba ridete. Nũq̃d ꝫ hoĩez diſputatõ mea ẽ: vt merito nõ debeã ꝓtriſtari? Attendite me et obſtupeſcite: et ſupponite digitũ ori veſtro. Et ego qm̃ recordatꝰ fuero ꝓtimeſco: et ꝓcutit carnẽ meã tremor. Quare ergo impij viuũt ſublevati ſũt: ꝓfortatiq̃ diuitijs? Semẽ eoꝝ ꝑmanet coram eis ꝑpinquoꝝ turba et nepotũ in ꝓſpectu eorũ. Domus eoꝝ ſecure ſũt et pacate: et nõ eſt virga dei ſup illos. Bos eoꝝ ꝓcepit et nõ aborciuit: vacca pepit et nõ ẽ ꝑuata fetu ſuo. Egrediũtur quaſi greges puuli eoꝝ: et infãtes eoꝝ exultãt luſibꝰ. Tenent tijmpanum et citharam: et gaudent ad ſonitum organi. Ducũt in bonis dies ſuos et in pũcto ad infernũ deſcendũt. Qui dixerũt deo recede a nobis: et ſcientiã viaꝝ tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei? Et quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum? Verũtamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua: conſilium impiorum longe ſit a me. Quotiens lucerna impiorum extinguetur: et ſuperueniet eis inundatio: et dolores diuidet furoris ſui. Erunt ſicut palee ante faciem vẽti: et ſicut fauilla quam turbo diſpergit. Deus ſeruabit filijs illius dolorẽ patris et cum reddiderit tunc ſciet. Videbunt oculi eius interfectionem ſuam: et de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eũ pertinet de domo ſua poſt ſe: Etſi numerꝰ menſium eius dimidietur? Nunquid deum docebit quiſpiam ſcientiam qui excelſos iudicat? Iſte morcitur robuſtus et ſanus.

diues ⁊ felix: viscera eius plena sũt adipe et medullis ossa illius irrigant. Alius vo moriẽ in amaritudine anime sue absq; vllis opibus: et tamẽ simul ĩ puluere dormient: et vermes operiẽt eos. Certe noui cogitationes vestras: et sentẽtias ꝯ me iniquas. Dicitis enim. Vbi est domus principis: et vbi tabernacula impioꝝ: Interroga te quemlibet de viatoribus: et hec eadẽ illũ intelligere cognoscetis. Quia in diem ꝓditionis seruatur malus: et ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo vias eius: ⁊ que fecit quis reddet illi: Ipe ad sepulcra ducetur: et in ꝓgerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocytti et ꝓ se omnẽ hominẽ trahet: et ante se innumerabiles. Quomodo igitur cõsolamini me frustra: cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati.

Capi. XXII.

Respondẽs aũt eliphat themanites dixit. Nũquid deo põt ꝓparari homo: etiã cũ pfecte fuerit sciẽtie: Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei ꝓfers si immaculata fuerit vita tua: Nũquid timens arguet te: et veniet tecũ in iuditiũ: et nõ ꝓpter malitiã tuã plurimam et infinitas iniqtates tuas: Abstulisti enim pignus fratrũ tuoꝝ sine causa: et nudos spoliasti vestibus. Aquaꝫ lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. In fortitudĩe brachij tui possidebas terrã: ⁊ potentissimus obtinebas eam. Vidue dimisisti vacuas: et lacertos pupillorꝝ ꝓminuisti. Propterea circũdatus es laqueis: et cõturbat te formido subita. Et putabas te tenebras non visurum: et impetu aquarꝝ inundantiũ nõ oppressuꝫ iri. An cogitas qꝝ deus excelsior celo sit: ⁊ sup stellarꝝ vertice sublimetur: Et dicis. Quid enim nouit deus: Et quasi per caliginẽ iudicat. Nubes latibulũ eius nec nostra considerat: et circa cardines celi perambulat. Nũquid semitam seculorum custodire cupis quã calcauerũt viri iniqui qui sublati sũt ante tempus suum: et fluuius subuertit fundamentũ eoꝝ: Qui dicebãt deo recede a nobis: et quasi nihil possit facere omnipotens estimabãt eũ: cuꝫ ille implesset domos eoꝝ bonis. Quoꝝ sentẽtia pcul sit a me. Videbũt iusti et letabunt: et innocẽs subsannabit eos. Nonne succisa est ex-

ctio eorum: et reliquias eorum deuorauit ignis: Acquiesce igitur ei et habebis pacẽ et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermões eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentẽ edificaberis: ⁊ longe faciet iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit ꝓ terra silicem: et ꝓ silice torrentes aureos. Eritqꝫ omnipotẽs ꝓtra hostes tuos: et argentũ coaceruabitur tibi. Tũc super omnipotentẽ delitijs affluens: et eleuabis ad deũ faciem tuam. Rogabis eum et exaudiet te: et vota tua reddes. Decernes rem ⁊ veniet tibi: et in vijs tuis splendebit lumen. Qui emm humiliatus fuerit: erit in gloria. et qui inclinauerit oculos: ipe saluabitur Saluabitur innocẽs: saluabitur aũt mũditia manuum suarum.

Capitulum .XXIII.

Respondens autez Iob ait. Nũc qꝫ ĩ amaritudine ẽ sermo meus: et manus plage mee aggrauata ẽ super gemitum meum. Quis mihi tribuat vt cognoscã et inueniam illum: ⁊ veniam vsq; ad solium eius: ꝓponam coram me iuditiũ: et os meum implebo increpationibus: vt sciam verba que mihi respondeat: et intelligã quid loquatur mihi. Nolo mlta fortitudine ꝓtẽdat mecũ: nec magnitudinis sue mole me ꝑmat. Proponat equitatẽ contra me: et pueniet ad victoriam iuditiũ meũ. Si ad orientez iero: non apparet. si ad occidentẽ: nõ intelligã euz. Si ad sinistrã. quid agã: Nõ apprehendaz eum. Si me vertam ad dexterã: nõ videbo illũ. Ipe vo scit viã meaz: et probabit me quasi aurum quod ꝓ ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: et nõ declinaui ex ea. A mandatis labioruz eius nõ recessi: et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse emm solus ẽ et nemo auertere potest cogitationẽ eius et anima eius quodcũqꝫ voluit: hoc fecit Cũqꝫ expleuerit in me voluntatẽ suam: ⁊ alia multa similia ꝑsto sũt ei. Et iccirco a facie eius turbatus sum: et considerans eum timore solicitor. Deus molliuit cor meũ: et omnipotens conturbauit me. Nõ enim perij propter imminentes tenebras nec faciem meam operuit caligo.

Capitulum .XXIIII.

A Bomnipotente nõ sũt abscondita tpa: qui aũt nouerũt eũ: ignorãt dies illius. Alij tẽrmi nos trãstulerũt: diripuerũt greges: et pauerũt eos. Azinũ pupillop abegerunt: et abstulerũt p pignore bouez vidue. Sbuertẽrũt paupũ viã: et oppressẽrt pariter mã suetos tẽrre. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suũ: vigilãtesq; ad p̃dam preparãt panem liberis. Agrum nõ suũ demetũt: et vineã eius quẽ vi oppresserunt: vindemiant. Nudos dimittũt boies indumenta tollentes: quibus non est operimentũ in frigore: quos ỹmbres montiũ rigant: et non habentes velamen amplexantur lapides. Elim fecerũt depredãtes pupillos: et vulgum paupem spoliauerẽt. Nudis et incedentibus absq; vestitu ꝛ esurientibus tulerũt spicas. Inter aceruos eorũz meridiati sũt: q̃ calcatis torcularibo sitiũt. De ciuitate fecerũt viros gemere: et aĩa vulneratop clamauit. et de⁹ inultuz abire nõ patitur. Ipi fuerũt rebelles lumini. Nescierũt vias eius: nec reuersi sũt p semitas illius. Mane primo psurgit homicida: interficit egenũ et paupem: p noctem vo erit quasi fur. Ocul⁹ adulteri obseruat caliginẽ dicẽs. nõ me videbit ocul⁹ et opiet vultuz suũ. Perfodit in tenebris domos sicut in die pdixerãt sibi et ignorauerũt lucem. Si subito apparuerit aurora arbitrãtur vmbrã mortis: et sic ĩ tenebris quasi in luce ambulabãt. Leuis est sup faciem aque. Maledicta sit pars eius ĩ terrã nec ambulet p viam vinearũ. Ad nimiuz calorem transiet ab aquis niuium: et vsq; ad inferos peccatũ illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatõe: sed cõteratur sicut lignum infructuosum. Pauit em̃ sterilem ꝛ que nõ parit: ꝛ vidue bene nõ fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: et cũ stetẽrit nõ credet vite sue. Debit ei deus locum penitẽtie: et ille abutitur eo in supbia. Oculi autem eius sunt in via illius. Eleuati sunt ad modicum et non subsistent: et bumiliabuntur sicut omnia et auferentur: et sicut summitates spicarum conterenť. Quod si nõ est ita: quis me potest arguere esse mentitum: et ponere ante deum verba mea.

Capitulum vigesimumquintum.

R Espondens autez baldath suites dixit. Potestas et terror apud eũ est: qui facit pcordiaz in sublimibus suis. Nũquid est numer⁹ militum eius: et super quẽ nõ surget lumen illius: Nũquid iustificari potest homo cõparatus deo: aut apparere mũdus natus de muliere: Ecce luna etiam nõ splendet: et stelle non sũt mũde in conspectu eius. quantomagis homo putredo et filius hominis vermis: Ca. XXVI.

R Espondens autez Iob dixit. Cui⁹ adiutor es: Nũquid inbecillis: ꝛ sustẽtas brachiũ eius q̃ non est fortis: Cui dedisti consilium: Forsitan illi qui non habet sapientiã: et prudentiã tuam ostendisti plurimam: Quem docere voluisti: Nonne eum qui fecit spiramentum: Ecce gigantes gemunt sub aquis: et qui habitant cum eis. Nudus ẽ infernus coram illo: et nullum est operimẽtum perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum: et appendit terrã super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis: vt non erũpant pariter deorsũ. Qui tenet vultũ solij sui: et expandit super illud nebulam suã. Terminum circũdedit aquis: vsq; dũ finiãtur lux et tenebre. Colũne celi ptremiscunt: et pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria pgregata sũt: et prudẽtia eius pcussit supbum Spiritus eius ornauit celos: et obstetricãte manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hec expte dicta sũt viarum ei⁹ Et cũ vix paruam stillam sermonis eius audierimus: quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri: Ca. XXVII.

M Odidit quoq; Iob assumẽs parabolã suã et dixit. Viuit deus q̃ abstulit iuditiũ meũ et omnipotens q̃ ad amaritudinem adduxit animam meam. quia donec supereſt alit⁹ in me et spiritus domini in naribus meis non loquentur labia mea iniquitatez: nec lingua mea meditabitur mendatiuz. Absit a me vt iustos esse vos iudicez. Donec defitiam non recedam ab innocentia mea Justificationẽ meã quã cepi tenere non deseram. Neq; em̃ repbendit me cor meũ ĩ

omni vita mea. Sicut impius ĩimic⁹ me⁹ et aduersarius meus q̃si iniquus. Que est em̃ spes ÿpocrite si auare rapiat: et nõ liberet deus aĩaz ei⁹? Nunquid deus audiet clamorẽ eius cũ venerit sup eũ angustia? aut poterit in omnipotẽte delectari et inuocare deũ omni tpe? Docebo vos p manũ dei que omnipotẽs habeat: nec abscondã. Ecce omnes vos nostis: ⁊ quid sine cãvana loquimini? Hec ẽ pars hominis impij apud deũ: et hereditas violentoꝝ quaz ab omnipotẽte suscipiẽt. Si multiplicati fuerint filij eius in gladio erũt ⁊ nepotes eius nõ saturabunt̃ pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu: et vidue illius nõ plorabũt. Si ꝯportauerit q̃si terrã argentũ et sicut lutũ p̃parauerit vestimẽta: prepabit quidẽ sz iustus vestietur illis: et argentũ innocẽs diuidet. Edificauit sicut tinea domũ suam: et sicut custos fecit vmbraculũ. Diues cũ dormierit nihil secũ auferet: apiet oclos suos ⁊ nihil ĩueniet. Apprehẽdet eũ quasi aqua inopia nocte opprimet eũ tẽpestas. Tollet eũ vẽtus vrẽs et auferet: et velut turbo rapiet eũ de loco suo. Et mittet sup eũ et nõ parcet: de maũ eius fugiens fugiet. Stringet sup eũ man⁹ suas: et sibilabit sup illũ intuens locũ eius. Ca. XXVIII.

Habet argentum venarum suarũ principia: et auro locus est in quo ꝯflatur. Ferruz de terra tollitur: et lapis solutus calore ĩ es vertit̃. Tempus posuit tenebris: ⁊ vniuersoꝝ finẽ ipe ꝯsiderat. Lapidẽ q̃z caliginis et vmbrã mortis diuidet torrẽs a populo pegrinãte: eos quos oblitus ẽ pes egẽtis hominis et inuios. Terra de qua oriebat̃ panis: in loco suo igne subuersa ẽ. locus saphiri lapides eius: et glebe illius aurũ. Semitã ignorauit auis: nec intuitus est oculus vulturis. Non calcauerũt eam filij institoꝝ: nec ptransiuit per eam leena. Ad salicem extendit manũ suam: subuertit a radicibus mõtes. In petris riuos excidit et omne p̃tiosum vidit oculus eius. Profũda q̃z fluuioꝝ scrutatus est ⁊ abscõdita pduxit in lucẽ. Sapientia v̄o vbi ĩuenitur: et quis est locus intelligẽtie? Nescit homo p̃tiuz ei⁹: nec inuenit̃ in terra suauiter viuentium. Abissus dicit. non est ĩ me: et mare loquitur non est mecum. Nõ dabitur aurum obrisum pro ea: nec appendetur argentũ in cõmutatione eius. Non conferetur tinctis ĩdie coloribus: nec lapidi sardonico preciosissimo vel saphiro. Non adequabitur ei aurum vel vitrum: nec cõmutabuntur vasa pro ea auri excelsa ⁊ eminentia: non cõmemorabuntur cõpatione eius. Trahitur autẽ sapientia de occultis. Non adequabitur ei topasion de ethiopia: nec tincture mũdissime cõponẽtur. Unde ergo sapiẽtia venit: et quis est locus intelligentie? Abscondita est ab oculis omniuz viuentium: volucres q̃z celi latet. Perditio ⁊ mors dixerũt: auribꝰ nostris audiuimus famam eius. Deus ĩtelligit viam eius: et ipe nouit locum illius. Ipe em̃ fines mundi intuetur: ⁊ omnia q̃ sub celo sunt: respicit. Qui fecit ventis põdus: et aquas appendit mensura. Quãdo ponebat pluuijs legem et viam pcellis sonãtibus: tũc vidit illã et enarrauit ⁊ preparauit et inuestigauit. et dixit homini. Ecce timor domini ipa ẽ sapiẽtia: ⁊ recedẽ a malo intelligẽtia. Ca. XXIX.

Addidit quoqz Job assumẽs pabolã suã et dixit. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos: ꝟm dies q̃bus deus custodiebat me? Quãdo splẽdebat lucerna eius sup caput meũ: et ad lumẽ eius ambulabã ĩ tenebris. Sicut fui in diebꝰ adolescẽtie mee q̃n deus secreto erat in tabernaculo meo. Q̃n erat oĩpotẽs mecũ: et in circuitu meo pueri mei. Quãdo lauabã pedes meos butiro: et petra fũdebat mihi riuos olei. Q̃n pcedebã ad portaz ciuitatis: et in platea parabãt cathedrã mihi. Uidebãt me iuuenes et abscõdebant̃: et senes stabãt assurgẽtes. Principes cessabãt loq̃: ⁊ digitũ superponebãt ori suo. Uocẽ suaz cohibebãt duces: et lingua eoꝝ gutturi suo adherebat. Auris audiẽs beatificabat me: ⁊ oculus videns testimoniũ reddebat mihi: eoq̃ liberassem paupem vociferantẽ: ⁊ pupillũ cui non esset adiutor. Benedictio perituri sup me veniebat: ⁊ cor vidue ꝯsolat⁹ sum. Iustitia indutus sum: et vestiui me sicut vestimẽto et dijademate iuditio meo Oculus fui ceco: et pes claudo. Pater erã pauperum: et causam quam nesciebã di-

ligentissime inuestigabaz. Contrebã molas iniqui: et de dentibus illius auferebã predam. Dicebamqz. In nidulo meo moriar: ⁊ sicut palma mltiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas: ⁊ ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur: et arcus meus in mañ mea instaurabitur. Qui me audiebãt expectabãt sententiã: et intenti tacebant ad psilium meum. Verbis meis addere nihil audebant: et super illos stillabat eloquiũ meum. Expectabant me sicut pluuiam et os suum aperiebant quasi ad ỹmbrem serotinum. Si quando ridebam ad eos non credebant: et lux vultus mei non cadebat in terrã. Si voluissem ire ad eos sedebaz primus. Cunqz sederem quasi rex circumstante exercitu: eram tamen merentiuz cõsolator. Ca. XXX.

Vnc autem derident me iuniores tempore: quorum nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quoruz virtus manuũ mihi erat p nihilo: et vita ipa putabantur indigni. Egestate et fame steriles: qui rodebant in solitudine squalẽtes calamitate et miseria. Et mandebãt herbas ⁊ arborum cortices: et radix iuniperorum erat cibus eor. Qui de conuallibus ista rapientes: cum singula reperissẽt. ad ea cum clamore currebãt. In desertis habitabãt torrentium: et in cauernis terre. vel super glaream. Qui inter huiuscemodi letabantur: et eẽ sub sentibo delitias pputabant. Filij stultor et ignobilium: et in terra penitus non parẽtes. Nunc in eorum canticum versus sum: et factus sum eis in prouerbium. Abhominantur me et longe fugiũt a me: et faciem meã pspuere nõ verẽtur. Pharetrã em̃ suam aperuit et afflixit me: et frenũ posuit in os meũ. Ad dexterã orientis calamitatis mee ilico surrexerunt. Pedes meos subuertrũt oppresserũt quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerũt itinera mea: insidiati sũt mihi et pualuerunt: et non fuit qui ferret auxiliũ Quasi rupto muro et aperta ianua irruerũt super me: et ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sũ in nihilũ. Abstulisti quasi ventus desiderium meum: ⁊ velut nubes pertransijt salus mea. Nunc autem in memetipo marcescit anima mea: ⁊ possident me dies afflictõnis. Nocte os meuz perforatur doloribus: et qui comedũt me non dormiunt. In multitudine eorum cõsumit vestimẽtũ meũ: et quasi capitio tunice sic cinxerunt me. Cõpatus sum luto et assimilatus sũ fauille et cineri. Clamabo ad te et non exaudies me: sto et nõ respicies me. Mutatus es mihi in crudelem et in duritia manus tue aduersaris mihi Eleuasti me: et quasi super ventũ ponẽs elisisti me valide. Scio quia morti tradas me: vbi constituta est domus omni viuẽti Verũtamen nõ ad consumptionem eoruz emittis manum tuam: et si corruerit ipe saluabis. Flebam quondam super eo qui afflictus erat et compatiebatur aia mea pauperi. Expectabam bona et venerunt mihi mala: prestolabar lucem et erupert tenebre. Interiora mea efferbuerũt absq vlla requie: preuenerunt me dies afflictõnis. Merẽs incedebam: sine furore consurgens. ĩ turba clamaui. Frater fui draconum: et socius strutionum. Cutis mea denigrata est super me: et ossa mea aruerũt pre caumate. Versa est in luctum cythara mea: et organum meum in vocem flentium. Capitulum. XXXI.

Epigi fedus cũ oculis meis: vt ne cogitarez quidẽ de virgine. Quam em̃ partem haberet ĩ me deus desuper: ⁊ hereditate omnipotẽs de excelsis. Nunquid non perditio est iniquo: et alienatio opantibus iniustitiam: Nonne ipe considerat vias meas: ⁊ cũctos gressus meos dinumerat: Si ambulaui ĩ vanitate et festinauit in dolo pes me⁹: appendat me in statera iusta: ⁊ sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de via. etsi secutus est oculus meus cor meuz. etsi in manibo meis adhesit macula: seram. et alius comedat: et progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere: etsi ad ostium amici mei insidiatus sum: scortuz alterius sit vxor mea: et super illaz incuruentur alij Hoc enim nephas est et iniquitas maxima. ignis est vsq ad perditionem deuorans et omnia eradicans genimina. Si contempsi subire iuditium cum seruo meo et cuz ancilla mea: cum disceptarent

aduersum me. Quid em̄ faciā cū surrexe-
rit ad iudicādū deus: et cū quesierit quid
respondebo illi? Nūquid nō in vtero fecit
me qui et illū opatus est. et formauit me ī
vulua vnus? Si negaui qđ volebā paupi-
bus: et ocl'os vidue expectare feci. Si co
medi buccellā meam solus: et nō comedit
pupillus ex ea. Quia ab infantia mea cre
uit mecū miseratio: ⁊ đ vtero matris mee
egressa ē mecū. Si despexi p̄tereuntē eoꝝ
nō habuerit indumentū: ⁊ absq; operimē
to paupē. Si nō benedixerūt mihi latera
eius: et velleribus ouiū meaꝝ calefactus
est. Si leuaui sup pupillū manū meā etiā
cum viderē me in porta superiorez: hume
rus meus a iūctura sua cadat: et brachiū
meū cū suis ossibus ꝯfringat̄. Semp em̄
q̄si tumētes sup me fluctus timui deuz: et
pond⁹ ei⁹ ferre nō potui. Si putaui aurū
robur meū: ⁊ obrizo dixi fidutia mea. Si
letatus sū sup multis diuitijs meis: et q̄a
plurima reperit manus mea. Si vidi so-
lē cū fulgeret et lunā incedentē clare. ⁊ le-
tatū ē in abscondito cor meū: et oscultat⁹
sū manū meā ore meo. q̄ ē iniq̄tas maxīa
et negatio ꝯ deū altissimū. Si gauisus suz
ad ruinā eius q̄ me oderat: et exultaui ꝙ
inuenisset eū malū. Non eī dedi ad peccā-
dū guttur meū: vt expeterē maledicēs a-
nimā eius. Si nō dixerūt viri tabernacu
li mei: quis det de carnibus eius vt sature
mur. Foris non māsit pegrin⁹: ostiū meū
viatori patuit. Si abscondi q̄si hō pecca-
tū meū et celaui in sinu meo iniq̄tatē me-
az. Si expaui ad multitudinē nimiā: ⁊ đ-
spectō ꝓpinquoꝝ terruit me: ⁊ ñ magis ta
cui nec egress⁹ sū ostiū. Quis mihi tribuat
adiutorē vt desideriū meū audiat oīpotēs
⁊ libꝝ scribat ipe q̄ iudicat vt ī hūero meo
portē illuz ⁊ circūdē illā q̄si coronā mihi?
Per singl'os g̃d⁹ meos ꝓnūtiabo illū: ⁊ q̄i
p̄ncipi offerez eū. Si aduersū me t̄ra mea
clamat: ⁊ cū ip̄a sulci ei⁹ deflēt. Si fruct⁹
ei⁹ ꝯmedi absq; pecunia: et aīaz agricola-
rū ei⁹ afflixi ꝓ frumēto: oriat̄ mihi tribu-
lus. et ꝓ ordeo spina. Ca. XXXII.

Miserūt autē tres viri
isti respondere iob: eo ꝙ iust⁹ sibi
videretur. Et iratus indignatus-
q; ē heliu filius barachel buzites đ cogna
tōe ram. Iratus ē aūt aduersū iob eoꝝ iu
stū se esse diceret coram deo. Porro aduer
sum amicos eius indignatus est eoꝝ non
inuenissent responsionem rationabilē: sed
tantūmodo ꝯdemnassent iob. Igitur heliu
expectauit iob loquentez: eoꝝ seniores es-
sent qui loquebant̄. Cū at̄ vidisset ꝙ tres
respondere nō potuissent: iratus est vehe-
mēter. Respondēsq; heliu filius barachel
buzites dixit. Junior sum tēpore: vos at̄
antiquiores. Iccirco dimisso capite veri-
tus sū vobis indicare meā sentētiā. Spe-
rabam em̄ ꝙ etas ꝓlixior loqueret̄: et an-
noꝝ multitudo doceret sapientiā. Sed vt
video spiritus est in hominibus: et inspi-
ratō omnipotētis dat intelligentiā. Non
sūt longeui sapiētes: nec senes intelligūt
iuditiuz. Ideo dicā audite me: ostendam
vobis etiā ego meā scientiā. Expectaui eī
ꝑmones vestros audiui prudentiā vestrā
Donec disceptaremini sermonibus vr̄is:
et donec putabā vos aliquid dicere ꝯside-
rabā. Sed vt video nō ē qui possit argue-
re iob ⁊ respondere ex vobis ꝑmonibꝰ ei⁹
Ne forte dicatis inuenim⁹ sapientiā: deus
ꝓiecit eū non homo. Nihil locutus ē mihi
et ego nō ꝑm sermones vr̄os respondebo
illi. Extimuerūt: nec responderunt vltra:
abstulerūtq; a se eloquiū. Qm̄ igit̄ expe-
ctaui et nō sūt locuti. steterūt nec respon
derūt vltra: respondebo et ego partē meā
et ostendā scientiā meā. Plenus sū em̄ ser
moībus: et coartat me spiritus vteri mei
En venter meus q̄si mustū absq; spiracu-
lo: qđ lagunculas nouas dirūpit. Loquar
et respirabo paululū: apiam labia mea ⁊
respondebo. Non accipiā personā viri: et
deuz homini nō equabo. Nescio em̄ q̄diu
subsistam: etsi post modicuz tollat me fa
ctor meus. Ca. XXXIII.

Audi igitur iob eloquia
mea: et omnes sermōes meos au
sculta. Ecce apperui os meum: lo-
quatur lingua mea in faucibus meis. Sī
plici corde meo sermones mei: et sententi-
am labia mea puram loquentur. Spiri-
tus dei fecit me: et spiraculū omnipotētis
viuificauit me. Si potes responde mihi.
et aduersus faciem meā ꝯsiste. Ecce et me
sicut et te fecit deus: et de eodem luto ego
quoq; formatus sum. Verūtamen miracu
lum meum non te terreat: et eloquentia

mea non sit tibi grauis. Dixisti ꝯ ī auribꝰ meis: et vocē ꝺbox̄ tuox̄ audiui. Mundꝰ sū ego et absq; delictꝺ: īmaculatus. et nō est iniquitas in me. Quia querelas in me repit ideo arbitratus ē me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos: custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo ī quo nō es iustificatus. Respondebo tibi: quia maior sit deus hoīe. Aduersus eū ꝓtendis q̄ nō ad oīa verba respōderit tibi. Semel loquitur deus et secūdo idipm nō repetit. Per somnium in visione nocturna: qñ irruit sopor sup hoīes: et dormiūt in lectulo Tūc apit aures virorū et erudiēs eos instruit disciplina: vt auertat hoīez ab his que fecit. et liberet eū de supbia: eruēs animā eius a corruptōe. et vitā illius vt ñ trāseat in gladiū. Increpat q̄z p dolorē in lectulo: et omnia ossa eius marcescere facit. Abhominabilis ei fit ī vita sua panis et aīe illi⁹ cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius: et ossa q̄ tecta fuerāt nuda bunt̄. Appropinq̄bit corruptōi aīa ei⁹ q vita illius mortiferis. Si fuerit p eo angelus loquēs vnū de similibus vt annūtiet hominis equitatē: miserebit̄ eius et dicet Libera eū vt nō descēdat in corruptōnez. Inueni in q̄ eiꝓpitier. Cōsūpta ē caro ei⁹ a supplitijs: reuertatur ad dies adolescētie sue. Deprecabit̄ deū et placabilis ei erit: et videbit faciē eius in iubilo: q reddet homini iustitiā suā. Respitiet homines q dicet. Peccaui et vere deliqui: q vt eraz dignus nō recepi. Liberauit aīaz suā ne pgeret in interitū: sz viuēs lucē videret. Ecce hec oīa opat̄ de⁹ tribus vicibꝰ p singulos: vt reuocet aīas eox̄ a corruptōe: et illuminet luce viuentiū. Attende iob et audi me: et tace dū ego loquor. Si aūt habes q̄d loquaris responde mihi. Volo enīz te apparere iustū. Quod si nō habes audi me tace q docebo te sapientiā. Ca. XXXIIII

Pꝛonūtians itaq; he-
liu etiā hec locut⁹ ē. Audite sapiētes verba mea: et eruditi auscultate me. Auris enī verba pbat: et guttur escas gustu dīsudicat. Iudiciū eligam⁹ nobis: et inter nos videam⁹ quid sit melius Quia dixit iob iust⁹ suz: et deus subuertit iudiciū meū. In iudicādo enī me mendaciū ē: violēta ē sagitta mea absq; vllo peccato. Quis ē vir vt est iob qui bibit subsānatiōnē quasi aquā. qui gradit̄ cū opantibus iniq̄tatē et ambulat cuz viris ipīs Dixit enī. nō placebit vir deo: etiāsi cucurrerit cuz eo. Ideo viri cordati audite me. absit a deo impietas: et ab oīpotēte iniq̄tas. Opus enī hoīs reddet ei: q iuxta vias singulox̄ restituet eis. Vere enī deus non ꝓdemnabit frustra: nec oīpotēs subuertet iuditiū. Quē ꝓstituit aliū sup terram: aut quē posuit sup orbē quē fabricatus ē Si direxerit ad eū cor suū: spiritū illius et flatū ad se trahet. Defitiet oīs caro simul: et homo in cinerē reuertetur. Si habes ergo intellectū audi q̄d dicit̄: q ausculta vocē eloquij mei. Nūquid qui nō amat iuditiū sanari potest: Et quō tu eū qui iustus est intantū ꝓdemnas: Qui dicit regi apostata: qui vocat duces impios. Qui ñ accipit personas principū: nec cognouit tyrannū cū disceptaret ꝺ pauperz. Op⁹ enī manuū eius sūt vniuersi. Subito morientur: q in media nocte turbabunt̄ populi et ptrāsibūt et auferēt violentū absq; manu. Oculi enī eius super vias hominū: et oēs gressus eox̄ ꝓsiderat. Nō sūt tenebre et nō est vmbra mortis: vt abscondantur ibi qui opant̄ iniq̄tatē. Neq; enī vltra in hoīs potestate est vt veniat ad deū in iuditiū. Cōteret multos q innumerabiles: q istare faciet alios p eis. Nouit enī opa eoruz et iccirco inducet noctē q ꝓterētur. Quasi impios pcussit eos ī loco videntiū. Qui quasi de industria recesserūt ab eo. q oīs vias eius intelligere noluerūt vt puenire facerēt ad deum clamorē egeni: q audiret vocē paupū. Ipe enī ꝓcedente pacē. quis est qui ꝓdemnet: Et quo absconderit vultū: q̄s est qui ꝓtempletur eū: Et sup gentes q sup oēs homines. Qui regnare facit hoīez ypocritā ꝓpter peccata ꝑpli. Quia ꝯ ego locutus sū ad deū: te q̄z non phibebo. Si erraui tu doce me. Si iniq̄tatē locut⁹ sū: et vltra nō addā. Nūquid a te deus expetit eam: qz displicuit tibi: Tu enī cepisti loqui et nō ego. Quod siquid nosti meli⁹ loquere. Viri intelligētes loquātur mihi: et vir sapiēs audiet me. Job aūt stulte locutus est: et verba illius nō sonāt disciplinā. Pater mi: pbetuz iob vsq; ad finē: ne desinas ab hoīe iniq̄tatis: q addit sup pcā

sua blasphemiã. Inter nos interim pstrigatur: et tũc ad iuditiũ prouocet sermonibus suis deum. Capi. XXXV.

Ditur heliu hec rursus locutus est. Nũquid equa videtur tibi tua cogitatio: vt diceres iustior deo sum? Dixisti enĩ. Nõ tibi placet quod rectũ ẽ. Vel quid tibi proderit: si ego peccauero. Itaq; ego rñdebo sermonibus tuis. et amicis tuis tecũ. Suspice celũ et intuere et pspice ethera q altior te sit. Si peccaueris. quid ei nocebis? Etsi multiplicate fuerint iniqtates tue: quid facies ei eũ? Porro si iuste egeris. q̃d donabis ei aut quid de manu tua accipiet? Homini q̃ similis tui ẽ: nocebit impietas tua: et filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinẽ calũniatoꝝ clamabũt et eiulabũt ꝓpter vim brachij tyrannorum. Et non dixit vbi est deus qui fecit me qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos sup iumenta terre: et super volucres celi erudit nos. Ibi clamabũt et non exaudiet ꝓpter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet deus: et omnipotẽs causas singulorum intuebitur. Etiam cũ dixeris nõ considerat: iudicare coram illo et expecta eum. Nũc enim non infert furorem suum nec vlciscit scelus valde. Ergo iob frustra aperit os suũ: et absq; scientia verba multiplicat. Capi. XXXVI.

Adẽs quoq; heliu hec locutus est. Sustine me paululũ indicabo tibi. Adhuc eniꝫ habeo quod pro deo loquar. Repetam scientiaꝫ meam a principio: et operatorẽ meum ꝓbabo iustum. Vere enim absq; mendatio sermones mei: q perfecta scientia ꝓbabitur tibi. Deus potẽtes non abicit cum et ipe sit potens: sꝫ non saluat impios: et iuditiũ paupibus tribuit. Non auferet a iusto oculos suos: et reges in solio collocat in perpetuũ: et illic eriguntur. Etsi fuerit in cathenis q vinciant funibꝰ pauptatis indicabit. eis opera eoꝝ. et scelera eorũm: quia violenti fuerũt. Reuelabit q̃ aures eorũ vt corripiat: et loquetur vt reuertantur ab iniqtate. Si audierint q obseruauerint: complebunt dies suos in bono: et annos suos in gloria. Si aũt nõ audierit

transibunt per gladium: et consumentur in stultitia. Simulatores q callidi puocãt iram dei: neq; clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eoꝝ et vita eorum iter effeminatos. Eripiet ꝺ angustia sua paupem et reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime: et nõ habẽte fũdamentum subter se. Requies autẽ mense tue erit plena pinguedine. Causa tua q̃i impij iudicata est: causã iuditiũq; recipies. Nõ te g̃ supet ira vt aliquez oppримas: nec mltitudo donorum inclinet te. Depone magnitudinẽ tuam absq; tribulatione et omnes robustos fortitudine. Nec ptrahas noctẽ: vt ascendant populi p eis. Caue ne declines ad iniquitatẽ. Hanc enĩ cepisti sequi post miseriam. Ecce deus excelsus in fortitudine sua: et nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias ei? aut quis audet ei dicere opatus es iniqtatẽ? Memẽto q ignores opus eius de quo cecinerũt viri. Omnes homines vident eum: vnusq̃sq; intuetur procul. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram Numerus annoꝝ eius inestimabilis. Qui aufert stellas pluuie et effũdit ymbres istar gurgitum. Qui de nubibus fluũt que pterexũt cuncta desuper. Si voluerit extẽdere nubes quasi tentorium suum et fulgurare lumine suo desup: cardines quoq; maris operiet. Per hec enĩ iudicat populos: et dat escã mltis mortalibus. In manibus abscondit lucẽ: et pcipit ei vt rursꝰ adueniat. Annuntiat de ea amico suo q̃ possessio eius sit: et ad eaꝫ possit ascendere. Capitulum .XXXVII.

Uper hoc erpauit cor meum: et emotuꝫ est de loco suo. Audiet auditionem in terrore vocis eius: et sonũ de ore illius procedẽtem. Subter omnes celos ipe pspicerat: et lumẽ illius super termios terre. Post eũ rugiet sonit? tonabit voce magnitudinis sue et nõ inuestigabit cum audita fuerit vox eius. Tonabit deus ĩ voce sua mirabiliter qui facit magna et inscrutabilia. Qui pcepit niui vt descendat in terram: q hiemis pluuijs et ymbri fortitudinis sue. Qui in manu omniuꝫ hominũ signat vt noverit singuli opa sua. Ingredietr bestia latibulũ

suum: et in antro suo morabitur. Ab ĩterioribus egredietur tẽpestas: et ab arcturo frigus. flante deo ꝯcrescit gelu: et rursũ latissime fundũtur aque. Frumentum desiderat nubes: ⁊ nubes spargũt lumẽ suum. Que lustrãt cũcta ꝑ circuitũ quocũqꝫ eas volũtas gubernãtis duxerit ad oẽ qđ ꝑcepit illis sup faciẽ orbis terraꝝ: siue ĩ vna tribu siue ĩ terra sua. siue ĩ quocũqꝫ loco misericordie sue eas iusserit inueniri Ausculta hec iob: sta et ꝯsidera mirabilia dei. Nunq̃d scis quãdo ꝑcepit deus pluuijs vt ostenderẽt lucẽ nubiũ eius? Nũquid nosti semitas nubiũ magnas et ꝑfectas sciẽtias? Nonne vestimenta tua calida sũt cũ ꝑflata fuerit terra austro? Tu forsitan cũ eo fabricatus es celos: qui solidissimi q̃siere fusi sũt. Ostẽde nobis quid dicamus illi. Nos quippe ĩuoluimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiamsi locutus fuerit homo deuorabit̃ at nũc nõ vident lucẽ. Subito aer cogetur in nubes: ⁊ vẽtꝰ trãsiens fugabit eas. Ab aquilone auruꝫ venit: et a deo formidolosa laudatio. Digne eũ inueniri nõ possumꝰ. Magnus fortitudine ⁊ iuditio et iustitia: et enarrari nõ potest. Ideo timebũt eũ viri: ⁊ nõ audebũt eũ ꝯtẽplari oẽs q̃ sibi vident̃ eẽ sapientes.

Capitulum .XXXVIII.

Respondẽs aũt dominꝰ iob de turbine dixit. Quis est iste inuoluẽs sentẽtias sermonibus ĩperitis? Accinge sicut vir lũbos tuos: interrogabo te et responde mihi. Ubi eras qñ ponebã fũdamẽta terre? Indica mihi si habes ĩtelligentiã. Quis posuit mensuras eius si nosti: vel quis tetẽdit sup eam lineam? Super quo bases illius solidate sũt? Aut quis dimisit lapidẽ ãgularẽ eius cũ me laudarẽt simul astra matutina: et iubilarẽt omnes filij dei? Quis cõclusit ostijs mare qñ erũpebat quasi de vulua ꝓcedens cũ ponerẽ nubem vestimentũ eiꝰ: ⁊ caligine illud quasi pannis infantie obuoluerẽ? Circũdedi illud terminis meis: et posui vectẽ et ostia: et dixi. Usqꝫ huc venies ⁊ nõ ꝓcedes amplius: ⁊ hic ꝯfringes tumẽtes fluctus tuos. Nũquid post ortũ tuũ ꝑcepisti diluculo ⁊ ostẽdisti aurore locũ suũ: nũquid et tenuisti ꝯcutiẽs extrema terre: excussisti impios ex ea? Restituetur vt lutũ signaculũ: et stabit sicut vestimentũ. Auferet̃ ab ĩpijs lux sua: ⁊ brachiũ excelsũ ꝯfringetur. Nũquid ingressꝰ est ꝓfundũ maris: et in nouissimis abijssi deambulasti? Nũquid aperte sũt tibi porte mortis: et ostia tenebrosa vidisti? Nunquid ꝯsiderasti latitudinem terre? Indica mihi si nosti om̃ia ĩ qua via lux habitet ⁊ tenebraꝝ quis locus sit: vt ducas vnũqđqꝫ ad terminos suos: ⁊ intelligas semitas domus eius? Sciebas tũc q̃ nasciturus esses: et numerũ dieꝝ tuoꝝ noueras? Nũq̃d ĩgressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti: q̃ ꝑparaui in tempꝰ hostis. in diẽ pugne et belli: Per quam viam spargitur lux. diuiditur estus sup terram? Quis dedit vehementissimo ÿmbri cursũ et viam sonãtis tonitrui: vt pluẽt sup terrã absqꝫ homine in deserto vbi nullus mortaliũ cõmorat̃: vt impleret inuiã et desolatam. et ꝓduceret herbas virentes Quis est pluuie pater: vel quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa ẽ glacies: et gelu de celo quis genuit? In similitudinẽ lapidis aque durantur: et supfities abÿssi ꝯstringitur. Nũquid ꝯiũgere valebis micantes stellas pliades. aut girum arcturi poteris dissipare? Nũq̃d ꝓducis luciferũ in tempore suo: ⁊ vesperũ sup filios terre ꝯsurgere facis? Nũquid nosti ordinẽ celi: et pones rationẽ eius in terra? Nũquid eleuabis in nebulam vocem tuam: et impetus aquarum operiet te? Nũquid mittes fulgura ⁊ ibũt et r̃uertẽtia dicẽt tibi assumꝰ? Quis posuit in visceribus hoĩs sapientiam: vel quis dedit gallo intelligẽtiam? Quis enarrabit celoꝝ rationem: et ꝯtentuꝫ celi quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terrã et glebe ꝯpingebantur? Nũquid capies leene predam ⁊ animã catuloꝝ eius implebis: quãdo cubant in antris ⁊ in specubus insidiantur? Quis ꝑparat coruo escam suam: quando pulli eius clamãt ad deũ vagantes: eo q̃ non habeant cibos.

.XXXIX.

Nunquid nosti tempus partus ibicũ ĩ petris: vel parturientes ceruas obseruasti. Dinumerasti menses conceptus earũ et scisti tempus partꝰ eaꝝ? Incuruantur ad fetum et pariũt: et rugitus emittunt. Sepant̃ filij

eaꝝ et ꝑgũt ad pastũ: egrediunt̃ et nõ re
uertent̃ ad eas. Quis dimisit onagrũ li-
berũ: et vincula eius quis soluit? Cui dedi
in solitudine domũ: et tabernacula eius ĩ
terra salsuginis. Cõtemnit multitudinem
cĩtatis: clamorẽ exactoris nõ audit. Cir-
cũspicit mõtes pascue sue: ⁊ virẽtia que-
qꝫ ꝑq̃rit. Nũquid volet rinoceros seruire
tibi: aut morabit̃ ad p̃sepe tuũ? Nunquid
alligabis rinocerotã ad arandũ loro tuo
aut ꝯfringet glebas valliũ pᵒte? Nũquid
fidutiã habebis in magna fortitudĩe eiᵒ?
Et derelinques ei labores tuos? Nunquid
credes illi qm̃ sementẽ reddet tibi: et areã
tuã ꝯgreget? Pẽna strutõis similis ẽ pen
nis herodij et accipitris. Qñ d̃relĩquit o-
ua sua in terra: tu forsitan ĩ puluere cale-
facies ea? Obliuiscitur ꝙ pes cõculcet ea:
aut bestia agri ꝯterat. Durat̃ ad filios su
os quasi nõ sint sui: frustra laborauit nul
lo timore cogẽte. Priuauit em̃ eã deus sa-
piẽtia: nec dedit illi intelligẽtiã. Cũ tem-
pus fuerit ĩ altũ alas erigit: deridet equũ
⁊ ascensorẽ eius. Nũquid p̃bebis equo for
titudinẽ: aut circũdabis collo eiᵒ hĩnitũ
Nunq̃d suscitabis eũ quasi locustas? Glo
ria nariũ eius terror: terrã vngula fodit
Exaltat audacter: in occursũ pergit ar-
matis. Cõtemnit pauorem: nec cedit gla
dio. Sup ipsum sonabit pharetra: vibra-
bit hasta ⁊ clipeus. Feruẽs et fremens sor
bet terraꝫ: nec reputat tube sonare clan-
gorem. Vbi audierit bucinã dicit vah: ꝓ-
cul odoratur bellũ exhortationẽ ducum:
et vlulatũ exercitus. Nũquid ꝑ sapienti-
am tuam plumescit accipiter: expandens
alas suas ad austrũ? Nũquid ad preceptũ
tuũ eleuabitur aquila: et in arduis ponet
nidũ suũ? In petris manet. et in p̃ruptis
silicibus ꝯmorat̃: atqꝫ inaccessis rupibꝰ.
Inde ꝯtẽplat̃ escã: et delõge oculi eiᵒ ꝓspi
tiũt. Pulli eiᵒ lambũt sanguinẽ: et vbicũ-
qꝫ cadauer fuerit statim adest. Et adiecit
dñs: et locutᵒ ẽ ad iob. Nũquid qui ꝯten-
dit cũ deo: tam facile ꝯquiescit? Vtiqꝫ qui
arguit deũ debet et respondere ei. Respon
dens aũt iob dño dixit. Qui leuiter locu
tus sũ. respondere quid possum? Manum
meã ponã sup os meũ. Vnũ locutus sum
qd̃ vtinã nõ dixissẽ: et alteꝝ: quibus vltra
non addam. Capi. XXXX.

Respondẽs aũt dominᵒ
Iob de turbine dixit. Accinge si-
cut vir lũbos tuos: interrogabo
te et indica mihi. Nũquid irritum facies
iuditiũ meũ: et ꝯdemnabis me vt iustifice
ris? Etsi habes brachiũ sicut deus et voce
simili tonas: circũda tibi decorẽ et ĩ subli
me erigere: et esto gloriosus et speciosus
induere vestibus. Disperge supbos ĩ furo
re tuo et confũde eos: et respitiẽs omnem
arrogantẽ humilia. Respice cũctos super-
bos et ꝯfũde eos: ⁊ ꝯtere ĩpios ĩ loco suo.
Absconde eos in puluere simul: et facies
eoꝝ demerge in foueã. ⁊ ego cõfitebor ꝙ
saluare te possit dextera tua. Ecce behe-
moth quẽ feci tecũ: fenũ q̃si bos comedet.
Fortitudo eius ĩ lũbis eiᵒ: ⁊ virtᵒ illiᵒ ĩ vm
bilico vẽtris eiᵒ. Stringit caudaꝫ suã q̃si
cedrũ: nerui testiculoꝝ eiᵒ ꝑplexi sũt. Ossa
eius velut fistule eris: cartilago illiᵒ qua-
si lamine ferree. Ip̃e ẽ principiũ viaꝝ dei
Qui fecit eũ applicabit gladiuꝫ eius: huic
montes herbas ferũt. Omnes bestie agri
ludẽt ibi: sub vmbra dormit in secreto cala
mi: ĩ locis humẽtibꝰ. Protegũt vmbre vm
brã eius: circũdabũt eũ salices torrentis.
Ecce absorbebit fluuiũ ⁊ ñ mirabit̃: et ha
bet fidutiã ꝙ ĩfluat iordanis in os eiᵒ. In
oculis eius quasi hamo capiet eũ: et ĩ su-
dibus ꝑforabit nares eius. An extrahere
poteris leuiathan hamo: et fune ligabis
linguã eius. Nũq̃d pones circulũ ĩ naribꝰ
eius: armilla ꝑforabis maxillã eiᵒ? Nun-
quid multiplicabit ad te p̃ces: vt loquet̃
tibi mollia? nũq̃d feriet tecũ pactũ: ⁊ acci
pies eũ seruũ sempiternũ? Nũquid illudes
ei quasi aui: aut ligabis eũ ancillis tuis.
Concidẽt eũ amici: diuidẽt illũ negotiato
res. Nũq̃d ĩplebis sagenas pelle eiᵒ: ⁊ gur
gustiũ pisciũ capite illius? Pones sup eũ
manũ tuã? Memẽto belli: nec vltra addas
loqui. Ecce spes eius frustrabit̃ eũ: ⁊ vidẽ
tibus cũctis: p̃cipitabitur. Ca. XLI.

Non quasi crudelis su-
scitabo eum. Quis enim resistere
potest vultui meo: et quis ante d̃-
dit mihi vt reddam ei? Omnia que sub ce-
lo sunt: mea sunt. Non parcam ei ⁊ verb̃
potentibꝰ: et ad deprecandum compositis
Quis em̃ reuelabit faciem indumenti eiᵒ?

Et ī mediū oris eius q̄s intrabit: Portas
vultus ei⁹ q̄s aperiet: Per girū dentiū ei⁹
formido: corpus illius quasi scuta fusilia:
⁊ cōpactū squamis se p̄mētibo. Una vni cō
iūgit: ⁊ ne spiraculū quidē incedit p̄ eas.
Una alteri adherebit: et tenētes se nequa
q̄ sepabunt. Sternutatō ei⁹ splēdor ignis
et oculi eius vt palpebre diluculi. De ore
eius lāpades p̄cedūt: sicut tede ignis accē-
se de maibus eius p̄cedit fum⁹: sicut olle
succēse atq̄ feruētes. Halit⁹ ei⁹ p̄runas ar-
dere facit: et flamma de ore ei⁹ egredit. In
collo eius morabitur fortitudo: et faciem
ei⁹ p̄cedit egestas: mēbra carniū ei⁹ cohe-
rētia sibi. Mittet ī eū fulmina: et ad locum
aliū nō ferent. Cor eius indurabit tanq̄
lapis: ⁊ stringet quasi malleatoris incus.
Cū sublat⁹ fuerit: timebūt angeli. ⁊ terri
ti purgabūtur. Cū apprehēderit eū gladi⁹
subsistē nō poterit: neq̄ hasta neq̄ thorax.
Reputabit ei q̄si paleas ferrū: ⁊ q̄si lignū
putridū es. Nō fugabit eū vir sagittari⁹:
in stipulā versi sūt ei lapides fūde. Quasi
stipulā estimabit malliū: ⁊ deridebit vibrā
do hastā. Sub ipo erūt radij solis: et ster-
net sibi aur̄ q̄si lutū. Feruescere faciet q̄si
ollā p̄fundū mare: ponet quasi cū vngen-
ta buliūt. Post eū lucebit semita: estima-
bit abyssū q̄si senescentē. Nō ē sup terrā po
testas q̄ cōpet ei: q̄ factus ē vt nullū timēt
Omne sublime videt: ipe ē rex sup vniuer-
sos filios superbie. Ca. XLII.

Respondens autē Iob
dño dixit. Scio q̄ oīa potes: ⁊
nulla te latet cogitatō. Quis ē iste
q̄ celat cōsiliū absq̄ sciētia? Ideo insipiēter
locut⁹ sū. ⁊ q̄ vlt̄ modū excederēt scīa mea
Audi et ego loq̄r: ītrogabo te ⁊ rñde mi
hi. Auditu auris audiui te: nūc aūt ocu-
lus meus videt te. Iccirco ipe me repben
do: ⁊ ago pniaz ī fauilla et cinere. Postq̄
aūt locut⁹ ē deus verba hec ad iob: dixit ad
elipbaz themanītem. Irat⁹ ē furor me⁹ ī te.
⁊ ī duos amicos tuos: qm̄ nō estis locuti
corā me rectū sicut seruus me⁹ iob. Sumi
te ergo vobis septē thauros ⁊ septē arie-
tes ⁊ ite ad p̄uū meū iob: ⁊ offerte olocau
stū p̄ vobis. Iob aūt p̄uus me⁹ orabit p̄ vo
bis. Faciē ei⁹ suscipiā: vt nō vobis impu-
tet stultitia. Neq̄ em̄ locuti estis ad me re
cta sicut seruus meus iob. Abierūt ergo
eliphas themanites ⁊ baldath suites ⁊ so
phar naamathites et fecerūt sicut locut⁹
fuerat dñs ad eos: et suscepit de⁹ faciem
iob. Dñs q̄z uersus ē ad pniaz iob cū o-
raret p̄ amicis suis. Et addidit dñs oīa
q̄cūq̄z fuerāt iob duplicia. Venerūt aūt ad
eū omnes frēs sui ⁊ vniuerse sorores sue ⁊
cūcti q̄ nouerāt eū p̄us: ⁊ p̄medērūt cū eo
panē in domo eius. Et mouerūt sup eum
caput: et p̄solati sūt eū sup omni malo q̄d
intulerat dñs sup eū: et dederūt ei vnusq̄s
q̄z ouē vnā et inaurē aureā vnā. Dñs aūt
benedixit nouissimis iob: magisq̄ p̄ncipio ei⁹. Et facta sūt ei q̄tuordecī milia oui
um. et sex milia camelorum. et mille iuga
boū. et mille azine: et fuerūt ei septē filij ⁊
tres filie. Et vocauit nomē vnius die: ⁊ no
mē secūde cassiam: et nomē tertie cornu-
stibij. Nō sūt aūt inuēte mulieres speciose
sicut filie iob: in vniuersa terra. Deditq̄
eis pater suus hereditatem inter fratres
earū. Vixit autē iob post hec centumqua
draginta annis: et vidit filios suos et fili
os filiorum suorum vsq̄ ad quartam ge-
nerationem: et mortuus est senex et plen⁹
dierum. Explicit liber iob.

Incipit p̄logus beati hieronimi p̄sbi
teri in psalterium.

Psalteriū rome cū
dū posit⁹ emēdarā: ⁊ iuxta se-
ptuagīta interp̄tes. licz cursi:
magna tñ ex p̄te correxeram.
Quod quia rursū videtis o paula et eusto
chiū scriptor̄ vitio depuatū. plusq̄ anti-
quuz errorē q̄ nouā emēdatōz valere me
cogitis: ⁊ veluti quodā nouali. scissū iam
aruū exerceā. ⁊ obliquis sulcis renascētes
spinas eradicē: equū ee dicētes. vt q̄d cre-
bro pullulat crebrius succidat. Vñ p̄sue-
ta p̄uatōe cōmoneo taz vos q̄bus fortē la
bor iste desudat: q̄ eos q̄ exemplaria isti-
usmodi habē voluerīt: vt q̄ diligēter emē
dauī: cū cura et diligētia trāscribant. No-
tet sibi vnusq̄sq̄z vel iacentē lineaz. vel ra-
diātia signa. i. oboelos vel astericos: et v-
bicūq̄z viderit virgulā p̄cedentē. ab ea vsq̄z
ad duo pūcta q̄ impssim⁹. sciat in septua-
gīta trāslatoribz plus haberi: vbi aūt p̄spe
xerit stelle similitudinē. ō hebreis volumi
nibz addītū nouerit eq̄ usq̄z ad duo pūcta
iuxta theoditionis dumtaxat editionem.

qui ſimplicitate ſermonis a ſeptuagita interpretibus non diſcordat. Hec ergo q̄ vobis et ſtudioſo cuiq̄ feciſſe me ſciens. non ambigo multos fore. qui vel īuidia vel ſupcilio malent ꝓtemnere et vitare p̄clara q̄ diſcere: et de turbulētō magis riuo q̄ de puriſſimo fonte potare. Explicit ꝓlog⁹.

¶ Incipit liber hȳmnoꝝ vel Soliloquiorum. Pſalmus prim⁹.

BEatus vir qui nō abȳt in cōſilio impiorꝝ: et in via peccatorū nō ſtetit: et ī cathedra peſtilentie nō ſedit. Sed ī lege domini volūtas eius: et in lege ei⁹ meditabitur die ac nocte. Et erit tanq̄ lignū quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarū: quod fructuꝝ ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet: et oīa quecūq̄ faciet. ꝓſperabunt. Nō ſic impij non ſic: ſed tanq̄ puluis quem proicit vētus a facie terre. Ideo non reſurgunt impij in iuditio: neq̄ peccatores in conſilio iuſtorꝝ. Quoniam nouit dom⁹ viaꝝ iuſtorꝝ: et iter īpiorꝝ pibit. Pſalm⁹ dō. II.

QVare fremuerūt gentes: et populi meditati ſūt inania Aſtiterūt reges terre et p̄ncipes conuenerūt in vnū: aduerſus dn̄m q aduerſus xp̄m ei⁹. Dirūpamus vincula eorꝝ: et proiiciamus a nobis iugū ipsorū. Qui habitat in celis irridebit eos: et dominus ſubſānabit eos. Tūc loquet ad eos in ira ſua et in furore ſuo ꝓturbabit eos. Ego autē ꝓſtitutus ſū rex ab eo ſuper ſyon montē ſanctum eius: predicans preceptum eius Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula a me et dabo tibi gētes hereditatem tuam: et poſſeſſionem tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea: et tanq̄ vas figuli cōfringes eos. Et nūc reges intelligite: erudimini q̄ iudicatis terrā. Seruite domino in timore: et exultate ei cū tremore. Apprehēdite diſciplinām nequando iraſcatur dom⁹: et pereatis de via iuſta. Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes qui confidūt in eo. ¶ Pſalmus dauid cum

fugeret a facie Abſalon filij ſui. III.

DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me: multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicūt anime mee: non eſt ſalus ipſi in deo ei⁹ Tu aūt domine ſuſceptor meus es: gloria mea q exaltans caput meū. Voce mea ad dn̄m clamaui: et exaudiuit me de mōte ſancto ſuo. Ego dormiui et ſoporatus ſum: q exurrexi quia dom⁹ ſuſcepit me. Non timebo milia populi circūdantis me: exurge domine ſaluum me fac de⁹ meus. Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſātes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum cōtriuiſti. Domini ē ſalus: et ſuper populuꝝ tuum benedictio tua. ¶ In finem in carminibus pſalmus dauid. IIII.

CVm inuocarem exaudiuit me deus iuſtitie mee: in tribulatione dilataſti mihi. Miſerere mei: et exaudi orationem meam. Filij hominū vſqz quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendatium: Et ſcitote q̄m mirificauit dominus ſanctū ſuum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eū. Iraſcimini et nolite peccare: q̄ dicitis in cordibus vr̄is et ī cubilibꝰ veſtris cōpungimini. Sacrificate ſacrificium iuſtitie et ſperate in dn̄o: multi dicūt q̄s oſtendit nobis bona: Signatū eſt ſup nos lumē vultus tui domine: dediſti letitiā in corde meo. A fructu frumēti vini q olei ſui: multiplicati ſūt. In pace in idipm dormiā et requieſcā. Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me ¶ In finem pro ea que hereditatez conſequitur Pſalmus Dauid. V.

VErba mea auribus percipe dn̄e: intellige clamorē meuz. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo dn̄e: mane exaudies vocē meam. Mane aſtabo tibi et videbo: quoniam nō de⁹ volens iniquitatem tu es. Neq̄ habitabit iuxta te malignus: neq̄ permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatē: perdes omnes qui loquuntur mendatiū. Virum ſanguinuz et doloſum abhominabitur dominus: ego autem in multitudine miſericordie tue.

Introibo in domum tuam: adorabo ad tẽplum sanctũ tuum in timore tuo. Dñe deduc me in iustitia tua: ꝓpter inimicos meos dirige in ꝓspectu tuo viam meaz. Quñ non est in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanũ est. Sepulcrum patens ẽ guttur eorũ: liguis suis dolose agebãt: iudica illos deus. Decidant a cogitationibo suis: ꝑm multitudinẽ impietatum eoꝝ expelle eos: quoniã irritauerũt te domine. Et letẽtur oñs qui sperãt in te: inetternũ exultabũt ⁊ habitabis in eis. Et gloriabunt in te omnes qui diligunt nomen tuũ: qñ tu benedices iusto. Domine: vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. ℣ In finem in carminibus pro octaua psalmus Dauid. VI.

Domine ne in furore

tuo arguas me: neqꝫ ĩ ira tua corripias me. Miserere mei dñe qñ infirmus sum: sana me domine quoniam cõturbata sunt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: et tu domine vsqꝫquo: Conuertere domine et eripe animam meã: saluũ me facꝫpter misericordiam tuã. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: ĩ inferno autẽ quis cõfitebitur tibi: Laborani in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lacrimis meis stratum meũ rigabo. Turbatus ẽ a furore oculus meus: inueterani inter oñs inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ: qñ exaudiuit dominus vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deꝑcatoꝝ meã: dominus oratõez meã suscepit. Erubescant et cõturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertanꝫ ⁊ erubescãt valde velociter ℣ In finẽ psalmus Dauid quẽ cãtauit domino ꝓ verbis chusi filij Gemini. VII.

Domine deus me⁹ in te

speraui: saluũ me fac ex omnibus psequentibo me ⁊ libera me. Neqñ rapiat vt leo animã meã: dũ nõ est q redimat neqꝫ qui saluũ faciat. Domine deus me⁹ si feci istud: si ẽ iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala: decidam merito ab ĩimicis meis ĩanis Persequatꝫ inimicus animam meã ⁊ cõprehendat et conculcet in terra vitaz meam: ⁊ gloriã meã in puluerẽ deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicoꝝ meoꝝ. Exurge dñe de⁹ me⁹ in ꝓcepto qđ mandasti: et synagoga populoꝝ circũdabit te. Et propter hãc in altũ egredere: dominus iudicat populos. Judica me domine ꝑm iustitiã meam: et ꝑm ĩnocentiam meã sup me. Consumetur nequitia peccatoꝝ: et diriges iustuz scrutãs corda et renes deus. Justũ adiutoriũ meũ a domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiẽs: nũqđ irascetur p singulos dies: Nisi puersi fueritis gladiũ suũ vibrabit: arcũ suũ tetendit et parauit illũ. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardẽtibo effecit. Ecce parturit iniustitiã: concepit dolorem ⁊ pepit iniqtatẽ. Lacũ aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et ĩ verticem ipius iniquitas eius descendet. Confitebor domino ꝑm iustitiã eius: ⁊ psallã nomini domini altissimi. ℣ In finẽ psalmus Dauid p torcularibus. VIII.

Domine domin⁹ noster

qꝫ admirabile est nomẽ tuũ ĩ vniuersa terra. Quoniã eleuata ẽ magnificentia tua: super celos. Ex ore infãtiũ et lactantiũ pfecisti laudẽ ꝓpter inimicos tuos: vt destruas inimicũ et vltorem. Qñ videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ lunam ⁊ stellas que tu fũdasti. Quid ẽ hõ qꝫ memor es eius: aut fili⁹ hominis qñ visites eum: Minuisti eũ paulomin⁹ ab angelis gloria et honore coronasti eũ: ⁊ ꝓsti tuisti eũ sup opa manuũ tuaꝝ. Oñia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi. Uolucres celi et pisces maris: q pambulãt semitas maris. Domĩe domin⁹ noster: qꝫ admirabile ẽ nomẽ tuũ in vniuersa terra.

℣ In finẽ p occultis filij. ps dauid. IX.

Confitebor tibi domine

in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Letabor et exultabo ĩ te: psallã nomini tuo altissime. In cõuertẽdo inimicũ retrorsũ: infirmabũtur ⁊ peribũt a facie tua. Quoniã fecisti iudicium meum et causam meã: sedisti sup thronũ q iudicas iustitiã. Increpasti gẽtes et perijt impius: nomẽ eoꝝ delesti inetternuz et in seculum seculi. Inimici defecerunt

framee in finē: et ciuitates destruxisti. Perijt mēoria eorum cū sonitu: ⁊ dominꝰ ineternū ꝑmanet. Parauit in iuditio thronum suū: et ipe iudicabit orbē terre in equitate iudicabit populos in iustitia. Et factꝰ ē dñs refugiū pauꝑi: adiutor in oportuītatibus in tribulatōe. Et sperēt in te q̄ nouerūt nomē tuū: qm̄ nō dereliquisti querētes te dñe. Psallite dño q̄ habitat ī syō: annūtiate inter gētes studia eiꝰ. Qm̄ req̄rēs sāguinē eorum recordatus ē: nō ē oblitꝰ clamorē pauꝑum. Miserere mei domine: vide humilitatē meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: vt annūtiem omnes laudatōnes tuas ī portis filie syon. Exultabo in salutari tuo: infixe sūt gētes in interitu quez fecerūt. In laqueo isto quē absconderūt: ꝯprehēsus ē pes eorum. Cognoscet̄ dñs iuditia faciēs: ī oꝑibus manuū suarum ꝯprehensus ē peccator. Cōuertantur peccatores in īfernū: omnes gentes que obliuiscunt̄ deum. Qm̄ nō in finē obliuio erit pauꝑis: patientia pauꝑis non ꝑibit in finem. Exurge domine non ꝯfortetur homo: iudicentur gentes in ꝯspectu tuo. Constitue domine legislatorem suꝑ eos: vt sciant gentes quoniā homines sūt. Vt quid domine recessisti longe: despicis in oportunitatibꝰ ī tribulatōe. Cū suꝑbit impius īcenditur pauper: comprehendunt̄ in ꝯsilijs q̄bus cogitant. Quoniam laudatur peccator ī desiderijs anime sue: et iniquus benedicitur. Exacerbauit dñm peccator: ꝑm multitudinē ire sue nō queret. Nō ē deus ī ꝯspctu eius: inquinate sūt vie illius ī omni tempore. Auferunt̄ iuditia tua a facie eiꝰ: omnium inimicorum suorum dñabitur. Dixit em̄ in corde suo: non mouebor a generatōne in generatōz sine malo. Cuius maledictōe os plenū est et amaritudine ⁊ dolo sub lingua eius labor et dolor. Sedet ī insidijs cū diuitibus ī occultis: vt interfitiat innocentē. Oculi eius in pauꝑez respitiūt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelūca sua. Insidiatur vt rapiat pauꝑez rapere pauꝑem dū attrahit eum. In laq̄o suo humiliabit eū: inclinabit se ⁊ cadet cū dñatus fuerit pauꝑum. Dixit em̄ in corde suo oblitus est deus: auertit faciem suā ne videat in finē. Exurge domine deus et exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperū. Propter quid irritauit impius deū Dixit em̄ in corde suo non r̄quiret. Vides quoniā tu laborē et dolorē ꝯsideras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus ē pauper: orphano tu eris adiutor. Cōtere brachiū peccatoris et maligni: queret̄ peccatū illius et nō inuenie t̄. Dominꝰ regnabit ineternū et inseculuz seculi: peribitis gentes de terra illius. Desideriū pauꝑum exaudiuit dominus: p̄paratōz cordis eorum audiuit auris tua. Iudicare pupillo ⁊ humili: vt nō apponat vltra magnificare se homo super terram. ¶ In finē. p̄s. dd. X.

In domino cōfido quomodo dicitis anime mee: trāsmigra ī mōtem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: ꝑauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Qm̄ que ꝑfecisti destruxerūt: iustus aūt quid fecit? Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius. Oculi eius in pauꝑem respitiunt: palpebre eius interrogāt filios hominū. Dominus interrogat iustuz et impium: qui aūt diligit iniquitatez odit animā suam. Pluet suꝑ peccatores laqueos: ignis et sulphur et spiritus ꝓcellarū pars calicis eorum. Qm̄ iustus dominus et iustitias dilexit: equitatē vidit vultus eius. In finem psalmus Dauid pro octaua. .XI.

Saluuz me fac domine qm̄ defecit sanctus: qm̄ diminute sūt veritates a filijs hominū. Vana locuti sūt vnusq̄sq; ad ꝓximū suum: labia dolosa in corde et corde locuti sūt. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: ⁊ linguam magniloquam. Qui dixerūt linguā nostrā magnificabimus: labia nr̄a a nobis sūt: quis noster dñs ē? Propter miseriā inopū et gemitū pauꝑum: nūc exurgam dicit dominus. Ponā in salutari: fidutialiter agam in eo. Eloquia dñi eloq̄a casta: argentū igne examinatū probatuz terre purgatum septuplum. Tu domine seruabis nos et custodies nos: a generatione hac ineternū. In circuitu impij ambulant: ꝑm altitudinem tuam multiplicasti filios hoīm. ¶ In finē. p̄s. dauid. XII.

Vsqzquo domine obliuisceris me in finez: vsqzquo auerteris faciez tuam a me? Quamdiu ponam ꝯsilia in anima mea: dolorez in corde meo per diem? Vsqzquo exaltabitur inimicus meꝰ super me? respice et exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: nequando dicat inimicus meus p̃ualui aduersus eũ Qui tribulant me exultabunt si motꝰ fuero: ego autem in misericordia tua speraui Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini domini altissimi. ¶ In finez psalmus ip̃i Dauid. .XIII.

Dixit insipiẽs in corde suo non est deus. Corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sunt in studijs suis: nõ ẽ qui faciat bonum nõ est vsqz ad vnuz. Dñs de celo ꝓspexit sup̱ filios hominũ: vt videat si est intelligens aut requirẽs deum. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sũt: non est qui faciat bonũ non est vsqz ad vnũ. Sepulcrũ patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebãt venenũ aspidũ sub labijs eoꝝ. Quorũ os maledictione et amaritudine plenũ ẽ: veloces pedes eoꝝ ad effundendũ sanguinez Cõtritio et ĩfelicitas ĩ vijs eoꝝ: ⁊ viã pacis nõ cognouerũt: nõ ẽ timor dei ante oculos eoꝝ. Nõne cognoscẽt oẽs qui op̱antur iniq̃tatẽ: q̃ deuorãt plebẽ meã sicut escã panis? Dñm nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor. Qm̃ dñs in generatõe iusta ẽ: ꝯsiliũ inopis ꝯfudistis: qm̃ dñs spes eius ẽ. Quis dabit ex syon salutare isrl̃? cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis sue exultabit iacob ⁊ letabit̃ isrl̃. ¶ In finẽ psalmꝰ Dauid. .XIIII.

Intellectus etham iezrahelite. lxxxviij.

Misericordias domini.

Mineternũ cãtabo. In generatõe et generatõz: annũciabo veritatẽ tuam in ore meo. Qm̃ dixisti ĩeternũ miscdia edificabit̃ ĩ celis: p̃parabit̃ veritas tua in eis. Disposuit testamẽtũ electis meis: iuraui dd̃ ꝟuo meo vsq; ineternũ p̃parabo semen tuũ. Et edificabo in generatõne ⁊ generatõz: sedem tuam. Confitebunt̃ celi mirabilia tua dñe: etem̃ veritatẽ tuam in ecclesia sanctoꝝ. Qm̃ q̃s ĩ nubibus equabit̃ dño: similis erit deo in filijs dei. Deus qui glorificat̃ in consilio sanctoꝝ: magnꝰ ⁊ terribilis super omnes q̃ in circuitu eiꝰ sunt. Dñe deus virtutũ quis similis tibi: potẽs es dñe: et veritas tua in circuitu tuo. Tu dñaris potestati maris: motũ at̃ fluctuũ eiꝰ tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratũ sup̃buz: in brachio virtutis tue dispsisti inimicos tuos. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinẽ eiꝰ tu fũdasti: aq̃lonez et mare tu creasti. Thabor et hermon in noĩe tuo exultabũt: tuũ brachiũ cuz potentia. Firmet̃ manꝰ tua ⁊ exaltet̃ dextera tua: iusticia ⁊ iudiciũ prepatio sedis tue. Misericordia et veritas precedent faciem tuaz: beatus ꝓplus q̃ scit iubilatõnez. Dñe in lumine vultꝰ tui ambulabunt: et in noĩe tuo exultabũt tota die: et in iusticia tua exaltabũtur. Qm̃ gloria virtutis eoꝝ tu es: ⁊ ĩ beneplacito tuo exaltabit̃ cornu nostꝝ. Quia dñi ẽ assũptio nostra: et sancti israhel regis nostri. Tũc locutus es in visione sanctis tuis: et dixisti posui adiutorium in potẽte: et exaltaui electũ de plebe mea. Inueni Dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eũ. Manꝰ em̃ mea auxiliabit̃ ei: et brachiũ meũ confirmabit eũ. Nihil proficiet inimicꝰ in eo: ⁊ filius iniq̃tatis nõ apponet nocere ei. Et cõcidam a facie ipsiꝰ inimicos eiꝰ: et odientes eos in fugaz ꝯuertam. Et veritas mea et misericordia mea cum ip̃o: et in nomĩe meo exaltabit̃ cornu eiꝰ. Et ponaz in mari manũ eius: ⁊ in fluminibꝰ dexteraz eiꝰ. Ip̃e inuocabit me pater meꝰ es tu: deꝰ meꝰ ⁊ susceptor salutis mee. Et ego prĩogeĩtuz ponã illũ: excelsum pre regibꝰ terre. Ineternũ seruabo illi miscdiam meã: et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eiꝰ: et tronum eiꝰ sicut dies celi. Si at̃ dereliq̃rint filij eius legem meam: et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iusticias meas ꝓphanauerint: et mandata mea non custodierint. Visitabo ĩ virga iniq̃tates eoꝝ: et in v̄beribꝰ peccata eoꝝ. Misericordiã at̃ meaz non dispergaz ab eo: neq; nocebo ĩ veritate mea. Neq; ꝓphanabo testamentũ meũ: et que procedũt de labijs meis non faciã irrita. Semel iuraui in sancto meo si dauid mẽtiar semen eiꝰ ineternuz manebit. Et thronꝰ eiꝰ sicut sol in conspectu meo: et sicut luna ꝑfecta ineternũ: et testis in celo fidelis. Tu v̄o repulisti et despexisti: distulisti xp̃m tuum. Auertisti testamentuz serui tui: ꝓphanasti in terra sc̃tuariũ eꝰ. Destruxisti oẽs sepes eius: posuisti firmamentũ eiꝰ formidinem. Diripuerunt euz omnes trãseũtes viam: factꝰ est obprobriũ vicinis suis. Exaltasti dexterã dep̃mẽtiũ eũ: letificasti oẽs ĩimicos eiꝰ. Auertisti adiutoriũ gladij eiꝰ et non es auxiliatꝰ ei in bello. Destruxisti eũ ab emundatõne: ⁊ sedez eiꝰ in terra collisisti. Minorasti dies tp̃is eiꝰ: ꝑfudisti eum confusione. Usq;quo dñe auertis in finez: exardescet sicut ignis ira tua? Memoraẽ q̃ mea substantia: nunq̃d em̃ vane ꝯstituisti om̃es filios hoĩm? Quis est homo q̃ viuet et non videbit mortem: eruet animaz suã de manu inferi? Ubi sunt misericordie tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua? Memor esto dñe obprobrij seruorũ tuoꝝ: qd̃ continui in sinu meo multaꝝ gẽtium. Qd̃ exprobrauerũt inimici tui dñe qd̃ exprobrauerunt ꝯmutatõnem xp̃i tui. Benedictus dñs ineternũ: fiat fiat.

Oratõ moysi hominis dei. lxxxix.

Domine refugium factꝰ

Des nobis: a generatõe ĩ generatõez Priusq̃ mõtes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo ⁊ in seculũ tu es deꝰ. Ne auertas hoĩem in humilitatẽ: ⁊ dixisti ꝯuertimĩ filij hoĩm. Qm̃ mille anni ante oculos tuos: tanq̃ dies hesterna q̃ p̃terijt. Et custodia in nocte: que pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat: mane floreat et transeat: vespere decidat. induret et arescat. Quia

defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrū in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defeci mꝰ. Anni nostri sicut aranea meditabūt dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Quoniam superuenit mansuetudo et corripiemur. Quis nouit potestatē ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinūerare. Dexteram tuam sic notaz fac: ꝛ eruditos cordis in sapiētia. Conuertere domine vsquequo: ꝛ deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumꝰ in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimꝰ mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum. Et sit splēdor domini dei nostri super nos: et opera manuū nostrarz dirige super nos et opus manuū nostrarum dirige.

Laus cantici ipsi Dauid. xc.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectōne dei celi cōmorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu et refugium meū deus meus: sperabo in eum. Quoniaz ipse liberabit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagitta volāte in die: a negotō perābulāte in tenebris: ab incursu ꝛ demonio meridiano. Cadēt a latere tuo mille: et decez milia a dextris tuis: ad te aūt non appropinquabit. Cleruntñ oculis tuis considerabis: et retributōnem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea altissimuz posuisti refugium tuū. Non accedet ad te mulum: et flagelluz non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniaz angelis suis mandauit ō te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidez pedē tuū. Super aspidem et basiliscuz ambulabis: et conculcabis leonē et draconē. Quoniam in me speraut liberabo eum: protegam eum: quoniaz cognouit nomen meum. Clamabit ad me et ego exaudiaz eū: cum ipso sum in tribulatōne: eripiam eū ꝛ glorificabo eum. Longitudine dierū replebo eum: et ostendam illi salutare meum.

Vox ecclesie de inimicis suis. Psalmus cantici Dauid in die sabbati. xcj.

Bonū est cōfiteri domino: ꝛ psallere nomi tuo altissime. Ad annūciandū mane misericordiam tuā: et veritatem tuam per noctem In decacordo psalterio: cū cātico i cythara. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibz manuū tuarū exultabo. Q̄magnificata sunt opera tua domine. nimis profūde facte sūt cogitatōes tue. Vir insipiens non cognoscet: ꝛ stultus non intelliget hec. Cū exorti fuerīt peccatores sicut fenum: et apparuerint omēs q̄ operantē iniq̄tatē. Ut intereant in seculū seculi: tu aūt altissimꝰ in eternum domine. Qm̄ ecce inimici tui domine: qm̄ ecce inimici tui pibunt: et dispergentē omēs q̄ operantē iniq̄tatez. Et exaltabit̄ sicut vnicornis cornu meū: et senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculꝰ meus inimicos meos et insurgentibz in me malignantibz audiet auris mea. Justus vt palma florebit: sic cedrus libani multiplicabituz. Plātati in domo dñi: in atrijs domꝰ dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: et benepacientes erunt vt annūcient. Quoniaz rectus dominus deꝰ noster: et non est iniquitas in eo.

Laus cantici Dauid in die ante sabbatum quando fundata est terra. xcij.

Dominus regnauit decorem indutꝰ ē: indutꝰ est dñs fortitudinē ꝛ p̄cinxit se. Etenim firmauit orbem terre: q̄ non cōmouebit̄. Parata sedes tua extunc: a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarū. Mirabiles elatōnes maris: mirabilis in altis dñs. Testimonia tua credibilia fcta sunt nimis: domū tuā decet sanctitudo domine in longitudine dierz. Vox ecclesie Psalmus Dauid quarta sabbati. xciij.

Deus ultionũ dominus deus ultionũ libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. Vsquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur Effabuntur et loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniusticiã Populum tuum domine humiliauerunt: ⁊ hereditatem tuã vexauerunt. Viduã ⁊ aduenam interfecerunt: ⁊ pupillos occiderũt Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo: et stulte aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non cõsiderat: Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam: Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sunt. Beatus homo quẽ tu erudieris domine: et de lege tua docueris eum. Et mitiges ei a diebo malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia nõ repellet dominus plebem suam: et hereditatem suã non derelinquet. Quoadusq; iusticia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam: omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operantes iniq̃tatem: Nisi quia domin⁹ adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebã motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me. Scõm mltitudinem dolorum meorũ in corde meo: cõsolationes tue letificauerunt animam meã. Nunquid adherebit tibi sedes iniquitatis: q̃ fingis laborem in precepto. Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem cõdemnabunt. Et factus est mihi domin⁹ in refugium: et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniq̃tatem ipsorum: et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster. Clor ecclie ad dñm. Laus cantici ipi Dauid. xcviij.

Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Preoccupemus faciẽ eius in confessione: ⁊ in psalmis iubilem⁹ ei. Quoniam deus magnus domin⁹: et rex magn⁹ super omnes deos. Quia in manu ei⁹ sunt omnes fines terre: et altitudines montiũ ipsius sunt. Quoniã ipsius est mare ⁊ ipe fecit illud: et siccam manus eius formauerũt. Venite adoremus ⁊ procidamus ⁊ plorem⁹ ante dominum qui fecit nos: quia ipe est deus noster. Et nos populus pascue e⁹ ⁊ oues manus eius. Hodie si vocẽ eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione: sm diem temptationis in deserto. Vbi tẽptauerunt me patres vestri: probauerunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui: generatõni illi: et dixi semper errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

Psalmus Dauid quando domus edificabatur post captiuitatem. xcv.

Cantate domino canticũ nouum: cantate domino omnis terra. Cantate domino ⁊ benedicite nomini eius: annũciate de die in diem salutare eius. Annũciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentiũ demonia: dominus autẽ celos fecit. Confessio ⁊ pulcritudo in conspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatõne e⁹. Afferte domino patrie gentium: afferte dño gloriam et honorẽ: afferte domino gloriã nomini eius. Tollite hostias ⁊ introite in atria eius: adorate dominũ in atrio sancto eius. Cõmoueatur a facie ei⁹ vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus rgnauit. Etenim correx⁹t orbem terre qui non cõmouebit: iudicabit pplos in eqtate. Letẽtur celi et exultet terra: ꝓmoueat mare et plenitudo eius: gaudebũt campi ⁊ oia que in eis sunt. Tũc exultabũt oia ligna siluarum a facie dñi quia venit: qm venit iudicare terrã. Judicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

Psalmus Dauid quando terra eius restituta est ei. xcvj.

Dominus regnauit exultet tra: letẽt insule multe. Nubes et caligo in circuitu ei⁹: iusticia et iudiciũ correctio sedis ei⁹. Ignis añ ipm pcedet: et inflammabit in circuitu inimicos

eius. Illuxerũt fulgura eius orbi terre: vi
dit et commota est terra. Montes sicut ce
ra fluxerunt a facie domini: a facie domi
ni omnis terra. Annunciauerunt celi iu
sticiã ei⁹: ⁊ viderunt omnes populi gloriã
eius. Confundãt omnes qui adorant scul
ptilia: ⁊ qui gloriantur in simulacris suis
Adorate eum omnes angeli eius: audiuit
et letata est syon. Et exultauerunt filie iu
de: propter iudicia tua domine. Quoniaꝫ
tu dominus altissimus super omnem ter
ram: nimis exaltatus es super omnes de
os. Qui diligitis dominum odite malum
custodit dominus animas sanctorum suo
rũ: de manu peccatoris liberabit eos. Lux
orta est iusto: et rectis corde letitia. Leta
mini iusti in domino: et cõfitemini memo
rie sanctificationis eius. ¶ Canticum
ipsi Dauid. sermones quos ipse locutus ẽ
quia domus edificabitur post captiuita
tem. xcvij.

CAntate domino can
ticum nouum: quia mirabilia
fecit. Saluauit sibi dextera e⁹
et brachium sanctum eius. No
tum fecit dominus salutare su
um: in conspectu gentium reuelauit iusti
ciam suam. Recordatus est misericordie
sue: et veritatis sue domui israhel. Viderũt
omnes termini terre salutare: dei nostri
Jubilate domino omnis terra: cãtate ⁊ ex
ultate et psallite. Psallite domino ĩ cithara
et voce psalmi: in tubis ductilibus ⁊ vo
ce tube cornee. Jubilate in conspectu re
gis domini: moueaꝫ mare ⁊ plenitudo ei⁹
orbis terrarum et qui habitant in eo. Flu
mina plaudent manu simul: montes exul
tabunt a conspectu domini: quoniam ve
nit iudicare terram. Judicabit orbem ter
rarum in iusticia: et populos in equitate
¶ Psalmus Dauid prophete. qñ terra e⁹
restituta est. ¶ De aduẽtu xpi. ¶ xcvij.

DOminus regnauit ira
scantur populi: qui sedet sup che
rubin moueatur terra. Dominus
in syon magnus: et excelsus super omnes
populos. Cõfitentur nomini tuo magno
quoniam terribile et sanctum est: ⁊ honor
regis iudicium diligit. Tu parasti directõ
nes: iudicium et iusticiam in Jacob tu fe
cisti. Exaltate dominum deum nostrum: ⁊
adorate scabellum pedum eius quoniã sã
ctum est. Moyses ⁊ aaron in sacerdotibus
eius: et samuel inter eos qui inuocant no
men eius. Inuocabant dominum ⁊ ipe ex
audiebat eos: in columna nubis loqueba
tur ad eos. Custodiebant testimonia eius
et preceptum quod dedit illis. Domine de
us noster tu exaudiebas eos: deus tu pro
pitius fuisti eis: et vlciscens in omnes ad
inuentiones eorum. Exaltate dominuꝫ de
um nostrum: et adorate in monte sancto
eius: quoniam sanctus dominus deus no
ster.

¶ Alor aplor ad populum iudeorum.
Psalmus in confessione. xcix.

JUbilate domino om
nis terra: seruite domino ĩ letitia
Introite in conspectu eius in ex
ultatione. Scitote quoniam dominus ipe
est deus: ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. Po
pul⁹ eius et oues pascue eius introite por
tas eius in confessione: atria eius in hym
nis confitemini illi. Laudate nomen eius
quoniam suauis est dominus: in eternum
misericordia eius: ⁊ vsq; in generationem
et generationem veritas eius. ¶ Alor
xpi ad patrem. ¶ Psalmus ipsi Dauid
prophete. c.

MIsericordiam et iudici
um cantabo tibi domine: psallam
et intelligam in via immaculata
quando venies ad me. Perambulabam in
innocẽtia cordis mei: in medio dom⁹ mee.
Non ꝓponebam ante oculos meos rem in
iustam: facientes ꝓuaricatiões odiui. Non
adhesit mihi cor prauũ: declinantem a me
malignum non cognoscebam. Detrahen
tez secreto ꝓximo suo: hũc ꝓsequebar. Su
perbo oculo ⁊ insatiabili corde: cũ hoc nõ
edebam. Oculi mei ad fideles terre. vt sede
ant mecum: ambulans in via immacula
ta hic mihi ministrabat. Non habitabit in
medio domus mee qui facit supbiam qui
loquitur iniqua non direxit in conspectu
oculorum meorum. In matutino interfi
ciebã oms peccatores terre: vt dispderem
de ciuitate dñi omnes operãtes iniqtatez.

Oratio pauperis cū anxiaretur et corā domino effuderit precem suam. cj.

Omine exaudi oratiõ. Onez meã: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuaz. In quacunq; die inuocauero te velocit̃ exaudi me. Quia defecerũt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiũ aruerũt. Percussus sum vt fenum ꝙ aruit cor meũ: quia oblitus suz comedere panez meum. A voce gemit⁹ mei: adhesit os meum carni mee. Similis factus suz pellicano solitudinis: factus suz sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ꝙ qui laudabũt me aduersuz me iurabant. Quia cinerẽ tã q̃ panem manducabaz: et poculuz meum cum fletu miscebam. A facie ire indignatõnis tue: ꝙa eleuãs allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ꝙ ego sicut fenum arui. Tu autem domine ineternũ p manes: et memoriale tuum in generatõne et generatõnez. Tu exurgens misereberis syon: quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Quoniã placuerũt seruis tuis lapides eius: et terre ei⁹ miserebunt̃. Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuã. Quia edificauit domin⁹ syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationẽ humiliũ: et non spreuit precez eoꝝ. Scribant̃ hec in generatione altera: et popul⁹ q̃ creabit̃ laudabit dominũ. Quia prospexit de excelso sancto suo: domin⁹ de celo in terrã aspexit. Vt audiret gemit⁹ compeditorum: vt solueret filios interemptorũ. Vt annũciẽt in syon nomẽ domini: et laudem ei⁹ in hierusalez. Inconueniendo pl̃os in vnuz: et reges vt seruiant domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatez dieruz meorũ nũcia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierꝝ meorum in generatõne et generatõnẽ ãni tui. Initio tu domine terraz fundasti: ꝙ opera manuum tuarũ sunt celi. Ipsi peribũt tu autez permanes: et omnes sicut vestimẽtum veterascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabuntur: tu aũt idem ipse es: et anni tui non deficient. Filij seruorũ tuorũ habitabunt: et semen eoꝝ in seculũ dirigetur. Vox ecclesie ad populum et apl̃os. Psalm⁹ ipsi Dauid. cij.

Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic ania mea domino: et noli obliuisci omes retributões eius. Qui propiciatur oñibꝫ iniquitatibꝫ tuis: qui sanat oñes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitã tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibꝫ. Qui replet in bonis desiderium tuũ: renouabit̃ vt aquile iuuent⁹ tua. Faciens misericordias dominus: et iudicium omnibꝫ iniuriaz pacientibus. Notas fecit vias suas moysi: filijs israel volũtates suas. Miserator ꝙ misericors domin⁹: longanimis et multum misericors. Non in perpetuũ irascetur: neq; ineternum cõminabitur. Non ꝑm peccata nostra fecit nobis neq; ꝑm iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam ꝑm altitudinez celi a terra corroborauit misericordiam suam sup timentes se. Quantũ distat ortus ab occidẽte: longe fecit a nobis iniquitates nostras Quomodo miseret̃ pater filioꝝ miser⁹ est domin⁹ timentibus se: qñ ipse cognouit figmentuz nostrũ. Recordatus est quoniã puluis sumus: homo sicut fenum dies ei⁹ tanq̃ flos agri sic efflorebit. Quoniã spiritus pertransibit in illo et non subsistet: et non cognoscet ampli⁹ locum suũ. Misericordia autez domini ab eterno ꝙ vsq; ineternum: super timentes eum. Et iustitia illius in filios filioꝝ: his qui seruãt testamentuz eius. Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea. Domin⁹ in celo parauit sedem suam: e regnum ipsi⁹ omnibus dominabit̃. Benedicite domino omnes angeli ei⁹ potentes virtute: facientes verbuz illi⁹ ad audiendaz vocez sermonũ eius. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis volũtatem eius. Benedicite domino omnia opa eius: in omni loco dñatõnis eius: benedic anima mea domino. Vox ecclesie laudans deum et opera eius. Psalmus ipsi Dauid. ciij.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificat⁹es vehementer. Confessionē et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimēto. Extendens celuz sicut pellem: qui tegis aquis superiora ei⁹. Qui ponis nubez ascensum tuuz: qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: ⁊ ministros tuos ignem vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatē suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abissus sicut vestimentum amictus eius super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi: in locuz quez fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur: neqꝫ conuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aque. Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum satiabitur terra. Produces fenum iumentis: et herbam seruituti hominum. Et educas panē ꝺ terra: et vinum letificet cor hominis. Et exhilaret faciē in oleo: et panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eoꝝ: montes excelsi ceruis: petra refugium herinatijs. Fecit lunā in tempore: sol ꝯgnouit occasum suum. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue. Catuli leonum rugiētes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Ort⁹ est sol et ꝯgregati sunt: et in cubilibꝰ suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum: ⁊ ad operationem suam vsqꝫ ad vesperam Qꝫ magnificata sūt opera tua domīe: omnia ī sapientia fecisti: impleta est t̄ra possessione tua. Hoc mare magnum et spatō sum manibus: illic reptilia quorum nō ē numerus. Animalia pusilla cum magnis illic naues pertransibunt. Draco iste quez formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dā te te illis colligent: aperiente te manū tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient: et in puluerem suum reuertentur. Emitte spirituz tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis. Qui r̄spicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant. Cantabo domīo in vita mea: psallam deo meo q̄diu sū. Jocundum sit ei eloquium meū: ego vero delectabor in domino. Deficient peccatores a terra ⁊ iniqui ita vt non sint: benedic anima mea domino. Vox apostolorū de Judeis Alleluia. ciiij.

Confitemini domino et inuocate nomen eius: anunciate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate om̄ia mirabilia e⁹ laudamini in nomine sancto eius. Letetur cor querentium dominum: querite dn̄m et confirmamini: querite faciem eius semp̄. Mementote mirabiliuz eius que fecit: prodigia eius ⁊ iudicia oris eius. Semē abraham serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit ī seculum testamēti sui: verbi qꝺ mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad abraham: ⁊ iuramēti sui ad ÿsaac. Et statuit illud iacob in preceptum: et israhel in testamentū et̄num. Dicens tibi dabo terrā chanaan: funiculum hereditatis vestre. Cum essent numero breui: paucissimi ⁊ incole ei⁹. Et pertransierunt de gente in gentem: ⁊ ꝺ regno ad populum alterū. Non reliquit homīez nocere eis: et corripuit pro eis r̄ges. Nolite tangē cristos meos: ⁊ in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famen super terram: et omne frumentuz panis cōtriuit. Misit ante eos virum: in seruū venundatus est Joseph. Humiliauerunt incompedibus pedes eius: ferrum pertrāsijt animam eius donec veniret verbum eius Eloquium domini inflammauit eum: misit rex et soluit eum: princeps populoruz et dimisit eum. Constituit eum dominū domus sue: ⁊ principem oīs possessionis sue. Vt erudiret prīcipes ei⁹ sicut semetipsuz: et senes ei⁹ prudentiā doceret. Et intrauit

israhel in egiptum: et iacob accola fuit in terra cham. Et auxit populum suum vehementer: ⁊ firmauit eum super inimicos eꝰ. Conuertit cor eorum vt odirent populuz eius: et dolum facerent in seruos eius. Misit moÿsen seruum suum: aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorũ suorum ⁊ prodigioꝝ: in terra cham. Misit tenebras et obscurauit: ⁊ nõ exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eoꝝ in sanguinem: ⁊ occidit pisces eorũ. Et dedit terra eorum ranas: in penetrabilibus reguz ipsorum. Dixit et venit cÿnomia et sciniphes: ĩ omnibus finibus eoꝝ. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburẽtem in terra ipsorum. Et percussit vineas eoꝝ et ficulneas eoꝝ: et contriuit lignum finium eorum. Dixit et veĩt locusta ⁊ brucus: cuius non erat numerus. Et comedit omne fenum in terra eoꝝ: et comedit omnem fructum terre eorũ. Et percussit omne primogenitũ in terra eoruz: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argẽto ⁊ auro: et non erat in tribubus eorum infirmus. Letata est egiptꝰ in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem vt luceret eis ꝑ noctem. Pecierunt et venit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos. Dirupit petraz ⁊ fluxerunt aque: abierũt in sicco flumina. Qm̃ memor fuit v̄bi sancti sui: quod habuit ad Abraham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatõne: et electos suos ĩ leticia. Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt. Vt custodiant iustificationes eius: et legem eiꝰ requirant. Vox ecclesie ad apl̄os. Alleluia. alleluia. cv.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniaz in seculuz misericordia eius. Quis loquetur potentias domui: auditas faciet om̃s laudes eius? Beati qui custodiũt iudiciuz et faciunt iusticiaz in omni tempore. Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad vidẽdum in bonitate electorum tuorum: ad letandũ in leticia gentis tue: vt lauderis cũ hereditate tua. Peccauimus cum patribꝫ nostris: iniuste egimus iniquitatẽ fecimꝰ. Patres nostri in egipto non intellexerũt mirabilia tua: non fuerunt memores mlt̄itudinis misericordie tue. Et irritauer̃t ascendentes in mare: mare rubrũ. Et saluauit eos propter nomen suum: vt notaz faceret potentiam suam. Et increpuit mare rubrum et exiccatuz est: ⁊ deduxit eos in abissis sicut ĩ deserto. Et saluauit eos de manu odientium: et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos vnus ex eis non remansit. Et crediderunt verbis eius: et laudauerũt laudem eiꝰ. Cito fecerunt. obliti sunt operum eius: non sustinuerunt consilium eius. Et concupierũt concupiscentiam in deserto: et tẽptauerunt deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt moÿsen ĩ castris: aaron sanctum domini. Opta est terra et deglutiuit dathan: et operuit sup̄ congregationez abÿron. Et exarsit ignis in sÿnagoga eorũ: flamma combussit peccatores. Et fecerunt vitulum in oreb: ⁊ adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli ꝯmedẽtis fenum. Obliti sunt deuz q̃ saluauit eos qui fecit magnalia in egipto mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro. Et dixit vt disperderet eos: si non moÿses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. Vt auerteret iram eiꝰ ne disp̄deret eos: et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo eius et murmurauerunt in tabernaculis suis. non exaudierunt vocem domini. Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt deiceret semen eoꝝ in nationibus: et dispergeret eos in regionibus. Et iniciati sunt beelphegor: et ꝯmederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: ⁊ multiplicata est ĩ eis ruina. Et stetit phinees ⁊ placauit: ⁊ cessauit q̃ssatio. Et reputatũ est ei in iusticiam: in generatione et generatõnem vsqꝫ in sempiternuz. Phares. Et irritauer̃t eũ ad aquas ꝯtradictõis: ⁊ vexatus est moÿses propter eos: quia exacerbauerũt spiritũ eius. Et distinxit in labijs suis: non disperdiderũt gẽtes quas dixit

dominus deus illis. Et cõmixti sunt inter gentes: ⁊ didicerunt opera eorum et seruierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos et filias suas: demonijs. Et effuderũt sanguinem innocentẽ: sanguinem filiorũ suorum et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra in sanguinibus: et contaminata est in operibus eorũ: et fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum: et abhominatus est hereditatẽ suã. Et tradidit eos in manus gentium: et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eorũ: sepe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: ⁊ humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur: et audiuit oratiõnem eorum. Et memor fuit testamenti sui et penituit eum ſm multitudinem misericordie sue. Et dedit eos in miserationes: in conspectu omniũ qui ceperãt eos. Saluos fac nos domine deus noster: ⁊ congrega nos de nationibus. Vt confitẽamur nomini sancto tuo: ⁊ gloriemur in laude tua Benedictus dominus deus israhel a seculo et vsq; in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat. Glor xpi de Judeis.

Alleluia. alleluia. cvj.

Confitemini domino

quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Dicãt qui redẽpti sunt a domino: quos redemit de manu inimici: de regionibus cõgregauit eos. A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes et sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominuz cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viaz rectam: vt irent ad ciuitatem habitationis Confitẽantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Quia saciauit animam inanem: et animam esurientem saciauit bonis. Sedentes in tenebris et vmbra mortis: vinctos in mẽdicitate et ferro. Quia exacerbauerunt eloquia dei: et consilium altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sũt nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorũ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: ⁊ vincula eorum dirupit. Confitẽant domino misericordie ei⁹: et mirabilia eius filijs hominum. Quia cõtriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit. Suscepit eos ỏ via iniquitatis eorum: propter iniusticias eorũ suas humiliati sunt. Omnem escam abhominata est anima eorum: et appropinquauerũt vsq; ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et ỏ necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suum et sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitõibus eorum. Confitẽantur domino misericordie eius: et mirabilia ei⁹ filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis: et annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibus faciẽtes operationẽ in aquis multis. Ipi viderunt opera domini: et mirabilia ei⁹ in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle et exaltati sunt fluctus eius. Ascendũt vsq; ad celos et descendunt vsq; ad abissos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et ỏ necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: et siluerũt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerũt: ⁊ deduxit eos in portum voluntatis eorũ. Confitẽantur domino misericordie eius: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hominum. Et exaltẽt eũ in ecclesia plebis: et in kathedra seniorum laudent eũ. Posuit flumina in desertũ: et exitus aquarũ in sitim. Terram fructiferã in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea. Posuit desertũ in stagna aquarũ: ⁊ terram sine aq̃ in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: ⁊ constituerũt ciuitatẽ habitatõis. Et seminauerũt agros ⁊ plantauerunt vineas: et fecerunt fructũ natiuitatis. Et benedixit eis et multiplicati sũt nimis: ⁊ iumẽta eorũ ñ minorauit. Et pauci facti sũt: ⁊ vexati sũt a tribulatõe malorũ ⁊ doloꝝ. Effusa est ꝓtentõ sup̃ principes.

et errare fecit eos in inuio ⁊ nõ in via. Et adiuuit pauperẽ de inopia: et posuit sicut oues familias. Uidebũt recti et letabunt: ⁊ oñis iniquitas opilabit os suũ. Quis sapiens ⁊ custodiet hec: ⁊ intelliget misericordias domini: Alleluia.

Canticum psalmi ipsi Dauid. Uox timentis deum. cvij.

Paratũ cor meũ deꝰ pa

Paratũ cor meũ: cantabo et psallam in gloria mea. Exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo. Cõfitebor tibi in populis domine: ⁊ psallam tibi ĩ nationibus. Quia magna sup celos misericordia tua: ⁊ usq ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus: et sup omnem terram gloria tua: ut liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua ⁊ exaudi me: deus locutus est in sãcto suo. Exultabo et diuidã sichimam: et ꝓuallẽ tabernaculoꝝ dimetiar. Meus est galaad ⁊ meus ẽ manasses: ⁊ ephraim susceptõ capitis mei. Juda rex meus: moab lebes spei mee. In ydumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitã: quis deducet me usq in ydumeam: Nõne tu deus qui repulisti nos: ⁊ nõ exibis deus in virtutibꝫ nostris Da nobis auxilium de tribulatõne: q̃ vana salus hominis. In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Uox xp̃i ad patrem de iudeis et de Juda. ps Dauid. cviij.

Deus laudem meam ne

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris ⁊ os dolosi sup me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: ⁊ sermonibus odij circũdederũt me ⁊ expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerẽt detrahebant mihi: ego autẽ orabam. Et posuerunt aduersũ me mala p bonis: et odiũ p dilectione mea. Constitue sup eũ peccatorem: ⁊ dyabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur exeat cõdemnatus: et oratõ eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: et uxor eius vidua. Nutantes transferentur filij eius ⁊ mendicẽt: eiciant̃ de habitationibꝫ suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius: et diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatõne una deleatur nomẽ eius. In memoriã redeat iniquitas patrum eius in ꝓspectu domini: ⁊ peccatum matris eius nõ deleatur. Fiant contra dominum semper: et dispereat de terra memoria eorum: pro eo q̃ nõ est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem et mendicũ et ꝓpunctum corde mortificare. Et dilexit maledictõnem ⁊ veniet ei: et noluit benedictionem ⁊ elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimẽtum: et intrauit sicut aqua in interiora eius: ⁊ sic oleũ in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: et sicut zona qua semp precingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum: et q̃ loquuntur mala aduersus animam meam. Et tu domĩe fac mecum propter nomẽ tuum: quia suauis est misericordia tua. Libera me quia egenus et pauper ego sum: et cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum: ⁊ excussus sum sicut locuste. Genua mea ĩfirmata sunt a ieiunio: et caro mea ĩmutata est ꝓpter oleum. Et ego factus sum obprobrium illis: viderunt me ⁊ mouerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus: saluum me fac ꝓpt̃ misericordiam tuam. Et sciant quia manꝰ tua hec: et tu domine fecisti eam. Maledicent illi et tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus letabitur. Induantur qui detrahũt mihi pudore: et operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domine nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum Quia astitit a dextris pauperis: ut saluã faceret a psequentibus animam meam.

Uox ecclesie de Natiuitate xp̃i. Psalmus Dauid. cix.

Dixit dominus doñ

Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Uirgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctorum ex

vtero ante luciferum genui te. Jurauit do
minus ⁊ non penitebit euꝫ: tu es sacerdos
ineternum ſm ordinem melchisedech. Do
minus a dextris tuis: confregit in die ire
sue reges. Judicabit in nationibus imple
bit ruinas: cõquassabit capita ĩ terra mul
torum. De torrente in via bibet: propterea
exaltabit caput. ¶ Vox ecclesie cũ lau-
de xp̃i. Alleluia. cx.

Confitebor tibi domine
in toto corde meo: in cõsilio iusto
rum et cõgregatione. Magna ope
ra domini: exquisita in om̃es voluntates
eius. Confessio et magnificentia opus ei⁹
et iusticia eius manet in seculũ seculi. Me
moriam fecit mirabilium suoꝝ misericors
et miserator dominus: escam dedit timẽti-
bus se. Memor erit in seculum testamenti
sui: virtutem op̃m suoꝝ annũciabit popu
lo suo. Vt det illis hereditatem gentium:
op̃a manuũ eius veritas et iudicium. Fi-
delia omnia mandata eius: ꝯfirmata ĩ se-
culũ seculi: facta ĩ veritate ⁊ equitate. Re
demptõeꝫ misit dñs ꝓpl̃o suo: mãdauit ine
ternũ testamentum suum. Sanctuꝫ ⁊ ter
ribile nomẽ eius: initium sapientie timor
domini. Intellectus bonus omnibus faci
entibus euꝫ: laudatio eius manet in secu-
lum seculi. ¶ Alleluia. In reuersione
Aggei et zacharie. cxj.

Beatus vir qui timet do
minum: in mãdatis eius volet ni
mis. Potens in terra erit semẽ ei⁹
generatio rectoꝝ benedicetur. Gloria ⁊ di
uitie in domo ei⁹: ⁊ iustitia ei⁹ manet in se
culũ seculi. Exortũ ẽ in tenebris lumẽ re-
ctis: misericors ⁊ miserator ⁊ iustus. Jocũ
dus homo q̃ miseret̃ et comodat. disponit
sermones suos in iuditõ: quia ineternũ ñ
ꝯmouebit̃. In memoria eterna erit iust⁹:
ab auditõe mala nõ timebit. Paratuꝫ cor
eius sperare in domino: confirmatum est
cor eius: nõ commouebitur donec despici
at inimicos suos. Dispersit dedit pauperi-
bus iusticia eius manet in seculum seculi
cornu eius exaltabitur ĩ gloria. Peccator
videbit ⁊ irascetur: dentibus suis fremet ⁊
tabescet: desiderium peccatorum peribit.
¶ Alleluia. alleluia. ¶ Vox ecclesie
cum laude sua. cxij.

Laudate pueri dominũ
laudate nomẽ dñi. Sit nomẽ dñi
benedictũ: ex hoc nũc ⁊ vsq̃ ĩ secu
lum. A solis ortu vsq̃ ad occasũ: laudabi
le nomẽ dñi. Excelsus sup̃ oẽs gẽtes dñs
⁊ sup̃ celos gloria ei⁹. Quis sicut dñs deus
noster: qui in altis habitat ⁊ humilia r̃spi
cit in celo et in terra? Suscitãs a terra in-
opem: ⁊ de stercore erigens pauperem. Vt
collocet eũ cũ principibꝫ: cũ principibꝫ po
puli sui. Qui habitare facit sterilẽ ĩ domo
matrẽ filioꝝ letantẽ. ¶ Vox apl̃ica cum
Judeis increpãs ÿdola. All̃a. all̃a. cxiij.

In exitu isrl̃ de egipto.
domus iacob de ꝓpl̃o barbaro. Fa-
cta ẽ iudea sanctificatõ ei⁹: israhel
potestas ei⁹. Mare vidit et fugit: iordanis
ꝯuersus est retrorsũ. Montes exultauer̃t
vt arietes: et colles sicut agni ouiũ. Quid
est tibi mare q̃ fugisti: et tu iordanis quia
ꝯuersus es retrorsum? Montes exultastis
sicut arietes: et colles sicut agni ouiuꝫ A
facie domini mota est terra: a facie dei ia-
cob. Qui ꝯuertit petram in stagna aqua-
rum: et rupem in fontes aquarum. Nõ no
bis domine non nobis: sed nomini tuo da
groriam. Super misericordia tua et veri-
tate tua: nequando dicant gontes vbi est
deus eorum. Deus autem noster in celo:
omnia quecunq̃ voluit. fecit. Simulacra
gentium argentum ⁊ aurũ: opera manuũ
hominum. Os habent et non loquentur:
oculos habent et non videbunt. Aures ha
bent ⁊ non audient: nares habẽt ⁊ nõ odo
rabunt. Manus habent et non palpabũt:
pedes habent ⁊ non ambulabunt: non cla
mabunt in gutture suo. Similes illis fiãt
q̃ faciũt ea: ⁊ om̃s qui confidũt ĩ eis. Do
mus israhel sperauit ĩ dño: adiutor eoꝝ et
ꝓtector eoꝝ est. Domus aaron sp̃auit ĩ do
mino: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ ẽ. Qui ti
mẽt dñm sp̃auerũt in dño: adiutor eoꝝ et
ꝓtector eoꝝ est. Dñs memor fuit nostri. ⁊
benedixit nobis. Benedixit domui israel:
benedixit domui aaron. Benedixit om̃ibꝫ
qui timent dominũ: pusillis cũ maioribꝫ.
Adiciat dominus super vos: sup̃ vos ⁊ su-
p̃ filios vr̃os. Benedicti vos a domino: q̃
fecit celũ ⁊ terrã. Celũ celi dño: terrã aũt
dedit filijs hominũ. Nõ mortui laudabunt

te dñe: neqꝫ oñes q̄ descendũt in infernuꝫ Sed nos q̄ viuim⁹ benedicim⁹ dño: ex hoc nũc ⁊ vsqꝫ in seculũ. Glor aplica increpans ydola. Alleluia. alla. cxiiij.

QUeriquonia exaudiet dñs vocez oronis mee. Quia inclinauit aurẽ suã mihi: ⁊ in diebꝫ meis inuocabo. Circũdederũt me dolores mortis: ⁊ picula inferni inuenerũt me. Tribulatiõez et dolorẽ inueni: ⁊ nomẽ dñi inuocaui. O dñe libera aiam meã: misericors dñs ⁊ iust⁹: ⁊ deus nr̄ miserer. Custodiẽs parvulos dñs: humiliatus sũ ⁊ liberauit me. Conuertere aia mea in requiẽ tuã: qr dñs bñfecit tibi. Quia eripuit aiam meã de morte: oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo dño in regione viuoꝝ. Glor xpi de morte sctoꝝ. ℣ Alleluia. alla. cxv.

QUedidi propter quod locut⁹ sũ: ego aũ humiliat⁹ sũ nimis. Ego dixi in excessu meo: omis hõ mẽdax. Quid retribuã dño: p omibꝫ qui retribuit mihi. Calicẽ salutaris accipiã: et nomẽ dñi inuocabo. Vota mea dño reddã coraꝫ omi populo eius: pciosa in ꝓspectu dñi mors sanctorũ ei⁹. O dñe qr ego ſu⁹ tuus ego ſuus tu⁹: ⁊ fili⁹ ancille tue. Dirupisti vincla mea: tibi sacrificabo hostiã laudis ⁊ nom̃ dñi inuocabo. Vota mea dño reddã in ꝓspectu omis pli ei⁹: in atriis dom⁹ dñi in medio tui ihrlm. Glor aploꝝ. ℣ Alleluia. alleluia. cxvj.

LAudate dominuꝫ omnes gentes: laudate eũ omes pli. Qm̃ ꝓfirmata ẽ sup nos miscdia ei⁹: ⁊ veritas dñi manet ineternũ. Glor aploꝝ ad gentes. Alla. alla. cxvij.

QUonfitemini domino qm̃ bon⁹: qm̃ in scm̃ miscdia ei⁹ Dicat nũc israbel qm̃ bon⁹: qm̃ in seculũ miscdia ei⁹. Dicat nũc dom⁹ aaron: qm̃ in seculũ miscdia ei⁹. Dicant nũc q̄ timẽt dñm: qm̃ in scm̃ misericordia ei⁹. De tribulatõe inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi hõ. Dñs mihi adiutor: ⁊ ego despiciaꝫ inimicos meos. Bonum ẽ ꝓfidere in dño: q̄ ꝓfidere in homie. Bonũ est sperare in dño: q̄ sperare in pn-

cipibꝫ. Oñes gentes circuierũt me: ⁊ in nomine dñi qr vlt⁹sum in eos. Circũdantes circũdederũt me: et in noie dñi qr vltus suꝫ in eos. Circũdederũt me sicut apes: ⁊ exarserũt sicut ignis in spinis: et in noie domi qr vltus sũ in eos. Impulsus eversus sum vt caderẽ: ⁊ domin⁹ suscepit me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ fact⁹ ẽ mihi i salutẽ. Glor exultatõis et salutis: in tabnaculis iustoꝝ. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ Non moriar sed viuã: ⁊ narrabo opa dñi. Castigans castigauit me dñs: ⁊ morti nõ tradidit me. Aperite mihi portas iusticie: ingressus in eas cõfitebor dño: hec porta dñi iusti intrabũt in eã. Cõfitebor tibi quoniaꝫ exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutem. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificantes hic fact⁹ est in caput anguli. A dño factũ est istud ⁊ est mirabile in oculis nr̄is. Hec est dies quã fecit dñs: exultem⁹ et letemur in ea. O dñe saluũ me fac: o dñe bene ꝓspera re: benedict⁹ qui venit in noie dñi. Benedixim⁹ vobis de domo dñi: deus dominus et illuxit nobis. Constituite diẽ solennem in ꝓdensis: vsqꝫ ad cornu altaris. Deus meus es tu ⁊ cõfitebor tibi: deus me⁹ es tu et exaltabo te. Cõfitebor tibi qm̃ exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutẽ. Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculũ misericordia eius. ℣ Glor xpi de Judeis et de passione sua ⁊ de aduẽtu suo ⁊ ei⁹ regno et iudiciõ futuro. Alla alla. Aleph. cxvij.

BEati inmaculati in via qui ambulant i lege dñi. Beati q̄ scrutãt testimonia ei⁹: in toto corde exquirũt eũ. Nõ em̃ qui operant iniq̄tatẽ: in vijs eius ambulauerũt. Tu mãdasti: mandata tua custodiri nimis. Vtinaꝫ dirigant vie mee: ad custodiendas iustificatões tuas. Tunc nõ ꝓfundar: cũ pspexero in omibꝫ mandatis tuis. Confitebor tibi in directõe cordis: i eo q̄ didici iudicia iusticie tue. Justificatões tuas custodiaꝫ: nõ me derelinq̄s vsquequaq̄. ℣ Beth.

IN quo corrigit adolescẽtior viã suã: i custodiẽdo ſmõs tuos. In toto corde meo exq̄sivi te ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscõdi eloq̄a tua: vt nõ peccez tibi.

Benedict⁹es domine: doce me iustificatõs tuas. In labijs meis: pnũciaui omia iudicia oris tui. In via testimoniorũ tuorũ delectatus sũ: sicut in omibo diuitijs. In mãdatis tuis exercebor: et psiderabo vias tuas. In iustificatõnibo tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos. Gimel.

RETRIBUE seruo tuo. viui
fica me et custodiã sermones tuos Reuela oculos meos: et psiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego sũ in terra: nõ abscondas a me mandata tua. Cõcupiuit aĩa mea desiderare iustificatõs tuas: in omi tẽpore. Increpasti supbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me obprobriũ et ptemptũ: quia testimonia tua exquisiui. Etẽ sederunt pncipes et aduersum me loquebanť: seruus autem tuus exercebatur in iustificatõibo tuis. Nã et testimonia tua meditatõ mea ẽ et psiliũ meũ iustificatõnes tue. Deleth.

ADHESIT pauimento ani
ma mea: viuifica me scõm verbũ tuũ. Vias meas enũciaui et exaudisti me: doce me iustificatões tuas. Viaz iustificatõnum tuarũ instrue me: et exercebor in mirabilibo tuis. Dormitauit anima mea pre tedio: pfirma me in verbis tuis. Viã iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Viã veritatis elegi: iudicia tua non sũ oblit⁹. Adhesi testimonijs tuis dñe: noli me pfundẽ. Viã mãdatorũ tuorũ cucurri: cũ dilatasti cor meum. He.

LEGEM pone mihi domi
ne viam iustificatõnuz tuarũ: et exquiram eam semp. Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorum tuorũ: quia ipsã volui. Inclina cor meum in testimonia tua: et nõ in auariciam. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuũ: in timore tuo. Amputa obprobrium meuz qõ suspicatus sũ: quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mãdata tua: in equitate tua viuifica me. Vau.

ET veniat super me mi
sericordia tua dñe: salutare tuum scm eloquz tuũ. Et rñdebo exprobrantibo mihi verbuz: quia speraui in sermõibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsquequaq̃: quia in iudicijs tuis supsperaui. Et custodiaz legẽ tuã semp: in seculũ et in seculũ seculi. Et ambulabã in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Et loquebar in testimonijs tuis in pspectu regũ: et nõ pfundebar. Et meditabar: in mãdatis tuis que dilexi. Et leuaui man⁹meas ad mãdata tua que dilexi: et exercebor in iustificatõnibus tuis. Zay.

MEMOR esto verbi tui ser
uo tuo: in quo mihi spem dedisti. Hec me psolata ẽ in hũilitate mea quia eloquiũ tuũ viuificauit me. Superbi inique agebant vsquequaq̃: a lege autẽ tua non declinaui. Memor fui iudiciorũ tuorum a seculo domine: et consolat⁹sum. Defectõ tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificatões tue: in loco pegrinatõnis mee. Memor fui nocte nois tui domine: et custodiui legem tuam. Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui. Heth.

PORCÕ mea domine di
xi custodire legem tuaz. Deprecatus sum faciem tuaz in toto corde meo: miserere mei scm eloquiũ tuũ. Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus suz et nõ sum turbatus: vt custodiaz mandata tua. Funes peccatorum circũplexi sunt me: et legẽ tuam non suz oblitus. Media nocte surgebã ad pfitendum tibi: super iudicia iustificatõis tue. Participeps ego suz omniuz timentium te: et custodientium mandata tua. Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Teth.

BONITATEM fecisti cũ ser
uo tuo domine: scm verbum tuum Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi Priusq̃ humiliarer ego delinqui: propterea eloquiũ tuũ custodiui. Bon⁹es tu: et in bonitate tua doce me iustificatões tuas. Multiplicata ẽ sup me iniq̃tas superboz: ego aũ in toto corde meo scrutabor mãdata tua. Coagulatũ ẽ sicut lac cor eoz: ego vero legẽ

tuam meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me: vt discã iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti. Joth.

Manus tue domine fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua. Qui timent te videbunt me 7 letabuntur: quia in verba tua supsperaui. Cognoui domie quia equitas iudicia tua et in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consoletur me: sm eloq̃um tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confũdantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt nõ cõfundar. Caleph.

Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuũ supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me. Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sũ oblitus. Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibo me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Omĩa mãdata tua veritas: iniqui psecuti sunt me adiuua me. Paulóminus psumauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secũdũ misericordiam tuam viuifica me: et custodiã testimonia oris tui. Lamech.

In eternũ domine. verbum tuum pmanet in celo. In generatione et generationem veritas tua: fundasti terram et permanet. Ordinatione tua perseuerat dies: qm̃ omnia seruiũt tibi. Nisi q lex tua meditatõ mea est tunc forte perissem in humilitate mea. In eternum nõ obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerũt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis psumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Mem.

Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Sup inimicos meos prudentẽ me fecisti mandato tuo: quia in eternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui. Ab omni via mala phibui pedes meos: vt custodiã verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnẽ viam iniquitatis. Nun.

Lucerna pedibus meis verbũ tuum: 7 lumẽ semitis meis. Juraui: 7 statui custodire iudicia iustitie tue. Humiliatus sum vsquequaq̃: dñe viuifica me sm verbũ tuũ. Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: 7 iudicia tua doce me. Anima mea in manibo meis semper: et legem tuam nõ sũ oblitus. Posuerũt peccatores laqueum mihi: 7 de mãdatis tuis non erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua ineternum: quia exultatio cordis mei sũt. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas ineternum ppter retributionem. Samech.

Iniquos odio habui. 7 legem tuã dilexi. Adiutor 7 susceptor meus es tu: 7 in verbũ tuum supersperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor mãdata dei mei. Suscipe me sm eloquium tuum et viuam: et non confundas me ab expectatõne mea. Adiuua me 7 saluus ero: 7 meditabor in iustificatõibo tuis semp. Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatõ eorũ. Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs eĩ tuis timui. Ayn.

Feci iudiciũ 7 iustitiam nõ tradas me calũniãtibo me. Suscipe fuũ tuũ in bonũ: nõ calũnient me superbi. Oculi mei defecerũt ĩ salutare tuũ: et in eloquiũ iustitie tue. Fac cũ seruo tuo sm misericordiam tuam: et iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum

ego: da mihi intellectū vt sciaz testimoia tua. Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuaz. Ideo dilexi mādata tua sup auz et thopazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viaz iniquam odio habui. ℂ Phe.

Mirabilia testimōia tua ideo scrutata est ea ania mea. Declaratō sermonū tuoz illuminat: z intellectū dat puulis. Os meū apui z attraxi spiritū: qz mandata tua desiderabaz Aspice i me z miserē mei: scōm iudiciū diligētiū nomē tuuz. Gressꝰ meos dirige ꝑm eloquiū tuū: et nō dñet mei oīs iniusticia Redime me a calūnijs hoīm: vt custodiaz mādata tua. Faciē tuā illumīa sup seruū tuū: z doce me iustificatōnes tuas. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei: qz nō custodierunt legem tuam. ℂ Sade.

Justus es domine. z rectū iudiciū tuū. Mādasti iusticiaz testimonia tua: z veritatē tuā nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitū eloquiū tuum vehementer: z seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego z cō temptus: iustificatōnes tuas nō suz oblitus. Justicia tua iusticia inetернum: z lex tua veritas. Tribulatō z angustia inuenerunt me: mandata tua meditatō mea est. Equitas testimonia tua inetернū: intellectum da mihi et viuam. ℂ Coph.

Clamaui in toto corde exaudi me dñe: iustificatōes tuas requiram. Clamaui ad te et saluū me fac: vt custodiam mādata tua. Preueni in maturitate et clamaui: in verba tua supsperaui. Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocem meā audi scōm misericordiam tuam domine: z scōm iudiciū tuū vuifica me. Appropinquauerūt psequentes me iniquitati: a lege autez tua lōge facti sunt. Prope es tu domine: z omnes vie tue veritas. Initō cognoui de testimonijs tuis: quia inetернuz fundasti ea. ℂ Res.

Vide humilitatē meā z eripe me: quia legem tuā nō sum oblitus. Judica iudiciū meū z redime me: propter eloquiū tuū viuifica me Longe a peccatoribz salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: scōm iudiciū tuū vuifica me. Multi qui psequūt me et tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi ꝓuaricantes et tabescebā: qz eloquia tua nō custodierūt. Vide qm mādata tua dilexi: dñe i misericordia tua viuifica me Principiū ǒboz tuoz veritas: inet nū oīa iudicia iusticie tue. ℂ Sin.

Principes persecuti sūt me gratis: z a verbis tuis formidauit coz meū. Letaboz ego sup eloquia tua: sicut q̄ inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui et abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudez dixi tibi: super iudicia iusticie tue. Pax multa diligentibz legem tuā: et non est illis scandalum. Expectabam salutare tuū domine: et mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: z dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in cō spectu tuo. ℂ Thau.

Appropinquet deprecatō mea in ꝓspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuū da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo: scōm eloquiū tuū eripe me. Eructabūt labia mea hymnū: cū docueris me iustificatōnes tuas. Pronūciabit lingua mea eloquium tuū: quia omnia mandata tua eq̄tas. Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuū domine: z lex tua meditatō mea est Viuet anima mea z laudabit te: et iudicia tua adiuuabūt me. Erraui sicut ouis que perijt: quere seruū tuū quia mandata tua non sum oblitus. ℂ Alleluia.

ℂ Canticum graduum. cxix.

Ad dominum cuz tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animā meaz a labijs iniquis: z a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguā dolosam: Sagitte potentis acute cuz carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum

habitantibꝫ cedar: multũ incola fuit anĩa mea. Cũ his qui oderũt pacẽ erã pacificus cũ loquebar illis impugnabãt me gratis.
Canticum graduum. cxx.

Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celũ ⁊ terrã. Non det in cõmotõez pedum tuũ: neqꝫ dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel. Dominus custodit te: dominus protectio tua super manũ dexteram tuã. Per diẽ sol nõ vret te: neqꝫ luna per noctẽ. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat aĩaz tuam domin⁹. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuũ: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Canticũ graduuz. cxxj.

Letatus sum in his que dicta sũt mihi: ĩ domũ domĩ ibim⁹ Stãtes erant pedes nr̃i: in atrijs tuis ihrl̃m. Hierusalẽ que edificat̃ vt ciuitas: cui⁹ ꝑtitipatio e⁹ in idipsuz. Illuc em̃ ascenderũt tribꝫ tribꝫ dñi testimoniũ isrl̃: ad ꝯfitendũ nomini dñi. Quia illic sederẽt sedes in iuditõ: sedes sup domũ dauid. Rogate que ad pacẽ sũt ihrl̃m: ⁊ habũdantia diligẽtibꝫ te. Fiat pax ĩ v̄tute tua: ⁊ habũdantia in turribꝫ tuis. Propter fr̃es meos ⁊ ꝓximos meos: loquebar pacẽ de te. Propter domuz dñi dei nr̃i: quesiui bona tibi. Vox eccl̃ie ⁊ apl̃oꝝ. Cãticũ g̃duũ. cxxij.

Ad te leuaui oculos meos: q̃ habitas in celis. Ecce sic oculi seruoꝝ: in manibꝫ dominoꝝ suorum. Sicut oculi ancille ĩ manibꝫ dñe sue ita oculi nostri ad dñm deũ nostruz donec misereat̃ nr̃i. Miserere nostri dñe miserẽ nostri: qꝛ multuz repleti sumus despectõe. Quia multũ repleta est aĩa nostra: obprobriuz habundantibꝫ et despectio superbis. Vox ꝓpl̃oꝝ. Canticũ graduũ dd̃. cxxiij.

Nisi qꝛ dominus erat in nobis dicat nunc israhel: nisi quia dominus erat in nobis. Cũ exurgerent hoĩes in nos: forte viuos deglutissẽt nos. Cũ irasceret̃ furor eoꝝ in nos: forsitã aque absorbuissent nos. Torrentẽ ꝑtransiuit aĩa nostra: forsitan ꝑtransisset anima nostra aquã intollerabilem. Benedict⁹ dominus: qui non dedit nos in captõez dentibꝫ eorum. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venãtium. Laqueus cõtritus est: ⁊ nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum et terram.
Canticum graduum. cxxiiij.

Qui ꝯfidunt in domino sicut mons syon: non cõmouebit̃ ineternũ qui habitat in hierusalẽ. Montes in circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi sui ex hoc nũc et vsqꝫ in seculum. Quia nõ relinquet dominus virgam peccatoꝝ super sortem iustorum: vt nõ extendant iusti ad iniquitatez manus suas. Benefac domĩe: bonis ⁊ rectis corde. Declinantes autẽ in obligatõnes addncet dominus cum operantibꝫ iniquitatẽ: pax super israhel. Vox apl̃oꝝ ad dominum de Judeis. Canticum graduum. cxxv.

In conuertẽdo domin⁹ captiuitatẽ syon: facti sum⁹ sic cõsolati. Tunc repletũ est gaudio os nr̃m: ⁊ lingua nostra exultatõe. Tũc dicẽt inter gentes: magnificauit dñs facere cuz eis. Magnificauit dominus facere nobiscũ facti sumus letantes. Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens ĩ austro. Qui seminant in lacrimis: in exultatione metent. Eũtes ibant et flebant mittentes semina sua. Venientes aũt venient cũ exultatõe: portantes manipulos suos. Vox xp̃i ad futuram ecclesiã. Canticum graduum Salomonis. cxxvj.

Nisi domin⁹ edificauerit domũ: inuanũ laborauerunt q̃ edificãt eam. Nisi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eã. Vanũ est vobis ante lucem surgere: surgite postq̃ sederitis qui mãducatis panẽ doloris. Cuz dederit dilectis suis somnuz ecce hereditas dñi: filij merces fruct⁹ vẽtris Sicut sagitte in manu potẽtis: ita filij excussoꝝ. Beat⁹ vir q̃ impleuit desideriũ suũ ex ipsis: nõ ꝯfundet̃ cũ loquet̃ inimicis suis in porta. Vox ꝓphete de xp̃o dicit.
Canticum graduum. cxxvij.

Beati oẽs qui timẽt dominũ: q̃ ãbulãt ĩ vijs ei⁹. Labores manũ tuaꝝ qꝛ mãducab̃: bt̃us es ⁊ bñ tibi erit. Vxor tua sic vitis abundãs:

in lateribꝫ domꝰ tue. Filij tui sicut nouelle oliuaꝝ: ī circuitu mēse tue. Ecce sic bñdicet̄ hō: q̄ timet dñm. Bñdicat tibi dñs ex sÿon: et videas bona ihrl'm oībꝫ diebꝫ vite tue. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ: pacē sup̄ israhel. ¶ Canticum graduuz. ¶ cxxviij.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc israhel Sepe expugnauer̄t me a iuuētute mea: etem̄ nō potuer̄t mihi. Sup̄ dorsū meū fabricauerūt pc̄tores: ꝓlongauerūt iniq̄tatē suā. Dñs iustꝰ ꝯcidet ceruices peccatoꝝ: ꝯfundant̄ ⁊ ꝯuertant̄ retrorsū oēs q̄ oderūt sÿon. Fiant sicut fenū tectoꝝ: qđ priusq̄ euellat̄ exaruit. De quo nō īplebit manū suā qui metet: ⁊ sinum suū q̄ manipulos colliget. Et nō dixer̄t q̄ p̄teribāt bñdictō dñi sup̄ vos: bñdiximꝰ vobis in noīe domini. ¶ Canticum graduum. cxxix.

De profūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intēdentes: in vocē dep̄catōis mee. Si iniq̄tates obseruaueris domine: dñe q̄s sustinebit? Quia apud te ꝓpiciatō ē: et ꝓpter legē tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea ī verbo eius: sperauit aīa mea ī dño. A custodia matutina vsq̄ ad noctē: speret isrl' in dño. Quia apud dominū miscđia: ⁊ copiosa apud eū redēptō Et ip̄e redimet isrl': ex oībꝫ iniq̄tatibꝫ eiꝰ. Vox ecclesie. ¶ Canticū graduū dđ. cxxx.

Domine non ē exaltatū cor meuz: neq̄ elati sūt oculi mei. Neq̄ ābulaui ī magnis: neq̄ ī mirabilibꝫ sup̄ me. Si nō humilit̄ sentiebaz: sz exaltaui aīaz meā. Sicut ablactatꝰ ē super mr̄e sua: ita retributō ī aīa mea. Speret isrl' ī dño: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculuz. ¶ Vox pr̄is ad xp̄m de lamentatōibus. Canticum graduum. cxxxj.

Memēto domine dauid. ⁊ oīs māsuetudinis eiꝰ. Sicut iurauit dño: votuz vouit deo iacob. Si ītroiero ī tab̄naculū domꝰ mee: si ascēdero ī lectū strati mei. Si dedero somnum oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitatōz Et req̄em tp̄ibꝫ meis: donec īueniā locuz dño tab̄naculū deo iacob. Ecce audiuimꝰ eā ī effrata: inuenimꝰ eā ī cāpis silue. Introibimꝰ ī tab̄naculū eiꝰ: adorabimꝰ ī loco vbi stetert̄ pedes eiꝰ. Surge dñe ī requiez tuā: tu ⁊ archa sc̄tificatōis tue. Sacerdotes tui īduāt̄ iusticia: ⁊ sc̄ti tui exultent. Propt̄ dđ ꝟuū tuū: nō auertas faciē xp̄i tui. Jurauit dñs dđ v̄itatē et ñ frustrabit̄ eū đ fructu vētris tui ponā sup̄ sedē tuaz. Si custodierīt filij tui testam̄tū meū: ⁊ testīonia mea hec q̄ docebo eos. Et filij eorū vsq̄ ī seculū: sedebūt sup̄ sedē tuā. Qm̄ elegit dñs sÿon: elegit eā in hītatōz sibi. Hec req̄es mea ī seculū seculi: h̄ hītabo qm̄ elegi eā. Viduā eiꝰ bñdicēs bñdicaz: paup̄es eꝰ saturabo paībꝫ. Sac̄dotes eꝰ īduā salutari: ⁊ sc̄ti eꝰ exultatōe exultabūt. Illuc ꝓducā cornu dđ: ꝑaui lucernā xp̄o meo. Inimicos eꝰ induā ꝯfusiōe: sup̄ ip̄m at̄ efflorebit sc̄tificatō mea. Cāticū ḡduū. cxxxij.

Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū hītare fr̄es ī vnū. Sic vngētū ī capite: qđ descēdit ī barbā barbaz aaron. Qđ descēdit ī orā vestimēti eiꝰ: sic ros hermon q̄ descēdit ī mōtē sÿon. Qm̄ illic mādauit dñs bñdictōz: ⁊ vitā vsq̄ in seculum. ¶ Canticum graduum. cxxxiij.

Ecce nūc benedicite domino: oēs ꝟui dñi. Qui statis ī domo dñi: in atrijs domꝰ dei nr̄i. In noctibꝫ extollite manꝰ vr̄as ī sc̄ta: ⁊ bñdicite dño. Bñdicat te dñs ex sÿō: q̄ fecit celū ⁊ terrā. Alleluia. ¶ Vox eccl'ie ad ꝓpl'm increpans ÿdola. cxxxiiij.

Laudate nomē domini laudate ꝟui dñm. Qui statis in domo dñi: ī atrijs domꝰ dei nr̄i. Laudate dñz qꝛ bonꝰ dñs: psallite nomī eꝰ qm̄ suaue est. Qm̄ iacob elegit sibi dñs: isrl' in possessiōz sibi. Quia ego cog̊ui q̄ magnꝰ ē dñs: ⁊ deꝰ nr̄ p̄ oībꝫ dijs. Oīa q̄cūq̄ voluit dñs fecit ī celo ⁊ ī t̄ra: in mari ⁊ in oībꝫ abissis. Educēs nubes ab extremo t̄re: fulgura ī pluuiā fecit. Qui ꝓducit ventos de thesauris suis: q̄ ꝑcussit p̄mogenita egipti ab hoīe vsq̄ ad pecꝰ. Emisit signa ⁊ ꝓdigia ī medio tui egipte: ī pharaonē ⁊ in oēs seruos eiꝰ. Qui ꝑcussit gētes multas: et occidit r̄ges fortes. Seō regē amorreoꝝ ⁊ og regē basan: ⁊ oīa regna chanaan. Et dedit t̄rā eoꝝ hereditatē: hēditatē isrl' ꝓpl'o suo. Dñe nomē tuū īeternū: dñe mēoriale tuū in generatōe ⁊ generatōz. Quia iudicabit

dñs ꝑlm suũ: ꝙ ĩ seruis suis dep̃cabit. Si mulacra gẽtiũ argẽtũ ꝙ aur: opera manu um hoĩm. Os habẽt et nõ loquent: oc̃los habẽt ꝙ nõ vidẽbũt. Aures habẽt ꝙ nõ au diẽt: neq; em̃ est spũs ĩ ore ipor. Similes illis fiant q̃ faciũt ea: ꝙ omnes q̃ ꝓfidũt in eis. Dom⁹ isr̃l bñdicite dño: domus aaron bñdicite dño. Domus leui bñdicite dño: q̃ timetis dñm bñdicite dño. Bñdict⁹ dñs ex sy̓on qui habitat in ihr̃lm. ℣. Qui apo stolor ad synagogam de tribulationibus. Alleluia: alleluia. cxxxv.

Confitemini domino

qm̃ bon⁹: qm̃ in̊etærnũ miscȯia ei⁹. Cõfitemĩ deo deorũ: qm̃. Cõfitemĩ dño dñor: qm̃. Qui facit mirabilia mag̃ sol⁹: qm̃. Qui fecit celos ĩ intellectu: qm̃. Qui firmauit terrã sup aq̃s: qm̃. Qui fecit lumĩaria magna: qm̃. Solẽ ĩ pt̃atez diei: qm̃. Lunã ꝙ stellas in pt̃atem noctis: qm̃. Qui pcussit egiptũ cũ p̃mogenitis eor: q̃ niã. Qui eduxit isr̃l de medio eor: qm̃. In manu potenti ꝙ brachio excelso: qm̃. Qui diuisit mare rubr ĩ diuisiões: qm̃. Et edu xit isr̃l p mediũ ei⁹: qm̃. Et excussit phara onẽ ꝙ ꝺtutẽ ei⁹ ĩ mari rubro: qm̃. Qui ẽduxit ꝑlm suũ p desertũ: qm̃. Qui pcussit re ges magnos: qm̃. Et occidit reges fortes: qm̃. Seon regẽ amorreor: qm̃. Et og r̃gẽ basan: qm̃. Et dedit r̃rã eor hẽditatẽ: qm̃. Hereditatẽ isr̃l ꝙuo suo: qm̃. Quia ĩ humi litate nr̃a memor fuit nr̃i: qm̃. Et redemit nos ab inimicis nr̃is: qm̃. Qui dat escaz oi carni: qm̃. Cõfitemĩ deo celi: qm̃. Cõfi temĩ dño dñor: qm̃ ĩternũ miscȯia eius. Alr̃a. ℣. Qui ecc̃lie. Lamẽtatõ hiere. ꝓhe.

Psalmus Dauid ꝓp̃ hieremiã. cxxxvj.

Super flumina babilo

nis illic sedim⁹ ꝙ fleuim⁹: dũ recor daremur tui sy̓õ. In salicib ĩ me dio ei⁹: suspẽdim⁹ organa nr̃a. Quia illic int̃rogauer̃t nos q̃ captiuos duxer̃t nos: ꝟba cãtionũ. Et q̃ abduxer̃t nos hymnũ: cãtate nob ȯ cãticis sy̓õ. Quõ cãtabimus cãticũ dñi: in r̃ra alie̊a: Si oblitus fuero tui ihr̃lm: obliuiõi det̃ dext̃era mea. Adhe reat lĩgua mea faucib meis: si nõ memĩe ro tui. Si n̄ ꝓposuero ihr̃lm: ĩ p̃ncipio leti cie tue. Memor esto domine filiorz edom in die ihr̃lm. Qui dicũt exinanite exina-

nite: vsq; ad fundamentũ in ea. Filia ba bilonis misera beatus qui r̃tribuet tibi re tributionem tuam quam retribuisti nob. Beatus qui tenebit: et allidet paruulos su os ad petrã. ℣. Qui xp̃i ad patrem.

Psalmus Dauid. cxxxvij.

Confitebor tibi domine

in toto corde meo: qm̃ audisti ꝟba oris mei. In cõspectu angelorum psallã tibi: adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ et ꝓfitebor nomi tuo. Sup misericordia tua et veritate tua: qm̃ magnificasti sup om̃e nomen sanctum tuũ. In quacũq; die inuo cauero te exaudi me: multiplicabis in ani ma mea virtutem. Confitent̃ tibi dñe omnes reges terre: quia audierunt verba oris tui. Et cantẽt in vijs dñi: qm̃ magna ẽ gl̃ia dñi. Qm̃ excelsus dñs ꝙ hũilia r̃spi cit: ꝙ alta a longe ꝓgnoscit. Si ambl̃auer̃o ĩ medio tribulatõis viuificab me: ꝙ sup ir̃ã inimicor meor extẽdisti manũ tuã: ꝙ saluũ me fecit dext̃era tua. Dñs retribuet ꝓ me: dñe miscȯia tua in sc̃lm: opa manu um tuar ne despicias. ℣. In finẽ ps dauid. ℣. Qui ecc̃lie ad p̃em cuz laude. cxxxvij.

Domine probasti me et

cognouisti me: tu cognouisti sessi onem meã ꝙ resurrectõez meã. Intellexisti cogitatões meas delonge: semitã meã ꝙ funiculũ meũ ĩuestigasti. Et oẽs vi as meas ꝓuidisti: qr nõ est sermo ĩ lĩgua mea. Ecce tu dñe ꝓgnouisti oĩa nouissima ꝙ antiq̃: tu formasti me et posuisti sup me manũ tuã. Mirabl̃is facta ẽ sciẽtia tua ex me: ꝓfortata ẽ ꝙ nõ potero ad eã. Quo ibo a spũ tuo: ꝙ q̃ a facie tua fugiã: Si ascẽdero ĩ celũ tu illic es: si descẽdero ĩ infernum ades. Si sũpsero pẽnas meas diluculo: et hĩtauero ĩ extremis maris. Etem̃ illic ma nus tua deducet me: ꝙ tenebit me dext̃era tua. Et dixi forsitã tenebre ꝓculcabũt me ꝙ nox illumĩatõ mea ĩ delicijs meis. Quia tenebre nõ obscurabũt a te: ꝙ nox sicut di es illuminabit̃: sicut tenebre eius ita ꝙ lumẽ ei⁹. Quia tu possedisti renes meos: susce pisti me de vtero matris mee. Cõfitebor ti bi qr terribiliter magnificatus es: mirabi lia opera tua. et aĩma mea cognoscet ni mis. Non ẽ occultatũ os meum a te qð fe cisti ĩ occulto: et substãtia mea ĩ ifer̃ioribo t̃re. Imp̃fectũ meũ vider̃t oc̃li tui: ꝙ ĩ libro

tuo om̃es scribent̃: dies formabũt̃ ⁊ nemo in eis. Mihi aũt nimis honorificati st̃ amici tui deus: nimis ꝯfortat⁹ est principatus eoꝝ. Dinumerabo eos ⁊ sup̄ arenã multiplicabũt̃: exurrexi ⁊ adhuc sũ tecũ. Si occideris de⁹ peccatores: viri sanguinũ declinate a me. Quia dicitis in cogitatõe: accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne q̃ oderunt te dñe oderã: ⁊ sup̄ inimicos tuos tabescebã. Perfecto odio oderã illos: ĩimici facti sũt mihi. Proba me de⁹ et scito cor meũ: interroga me ⁊ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me ẽ: et deduc me in via eterna. ¶ Vox xp̃i. ¶ In finẽ psalmus Dauid. cxxxix.

Eripe me domĩe ab homine malo: a viro iniq̃ eripe me. Qui cogitauer̃t iniq̃tates in corde tota die ꝯstituebãt p̃lia. Acuerũt linguaz suã sicut serpẽtes: venenũ aspiduz sub labijs eorũ. Custodi me dñe de mãu pct̃oris et ab hoĩbꝫ iniquis eripe me. Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos: abscõderũt sup̄bi laqueũ mihi. Et funes extẽderũt ĩ laqueũ: iuxta iter scãdalũ posuerunt mihi. Dixi dño de⁹ me⁹ es tu: exaudi dñe vocem dep̃catõis mee. Dñe dñe v̄tus salutis mee: obũbrasti sup̄ caput meũ ĩ die belli. Nõ t̃das me dñe a desiderio meo pct̃ori: cogitauerũt ꝯtra me: ne derelinq̃s me ne forte exaltent̃. Caput circuit⁹ eoꝝ: labor labiorũ ipsoꝝ operiet eos. Cadẽt sup̄ eos carbones in ignẽ deicies eos: ĩ miserijs nõ subsistẽt Vir linguosus nõ diriget̃ ĩ t̃ra: viꝝ ĩiustũ mala capiẽt ĩ interitu. Cognoui q̃ faciet dñs iudiciũ ĩopis: ⁊ vindictã paup̄m. Veruntñ iusti ꝯfitebũt̃ nomĩ tuo: ⁊ hĩtabũt recti cũ vultu tuo. ¶ Vox eccl̃e. p̃s dd̃. cxl.

Domine clamaui ad te exaudi me: intẽde voci mee cũ clamauero ad te. Dirigat̃ oratõ mea sicut incensũ ĩ ꝯspectu tuo: eleuatõ manuum meaꝝ sacrificiũ vesp̄tinuz. Pone dñe custodiã ori meo: ⁊ ostiũ circũstãtie labijs meis. Nõ declines cor meũ ĩ v̄ba malicie: ad excusandas excusatões ĩ pct̃is. Cũ hominibꝫ operãtibꝫ iniquitatẽ: ⁊ nõ ꝯmunicabo cũ electis eoꝝ. Corripiet me iust⁹ in miscd̃ia ⁊ increpabit me: oleum aũt peccatoris non impinguet caput meuz. Quoniam adhuc ⁊ oratõ mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniaz potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est sup̄ terram. Dissipata sunt ossa nostra sec⁹ infernuz: q̃ ad te domine domine oculi mei: in te speraui non auferes animam meaz. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et a scandalis operantium iniquitatẽ. Cadẽt in reciaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

¶ Intellectus Dauid cum esset in spelunca: oratio. cxlj.

Voce mea ad dominuz clamaui: voce mea ad dominũ deprecatus sum. Effundo in ꝯspectu eius orationẽ meã: ⁊ tribulatõnem meam ante ipsum p̄nũcio. Indeficiẽdo ex me spiritũ meuz: ⁊ tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabaz: absconderunt laqueum mihi. Considerabã ad dexterã et videbã: ⁊ nõ erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: ⁊ nõ est qui requirat aĩam meam. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea: porcio mea in terra viuentiũ. Intende ad dep̃catõnez meã: q̃ humiliatus suz nimis. Libera me a p̄sequentibꝫ me: quia ꝯfortati sũt sup̄ me. Educ de custodia aĩaz meã ad ꝯfitendũ nomini tuo: me expectãt iusti donec retribuas mihi. ¶ Vox xp̃i ad patrem. ¶ Psalm⁹ Dauid. quãdo p̄sequebatur eum filius suus Absalon cxlij.

Domine exaudi or̃onez meã auribꝫ percipe obsecratõnem meã: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo om̃is viuens. Quia persecutus est inimicus aĩaz meã: humiliauit in terra vitam meã. Collocauit me in obscuris sicut mortu⁹ seculi: ⁊ anxiat⁹ ẽ sup̄ me sp̃us meus: in me turbatũ est cor meũ. Memor fui dierũ ãtiquoꝝ: meditat⁹ sũ in om̃ibꝫ op̄ibus tuis: in factis manuuz tuarũ meditabar. Expãdi man⁹ meas ad te: aĩa mea sicut t̃ra sine aqua tibi. Velocit̃ exaudi me dñe: defecit sp̃us me⁹. Nõ auertas faciẽ tuaz a me: ⁊ simil̃ ero descẽdẽtibꝫ ĩ lacũ. Auditã fac mihi mane miscd̃iaz tuã: q̃ in te sp̄aui. Notã fac mihi viã ĩ q̃ ambulẽ: quia

ad te leuaui aīam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatē tuā quia deꝰ meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me ī terraz rectam: ꝓpter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatōe animam meaz: et ī misericordia tua disperdes inimicos meos. Et perdes om̄es qui tribulant animam meā: quoniam ego seruus tuus sum. ¶ Psalmus Dauid aduersus goliath. cxliij.

Benedictus dominꝰ deꝰ meus q̄ docet manus meas ad preliū: ⁊ digitos meos ad bellū. Misericordia mea ⁊ refugiū meū: susceptor meus ⁊ liberator meus. Protector meꝰ ⁊ ī ip̄o speraui: qui subdit populum meū sub me. Domine quid est hō quia īnotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra p̄tereūt. Domine inclina celos tuos ⁊ descende: tange mōtes ⁊ fumigabunt Fulgura choruscatōnez et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et conturbabis eos. Emitte manū tuā d̄ alto: eripe me ⁊ libēa me de aquis multis: ⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ. Quoꝝ os locutum est vanitatē: ⁊ dextera eoꝝ dextera iniquitatis. Deus cāticū nouū cantabo tibi: in psalterio decacordo psallaz tibi. Qui das salutez regibꝫ: qui redemisti dauid seruū tuū: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorū alienoꝝ q̄ꝝ os locutū ē vanitatē: et dextera eorū dextera iniquitatis. Quorū filij sicut nouelle plantatōes: in iuuentute sua. Filie eoꝝ ꝯposite: circumornate vt similitudo tēpli. Promptuaria eoꝝ plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abundantes ī egressibꝫ suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie: neqꝫ transitus neqꝫ clamor in plateis eoꝝ. Beatū dixerunt populum cui hec sūt: beatꝰ populus cuius dominus deus eius.

¶ Laudatio ipsi Dauid. cxliiij.

Exaltabo te deꝰ meꝰ rex. ⁊ bn̄dicā nomī tuo ī seculū ⁊ in seculū seculi. Per singulos dies bn̄dicam tibi: ⁊ laudabo nomē tuū in seculū ⁊ ī seculū seculi. Magnꝰ dn̄s ⁊ laudabil' nimis: ⁊ magnitudinis eꝰ nō ē finis. Generatō ⁊ generatō laudabit op̄a tua: ⁊ potētiā tuā ꝓnūciabūt. Magnificentiā glorie sanctatis tue loquētur: et mirabilia tua narrabunt. Et virtutē terribiliū tuorū dicēt: ⁊ magnitudinem tuaz narrabunt. Memoriā abūdantie suauitatis tue eructabunt ⁊ iusticia tua exultabūt. Miserator ⁊ misericors dn̄s: patiens ⁊ multum misericors. Suauis dn̄s vniuersis: et miseratōnes eiꝰ super om̄ia opera eiꝰ. Confiteant̄ tibi dn̄e om̄ia op̄a tua: ⁊ sancti tui benedicāt tibi. Gloriam regni tui dicēt: ⁊ potētiā tuā loquent̄. Vt notā faciāt filijs hoīm potētiā tuā: ⁊ gloriā magnificentie regni tui. Regnū tuū regnū oīm seculoꝝ: ⁊ dn̄atio tua in om̄i generatōne ⁊ generatōe. Fidelis dominꝰ ī om̄ibꝫ verbis suis: et sāctus ī oībus op̄ibꝫ suis. Alleuat dn̄s om̄es q̄ corruūt: et erigit oēs elisos. Ocl'i omniū sperāt ī te dn̄e: ⁊ tu das escam illoꝝ in tp̄e oportuno Aperis tu manū tuaz: ⁊ imples om̄e aīal bn̄dictōe. Justꝰ dn̄s in oībꝫ vijs suis: ⁊ sanctus in oībꝫ op̄ibꝫ suis Prope ē dn̄s oībus inuocantibꝫ eū: oībꝫ inuocātibꝫ eū in veritate. Voluntatē timētiū se faciet: ⁊ dep̄cationem eoꝝ exaudiet: et saluos faciet eos. Custodit dn̄s omnes diligentes se: ⁊ om̄s peccatores disperdet. Laudatōnem dn̄i loquetur os meū: ⁊ bn̄dicat omnis caro nomini sancto eiꝰ in seculū et in seculū secl'i.

¶ Vox xp̄i ad populū. Alleluia. cxlv.

Lauda anima mea dominū: laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero. Nolite ꝯfidere in p̄ncipibꝫ: in filijs hominū in q̄bꝫ nō est salus. Exibit spiritus eius ⁊ reuertet̄ in terram suam: in illa die peribūt omnes cogitationes eorum. Beatus cuiꝰ deus iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius: qui fecit celum ⁊ terraz mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit eliseos: dominus diligit iustos. Dominꝰ custodit aduenas: pupillum et vibuam suscipiet: ⁊ vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula: deus tuus sy̅on in generatōe et generationem. ¶ Vox xp̄i ad ecclesiam. ¶ Alleluia. alleluia. cxlvj.

Laudate dominuz quoniam bonus est psalmus: deo nro sit iocunda decoraq laudatõ. Edificans hierusalem dominus: dispersiones israbel congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat ꝓtritões eoꝝ. Qui numerat multitudinem stellarum: ꝛ omnibꝫ eis nomina vocans. Magn⁹ dominus noster et magna virtus eius ꝛ sapientie ei⁹ non est numerus. Suscipiens mansuetos dñs humilians autez peccatores vsq ad terrã Precinite dño in confessione: psallite deo nostro in cithara. Qui operit celũ nubibus: et parat terre pluuiã. Qui producit in mõtibus fenũ: et herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorũ: ꝛ pullis coruoꝝ inuocantibus eũ. Non in fortitudine equi volũtatez habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitũ est dño sup timentes euz: ꝛ in eis qui sperant super misericordia eius. Alleluia alleluia aggei et zacharie. ℣ Eloꝝ xpi ad ecclesiam. cxlvij.

Lauda hierusalẽ dominum: lauda deuz tuũ syon. Quoniam confortauit seras portaruz tuaꝝ: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacẽ: ꝛ adipe frumẽti saciat te. Qui emittit eloquiũ suũ terre: velocitez currit sermo eius. Qui dat niuẽ sic lanaz nebulam sicut cinerez spargit. Mittit cristallum suum sicut buccellas: ante faciez frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spirit⁹ eius et fluent aque. Qui annũciat verbuz suũ iacob: iusticias et iudicia sua israbel. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis. ℣ Eloꝝ ecclesie et apl'oꝝ. ℟ Alleluia. alleluia. cxlviij.

Laudate dominũ de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. Laudate eũ sol et luna: laudate euz omnes stelle ꝛ lumen. Laudate eũ celi celorum: et aque omnes que super celos sunt laudent nomẽ domini. Quia ipse dixit et facta sũt: ipe mãdauit et creata sunt. Statuit ea in seculũ et in seculũ seculi: preceptum posuit ꝛ nõ preteribit. Laudate dominũ de terra: dracones et omes abissi. Ignis grãdo nix glacies spiritus procellarum: que faciũt verbum eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie ꝛ vniuersa pecora: serpentes et volucres pennate Reges terre et omnes populi: principes et omes iudices terre. Juuenes ꝛ virgines senes cum iunioribꝫ laudent nomẽ domini quia exaltatum est nomen eius soli⁹. Cõfessio eius super celũ et terraz: ꝛ exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibꝫ sanctis eius: filijs israbel populo appropinquanti sibi. ℣ Eloꝝ apl'oꝝ. ℟ Alleluia. alla. cxlix.

Cantate domno canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctoꝝ. Letetur israbel in eo qui fecit eũ: et filie syon exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallent ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltabit mansuetos in salutem. Exultabũt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis Exultationes dei in gutture eoꝝ: ꝛ gladij ancipites in manibꝫ eorum. Ad faciendam vindictam in nationibꝫ: increpationes in populis. Ad alligandos reges eoꝝ in ꝓpe diebus: et nobiles eorũ in manicis ferreis Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.
℣ Eloꝝ ecclesie. ℟ Alleluia. alleluia. cl.

Laudate dominũ in sanctis eius: laudate euz in firmamẽto virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ꝑm multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate euz in psalterio ꝛ cithara. Laudate eum in tympano ꝛ choro laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omis spiritus laudet dominum. Alleluia.

Finit Psalterium feliciter.

Epl'a sācti hieronimi p̄sbiteri ad chromatiū et eliodorū ep̄os de libris salomonis.

Iungat epistola quos iūgit sacerdotium. Imo carta ñ diuidat: quos xp̄i nectit amor Cōmentarios ī ozee. amos. zachariā ⁊ malachiam: q̄s poscitis. scripsissē: si licuisset pre valitudine. Mittitis solatia sūptuum. notarios nostros et liberarios sustētatis vt vobis potissimū nostrū desudet ingeniuz. Et ecce ex latere frequēs turba diuersa poscentiū: quasi aut equū sit me vobis esuriētib⁹ etiā alijs laborare: aut ī natōe dati et accepti cuiq̄ p̄ter vos obnoxi⁹ sim Itaq; lōga egrotatōe fractus. ne penitus hoc āno reticerē. et apud vos mutus essē tridui opus nomine vestro ꝯsecraui. int̄p̄tatōz videlicz triū salomonis voluminū masloth quod hebrei parabolas vulgata editio ꝓuerbia vocat. Coeleth quē grece ecclesiasten. latine ꝯcōnatorē possum⁹ dicere. Sirasirim. quod in linguam nostrā vertit̄ canticū canticoꝝ. Fertur ⁊ panaretos ih̄u filij sirach liber: ⁊ alius pseudograuus. qui sapiētia salomonis inscribit̄ Quorū priorē hebraicū reperi. nō ecclesiasticū vt apud latinos: sz ꝑabolas p̄notatū. Cui iūcti erāt ecclesiastes. ⁊ canticū cāticoꝝ: vt similitudinem salomonis non solū numero libroꝝ: sz etiā materiaꝝ genere coeq̄ret. Secūdus apud hebreos nusq̄ est: qꝛ et ip̄e stilus grecā eloquentiā redolet: et nōnulli scriptoꝝ veteꝝ hūc eē iudi filonis affirmant. Sicut ḡ iudith ⁊ thobie ⁊ machabeoꝝ libros. legit q̄dez eos ecclesia. sz inter canonicas scripturas nō recipit: sic ⁊ hec duo volumina legat ad edificationez plebis: nō ad auctoritatē ecclesiasticoꝝ dogmatū ꝯfirmandā. Si cui sane septuagīta interp̄tū magis editō placz habz eā a nobis olim emendatā. Neqz em̄ noua sic cudim⁹ vt vetera destruamus. Et tamē cū diligētissime legerit. sciat magis nostra scripta ītelligi: q̄ nō in tertiū vas trāsfusa coacuerint. sz statī de p̄lo purissime cōmendata teste suum saporem seruauerint. ¶ Finit epistola.

Incipit liber ꝓuerbioꝝ Salo. Ca. I.

Parabole salomōis filij dauid regis israel. ad sciendaz sapientiam ⁊ disciplinam: ad intelligendam verba prudentie et suscipiendam eruditionem doctrine: iustitiā et iuditium et equitatem: vt detur ꝑuulis astutia: et adolescenti scientia et intellectus. Audiens sapiens sapientior erit: et intelligēs gubernacula possidebit. Animaduertet parabolā et interpretatōnē: verba sapientiū ⁊ enigmata eoꝝ. Timor domini principiū sapiētie. Sapiaz atqz doctrinā stulti decipiunt. Audi fili mi disciplinam patris tui ⁊ ne dimittas legē matris tue. vt addat̄ grā capiti tuo: et torques collo tuo. Fili mi si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis. Si dixerint veni nobiscū: insidiemur sanguini. abscondam⁹ ten dicl'as ꝯ insontē frustra. deglutiamus euz sicut infernus viuētē et integrū. quasi descendentē in lacū: omnem p̄tiosam substātiā reperiemus. implebimus domos nr̄as spolijs. sortē mitte nobiscū. marsupiuz sit vnū omniū nostrū: fili mi ne ābules cum eis. Prohibe pedē tuuz a semitis eoꝝ. Pedes em̄ illoꝝ ad malū currūt et festinant vt effundant sanguinē. Frustra aūt iacit̄ rethe ante oculos pennatoꝝ. Ip̄i q̄z ꝯ sanguinez suū insidiantur: et moliunt̄ fraudes ꝯ animas suas. Sic semite omnis auari: animas possidentiū rapiūt. Sapientia foris predicat: in plateis dat vocē suam. In capite tubarum clamitat: in foribus portarum vrbis profert verba sua dicens Usqzquo paruuli diligitis infantiā ⁊ stulti ea que sibi sūt noxia cupient: ⁊ īprudentes odibūt sciam. Conuertimini ad correptionem meā. En proferaz vobis spirituz meū: ⁊ oñdaz vobis v̄ba mea. Quia vocaui et rēnuistis: extēdi manū meā ⁊ nō fuit qui aspiceret. Despexistis om̄e ꝯsiliū meū ⁊ increpatōes meas neglexistis. Ego q̄z ī ītēritu vr̄o ridebo: et subsānabo cū vobis id qd̄ tiebatis aduenerit. Cū irruerit repētina calaītas. ⁊ īterit⁹ q̄si tēpestas īgrue-

Pseudograuus

rēnuistis

ridebo

rit: qñ venerit sup vos tribulatõ ⁊ ãgustia
Tunc inuocabũt me ⁊ nõ exaudiã: mane
ꝯsurgẽt ⁊ non inueniẽt me: eoꝝ exosã ha
buerĩt disciplinã et timorẽ dñi ñ suscepĩt
nec acq̃euerĩt ꝯsilio meo: et detraxerĩt v-
niuerse correptõni mee. Comedent igitur
fructus vie sue: suisq; ꝯsilijs saturabũtur
Auersio puuloꝝ interfitiet eos: ⁊ ꝓsperi-
tas stultoꝝ ꝑdet eos. Qui aũt me audierit
absq; terrore req̃escet: et abũdantia ꝑfru-
etur: timore maloꝝ sublato. ¶ Capi. II.

Fili mi si susceperis ser
mones meos: et mãdata mea ab-
scõderis penes te. vt audiat sapiẽ
tiã auris tua: inclina cor tuũ ad cognoscẽ
dam prudentiã. Si em̃ sapĩaz ĩuocaueris
⁊ ĩclinaueris cor tuũ prudẽtie: si q̃sieris eã
q̃si pecuniã et sicut thesauros effoderis il
lã: tũc intelliges timorẽ dñi: et scĩaz dei ĩ-
uenies: qꝛ dñs dat sapĩam: et ex ore eius
prudẽtia et scĩa. Custodiet rectoꝝ salutẽ: ⁊
ꝓteget g̃diẽtes simpliciter. ꝟuãs semitas
iustitie: et vias sanctoꝝ custodiẽs. Tũc ĩ-
telliges iustitiã et iuditiũ. et eq̃tatẽ: ⁊ oẽz
semitã bonã. Si intrauerit sapĩa cor tuũ
et scĩa aĩe tue placuerit: cõsiliũ custodiet
te. ⁊ prudentia ꝟuabit te: vt eruaris a via
mala ⁊ ab hoĩe q̃ ꝑuersa loquit̃. Qui reli
quũt iter rectũ: et ãbulãt ꝑ vias tenebro-
sas. Qui letant̃ cũ malefecerĩt et exultãt
in rebꝰ pessimis. Quoꝝ vie ꝑuerse sunt: et
ĩfames gressus eoꝝ. Vt eruaris a muliere
aliena ⁊ ab ext̃nea q̃ mollit ꝟmões suos:
et relinquit ducez pubertatis sue: et pacti
d̃i sui oblita ẽ. Inclinata est em̃ ad mortẽ
domus eius: et ad inferos semite ip̃i⁹. O-
mnes qui ingrediunt̃ ad eam nõ reuertẽ-
tur: nec apprehendent semitas vite. Vt ã-
bules in via bona: et calles iustoꝝ custo-
dias. Qui em̃ recti sũt habitabũt ĩ terra:
et simplices ꝑmanebũt in ea. Impij v̄o de
terra perdent̃: et qui inique agunt: aufe-
rentur ex ea. ¶ Ca. III.

Fili mi ne obliuiscaris
legis mee: et p̃cepta mea cor tuuz
custodiãt. Longitudinẽ em̃ dierũ
et annos vite et pacẽ apponẽt tibi. Miseri-
cordia et veritas te nõ deserãt. Circũda e-
as gutturi tuo: et describe in tabulis cor-
dis tui: ⁊ ĩuenies grãm ⁊ disciplinã bonã
corã deo et hominibꝰ. Habe fidutiã ĩ dño
ex toto corde tuo. et ne imitaris prudentie
tue. In om̃ibꝰ vijs tuis cogita illũ: et ipse
diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud
temetip̃m. Time deum: et recede a malo.
Sanitas quippe erit vmbilico tuo et irri-
gatõ ossiũ tuoꝝ. Honora dñm de tua sub-
stãtia et de principijs frugũ tuaꝝ da pau
peribꝰ: ⁊ implebũtur horrea tua saturita-
te: et vino torcularia redũdabunt. Disci-
plinã dñi fili mi ne abitias: ne d̃fitias cũ
ab eo corripieris. Quẽ eĩ diligit dñs cor-
ripit: et q̃si pater ĩ filio ꝯplacet sibi. Bea
tus hõ q̃ ĩuenit sapĩam: et q̃ affluit pru-
dẽtia. Melior ẽ acq̃sitio eius negotiatõne
auri et argẽti: p̃mi et purissimi fruct⁹ ei⁹
Pretiosior ẽ cũctis opibꝰ sapĩa: ⁊ oĩa que
desiderant̃: huic nõ valẽt ꝯpari. Lõgitudo
dieꝝ ĩ dextera ei⁹: et in sinistra illi⁹ diuitie
et gloria. vie eius vie pulcre: et oẽs semi-
te eius pacifice. Lignũ vite est his q̃ appre
hẽderint eã: et qui tenuerint eã beati. Do
min⁹ sapĩa fũdauit terrã: stabiliuit celos
prudẽtia. Sapiẽtia illi⁹ eruperũt abissi: et
nubes rore cõcrescũt. Fili mi ne affluant
hec ab oculis tuis. Custodi legẽ meã atq;
ꝯsiliũ meũ: et erit vita anime tue: ⁊ gratia
faucibꝰ tuis. Tũc ambulabis fidutialiter
ĩ via tua ⁊ pes tuus nõ ĩpinget. Si dormi
eris nõ timebis. quiesces: ⁊ suauis erit sõ
nus tu⁹. Ne paueas repẽtino terrore. ⁊ ir
ruẽtes tibi potẽtias impioꝝ. Dñs eĩ erit ĩ
latere tuo: et custodiet pedẽ tuũ ne capia
ris. Noli ꝓhibere benefacere eũ q̃ pt̃: si va
les et ip̃e bñfac. Ne dicas amico tuo. Va-
de et reuertere et cras dabo tibi: cũ statiz
possis dare. Ne moliaris amico tuo malũ
cũ ille ĩ te habeat fidutiã. Nõ ꝯtẽdas ad-
uersus hoĩez frustra: cũ ip̃e tibi nihil ma-
li fecerit. Ne emuleris hoĩem iniustũ nec
imiteris vias eius: qꝛ abominatõ ẽ dñi o-
mnis illusor: et cum simplicibꝰ sermoci-
natio eius. Egestas a dño in domo impij:
habitacula at̃ iustoꝝ benedicẽtur. Ip̃e d̃-
ludet illusores: et mãsuetis dabit gratiam
Gloriã sapiẽtes possidebũt: stultoꝝ exul-
tatio ignominia. ¶ Capi. IIII.

Audite filij disciplinaz
p̃ris: et attendite vt sciatis prudẽ-
tiã. Donũ bonũ tribuam vobis:
legem meam ne derelinquatis. Nam ⁊ ego

fili⁹ fui patris mei. tenell⁹ ⁊ vnigenit⁹ cor̃ matre mea: ⁊ docebat me atq; dicebat. Suscipiat ꝺba mea cor tuũ: custodi ꝓcepta mea et viues. Posside sapientiã: possi de prudẽtiã. Ne obliuiscaris: neq; declines a ꝺbis oris mei. Ne dimittas eã ⁊ custodiet te: dilige eã et ꝟuabit te. Principiũ sapiẽtie posside sapiaz. ⁊ ĩ oĩ possessione tua acq̃re prudentiã. Arripe illaz ⁊ exaltabit te: glorificaberis ab ea cũ eã fueris ãplexat⁹. Dabit capiti tuo augmẽta grãꝝ: et corona inclita ꝓtget te. Audi fili mi ⁊ suscipe ꝺba mea: vt multiplicent̃ tibi ãni vi te. Viã sapie mõstrabo tibi. ⁊ ducã te p semitas eq̃tatis: q̃s cũ ĩgressus fueris ñ arctabunt̃ gressus tui: et currẽs nõ hẽbis offẽdiculũ. Tene disciplinã: ne dimittas eã Custodi illã: qz illa ẽ vita tua. Ne delectẽris ĩ seitis ĩpioꝝ: nec tibi placeat maloꝝ via. Fuge ab ea nec trãseas p illã: ꝺclina ⁊ desere eã. Nõ ei dormiũt nisi cũ malefecerit: ⁊ ñ rapit̃ somn⁹ ab eis nisi suppl̃taue rint. Comedũt panẽ ĩpietatis: et vinũ iniq̃tatis bibũt. Justoꝝ autez semita q̃si lux splẽdens ꝓcedit: ⁊ crescit vsq; ad pfectã diẽ Via ĩpioꝝ tenebrosa: nesciũt vbi currãt. Fili mi ausculta ꝟmones meos: et ad eloq̃a mea inclina aurẽ tuã. Ne recedant ab oculis tuis: custodi ea ĩ medio cordis tui. Vita em̃ sũt ĩueniẽtibꝰ ea: et vniuerse carni sanitas. Oñi custodia ꝟua cor tuuz: qz ex ipo vita ꝓcedit. Remoue a te os p̃uum ⁊ detrahẽtia labia sint ꝓcul a te. Oculi tui recta videãt: et palpebre tue p̃cedãt gressus tuos. Dirige semitas pedibꝰ tuis: ⁊ omnes vie tue stabilient̃. Ne ꝺclines ad dexterã neq; ad sinistrã. Auerte pedẽ tuuz a malo. Vias em̃ q̃ a dexteris sũt nouit dñs puerse ꝺo sũt q̃ sũt a sinistris. Ipe em̃ rectos faciet gressus tuos. Itinera autẽ tua in pace producentur. Capi. V.

Fili mi attẽde sapiẽtiã meam et prudẽtie mee inclina aurẽ tuã: vt custodias cogitatõnes: et disciplinã labia tua ꝓseruẽt. Ne ĩtendẽris fallatie mulieris. Fauus em̃ distillãs labia meretricis et nitidius oleo guttur ei⁹. Nouissima aũt illi⁹ amara q̃si absinthe uz: et lĩgua ei⁹ acuta q̃si gladi⁹ biceps. Pedes ei⁹ descendũt ĩ mortẽ: ⁊ ad ĩferos gressus ei⁹ penetrãt. Per semitã vitẽ nõ ãbulãt: vagi sũt gress⁹ ei⁹ et iuestigabiles. Nũc ḡ fili mi audi me: et ne recedas a verbis oris mei. Lõge fac ab ea viã tuã: ⁊ ne appropiques fori ꝺbꝰ dom⁹ ei⁹. Ne des alienis honorẽ tuũ: ⁊ ãnos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribꝰ tuis ⁊ labores tui sint in domo aliena. ⁊ gemas ĩ nouissimis q̃ñ ꝓsũpseris carnes tuas ⁊ corp⁹ tuũ ⁊ dicas. Cur detestat⁹ sũ disciplinã: ⁊ ĩcrepatꝰibꝰ nõ acq̃euit cor meuz: Nec audiui vocẽ docentiũ me: et magistris nõ inclinaui aurẽ meã. Pene fui ĩ oĩ malo: ĩ medio ecclesie et synagoge. Bibe aquã de cisterna tua: ⁊ fluẽta putei tui. Deriuẽtur fontes tui foras: ⁊ ĩ plateis aquas tuas diuide. Habeto eas sol⁹: nec sĩt aliem ꝓticipes tui. Sit vena tua benedicta: ⁊ letare cuz muliere adolescẽtie tue. Cerua karissima ⁊ gratissimus hinnul⁹. Vbera ei⁹ inebriẽt te oĩ tpe: ⁊ ĩ amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena: ⁊ foueris ĩ sinu alteri⁹? Respicit dñs viã hoĩs: ⁊ oẽs gress⁹ ei⁹ ꝓsiderat. Iniq̃tates sue capiunt ĩpiũ: ⁊ funibꝰ peccatoꝝ suoꝝ ꝓstringit̃ Ipe morie⁹ qz ñ hũit disciplinã: ⁊ ĩ multitudĩe stultitie sue decipietur. Ca. VI.

Fili mi si ꝟsponderis ꝓ amico tuo defixisti apud extraneũ aiaz tuã. Illaq̃tus es verbis oris tui: et capt⁹ ꝓpꝛijs ꝟmonibꝰ. Fac ḡ q̃ dico fili mi et temetipm libera. qz ĩcidisti ĩ manũ ꝓximi tui. Discurre festĩa: suscita amicũ tuuz. Ne dederis somnũ oculis tuis: nec dormitet palpebre tue. Erue q̃si damula ꝺ manu: ⁊ q̃i auis de ĩsidijs aucupis. Vade ad formicã o piger. ⁊ ꝓsidera vias eius et disce sapiaz. Que cũ nõ habeat ducem. nec p̃ceptorẽ nec p̃ncipez parat ĩ estate cibũ sibi: ⁊ congregat ĩ messe qꝺ comedat. Vsq;quo piger dormies: Oñ ꝓsurges e somno tuo: paululũ dormies paululũ dormitabis: paululũ ꝓseres man⁹ tuas vt dormias. ⁊ veniet tibi q̃si viator egestas: ⁊ pauperies q̃si vir armat⁹. Si ꝺo ĩpiger fueris veniet vt fons messis tua: ⁊ egestas longe fugiet a te. Homo apostata vir iutil̃ gradit̃ ore perso: ãnuit oculis. terit pede. digito loquit̃. prauo corde machinat̃ malũ: et omni tempore iurgia seminat. Huic ex tẽplo veniet perditio sua et subito conteretur: nec habebit vltra medicinam. Sex

sunt que odit dñs: et septimũ detestat aĩa eius. Oculos sublimes. linguã mẽdacẽ. manus effũdẽtes ĩnoxiũ sãguinẽ: cor machinans cogitatõnes pessimas. pedes veloces ad currendũ in malũ. pferentẽ mẽdatia. testẽ fallacẽ: et eũ q̃ seminat inter frẽs discordias. Cõserua fili mi pcepta p̃ris tui: et ne dimittas legẽ mr̃is tue: liga eã ĩ corde tuo iugit̃: et circũda gutturi tuo. Cum ambulaueris: gradiãt̃ tecũ. cũ dormieris: custodiãt te: et euigilãs loq̃re cũ eis. Quia mandatuz lucerna ẽ et lex lux: et via vite ĩcrepatõ disciplíne: vt custodiãt te a muliere mala et a blãda lingua exẽnee. Nõ cõ cupiscat pulcritudinẽ ei⁹ cor tuũ ne capiaris nutibz illi⁹. Pretiũ em̃ scorti vix ẽ vni⁹ panis: mlier aũt. viri ptiosã aĩaz capit. Nũq̃d pt̃ hõ abscõdere ignẽ in sinu suo vt vestimẽta illius ñ ardeãt: aut ãbulare sup prunas. vt nõ cõburant̃ plante ei⁹? Sic q̃ ingredit̃ ad mulierẽ proximi sui: ñ erit mũd⁹ cũ tetigerit eã. Nõ grãdis ẽ culpa cum quis furat⁹ fuerit. Furat̃ em̃: vt esuriẽtẽ impleat aĩaz. Deprhẽsus q̃z rõdet septuplũ et omnẽ substantiã dom⁹ sue tradet: et libe rabit se. Qui aũt adulter ẽ: pter cordis ĩopiã pdet animã suã. Turpitudinẽ et ĩgminiã pgregat sibi: et obprobriũ illius nõ delebit̃. Quia zelus et furor viri nõ pcet ĩ die vindicte: nec acquiescet cuiq̃ precibz: nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Capitulum .VII.

Fili mi custodi sermones meos: et pcepta mea reconde tibi. Fili honora dñm et valebis: pter eũ vo ne timueris alienũ. Serua mãdata mea et vives: et legẽ meã q̃si pupillã oculi tui. Liga eã ĩ digitis tuis: scribe illã ĩ tabulis cordis tui. Dic sapie soror mea es et prudentiã voca amicã tuã. Vt custodiat te a muliere extranea et ab aliena: q̃ verba sua dultia facit. De fenestra em̃ dom⁹ mee p cãcellos prspexi iuuenẽ et video puulos. Cõsidero vecordẽ iuuenez q̃ trãsit p plateas iuxta ãgulũ: et prope viã dom⁹ illius gradit̃. in obscuro aduespascẽte die: ĩ noctis tenebris et caligine. Et ecce occurrit illi mulier ĩ ornatu meretritio: pparata ad deci piẽdas aĩas. Garrula et vaga q̃etis ĩpaciens: nec valẽs in domo prsistẽ pedibz suis. Nũc foris nũc ĩ plateis: nũc iuxta angulos ĩsidiãs. Apprehensũq̃z deosculat̃ iuuenẽ et procaci vultu blãdit̃: dicẽs. Victimas p salute deuoui: hodie reddidi vota mea Iccirco egressa sũ ĩ occursũ tuũ desiderãs te videre et reperi. Intexui funibz lectulũ meũ: straui tapetibz pictis ex egipto: aspersi cubile meum mirra et aloe et cinamomo. Veni inebriemur uberibz: et fruamur cupitis ãplexibz donec illucescat dies. Nõ ẽ ei⁹ vir ĩ domo sua: abijt via lõgissima. Sac culũ pecunie secũ tulit: ĩ die plene lune reuersur⁹ ẽ ĩ domũ suã. Irretiuit eum mltis sermonibz: et blãditijs labioz ptraxit illũ Statim eaz seqũtur q̃si bos duct⁹ ad victimã et quasi agn⁹ lasciuiẽs et ignãras: et nescit qđ ad vincula stult⁹ trahat̃: donec trãsfigat sagitta iecur eius. Velut si auis festinet in laqueũ: et nescit q̃ de piculo aĩe illi⁹ agit̃. Nũc g̃ fili mi audi me: et attẽde vbis oris mei. Ne abstrahat̃ ĩ vijs illi⁹ mẽs tua: neq̃z decipiaris semitis ei⁹. Multos ei vulneratos deiecit: et fortissimi q̃nq̃z itẽrfecti sũt ab ea. Vie iferi dom⁹ ei⁹: penetrãtes ĩteriora mortis. Ca. VIII.

Nunquid nõ sapientia clamitat: et prudẽtia dat vocẽ suã In sũmis excelsisq̃z verticibz. supra viam ĩ medijs semitis stans: iuxta portas ciuitatis. in ipis foribz loquit̃ dicẽs. O viri ad vos clamito: et vox mea ad filios hominũ. Intelligite puuli astutiã: et insipiẽtes animaduertite. Audite q̃m de rebz magnis locutura sũ: et apient̃ labia mea vt recta pdicẽt. Veritatez meditabit̃ guttur meũ: et labia mea detestabunt̃ impiũ. Justi sũt oẽs spmões mei: ñ ẽ in eis prauũ quid neq̃z pversũ. Recti sũt ĩtelligẽtibz: et equi inueniẽtibz sciam. Accipite disciplinã meam et nõ pecuniã: doctrinaz magisq̃z aurũ eligite. Melior ẽ ei sapia cũctis opibz pciosissimis: et oẽ desiderabile ei nõ pt̃ opari Ego sapiẽtia habito in cõsilio: et eruditis ĩtersũ cogitatõibz. Timor dñi odit malum arrogantiã et superbiã et viam prauaz et os bilingue detestor. Meum est consilium et equitas. Mea est prudentia: mea est fortitudo. Per me reges regnãt: et legũ pditores iusta decernũt. Per me principes imperant: et potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: et qui mane vigilauerint ad me: inuenient me. Mecũ sũt

diuitie et gloria: opes superbe et iustitia. Melior ē fructus meus auro et lapide ptioso: et genimina mea argēto electo. In vijs iustitie ābulo ī medio semitax iuditij: vt ditē diligētes me: et thesauros eox repleā Dñs possidebit me initō viax suax. antex quicq̄ faceret a principio: ab eterno ordinata sū et ex antiqs: antex terra fieret. Nōdū erāt abissi et ego iā pcepta erā. Nec dū fōtes aquax eruperāt: necdū mōtes gr̄ui mole pstiterant. Añ omnes colles ego parturiebar. Adhuc terrā nō fecerat: et flumina et cardines orbis terre. Quando pparabat celos aderam: quādo certa lege et giro vallabat abissos. Añ ethera firmabat sursuz: et librabat fontes aquax. Añ circūdabat mari terminū suū: et legē ponebat aquis. ne trāsirēt fines suos. Quādo appendebat fundamēta terre: cū eo eraz cūcta pponēs. Et delectabar p singlos dies ludēs coram me omni tempore et ludēs in orbem terrarum: et delitie mee esse cuz filijs hominum. Nūc ergo filij audite me Beati qui custodiūt vias meas. Audite disciplinā et estote sapiētes: et nolite abicere eā. Beatus hō qui audit me: et q̄ vigilat ad fores meas quottidie: et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit: īueniet vitā. et hauriet salutē a domino. Qui autem in me peccauerit: ledet animā suā Oēs q̄ me oderūt: diligūt mortē. Ca. IX.

Sapiētia edificauit sibi domū: excidit colūnas septē. Immolauit victimas suas. miscuit vinū: et ppposuit mensā suā. Misit ancillas suas vt vocarēt ad arcē: et ad menia ciuitatis. Siquis ē puulus veniat ad me. Et īsipiētibus locuta ē. Venite comedite panez meū: et bibite vinū qd miscui vobis. Relī quite infantiā et venite et ambulate p vias prudētie. Qui erudit derisorē ipe iniuriā sibi facit: et qui arguit impiū sibi maculā generat. Noli arguere derisorē: ne oderit te. Argue sapientē et diliget te. Da sapiēti occasionez: et addet ei sapia. Doce iustū et festinabit accipe. Principiū sapie timor dñi: et scia sāctox prudētia. Per me em̄ multiplicabunt dies tui: et addētur tibi anni vite. Si sapiens fueris tibimetipi eris. si aūt illusor: sol? portabis malū. Mulier stulta et clamosa plenaq̄ illecebris et nihil omnino sciēs. sedet in foribo dom? sue super sellam. in excelso vrbis loco: vt vocaret trāseūtes p viā: et pgētes itinere suo Quis ē puulus: declinet ad me: Et vecordi locuta ē. Aque furtiue dulciores sūt: et panis abscondit? suauior. Et ignorauit q̄ ibi sint gigātes: et in pfūdis inferni cpuiue ei?. Qui em̄ applicabit illi descēdet ad inferos: nā qui abscesserit ab ea saluabitur.

Capitulum .X.

Filius sapiens letificat pr̄em: filius vo stultus mestitia ē mr̄is sue. Nil pderūt thesauri īpietatis: iustitia vo liberabit a morte. Nō affliget dñs fame aiaz iusti: et insidias impiorū subuertet. Egestatez opata ē manus remissa: manus aūt fortiū diuitias parat Qui autē nitit mēdatijs hic pascit vētos. idē ipe sequit aues volātes. Qui pgregat ī messe fili? sapiēs ē: qui aūt stertit estate. fili? cpfusionis. Benedictio dñi sup caput iusti: os aūt impiox opit iniqtate. Memoria iusti cū laudibo et nomē impiox putrescet. Sapiēs corde pcepta suscipiet: stult? cedit labijs. Qui ābulat simpliciter: ābulat cfidenter. q̄ aūt depuat vias suas: manifestus erit. Qui ānuit oculo dabit dolorē: et stultus labijs verberabit. Vena vite os iusti: et os impiox opit iniqtatē. Odiuz suscitat rixas: et vniuersa delicta opit caritas. In labijs sapiētis īuenit sapiētia: et vga in dorso eius qui indiget corde. Sapiētes abscondūt sciam: os aūt stulti cfusioni pximū ē. Substātia diuitis vrbs fortitudinis eius: pauor paupez egestas eorū Opus iusti ad vitā: fruct? aūt impij ad peccatū. Via vite custodienti disciplinā: qui aūt increpatōes relinqt: errat. Abscōdūt odiū labia mēdatia: q̄ pfert ctumeliā insipiēs est. In multiloquio nō deerit peccatū: qui aūt moderat labia sua prudentissimus est. Argentū electū lingua iusti: cor aūt impiox pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos. qui aūt indocti sūt ī cordis egestate morientur. Benedictio domini diuites facit: nec sociabitur eius afflictio. Quasi per risum stultus operatur scelus: sapia aūt ē viro prudētia. Qd timet impi? veniet sup eū: desideriū suū iustis dabitur Quasi tēpestas trāsiēs nō erit īpius: iust? aūt q̄si fūdamentū sēpiternū. Sic acetuz

ventibꝫ et fumus oculis: sic piger bis q̃ mi
serũt eũ. Timor dñi apponet dies: et ãni-
pioꝝ breuiabũt. Expectatõ iustoꝝ letitia
spes aũt impioꝝ pibit. Fortitudo simpli
cis via dñi: et pauor bis q̃ opant̃ maluz
Justus inetʒnũ ñ cõmouebit̃: impij aũt
nõ habitabũt sup tʒrã. Os iusti pturiet
sapiam: lĩgua prauorũ pibit. Labia iusti
considerant placita: et os impiorum per-
uersa. Capitulum. XI.

Statera dolosa abomi-
natio ẽ apud dm̃: et pond⁹ equuz
volũtas ei⁹. Ubi fuerit supbia ibi
erit et ꝓtumelia: vbi aũt ẽ humilitas ibi et sa
piẽtia. Simplicitas iustoꝝ diriget eos et sup
plãtatio puersoꝝ vastabit illos. Nõ pdẽt
diuitie in die vltõis: iustitia aũt liberabit
a mortʒ. Justitia simplicis diriget viã ei⁹
et i impietate sua corruet impi⁹. Justitia re
ctoꝝ liberabit eos: et i insidijs suis capiẽ-
tur iniq̃. Mortuo hoie ipio nulla erit vlt̃
spes: et expectatõ solicitoꝝ pibit. Just⁹ de
ãgustia liberat⁹ ẽ: et tradet̃ impius p eo. Si-
mulatoꝝ ore decipit amicũ suũ: iusti aũt li
berabunt̃ scia. In bonis iustoꝝ exaltabi
tur ciuitas: et i pditõe impioꝝ erit lauda-
tio. Benedictõe iustoꝝ exaltabit̃ ciuitas:
et ore impioꝝ subuertet̃. Qui despicit ami
cũ suũ indigẽs corde ẽ: vir aũt prudẽs ta-
cebit. Qui ãbulat fraudolẽter reuelat ar-
cbana: qui aũt fidelis ẽ celat amici ꝓmis-
sũ. Ubi nõ ẽ gubernatoꝝ populus corruet:
salus aũt multa cõsilia. Affligetur malo
q̃ fidez facit p extraneo: qui aũ cauet laq̃-
os securus erit. Mulier gratiosa inueniet
Hec dicit dñs deus. Proeo q̃ desolati estis
et ꝑculcati ꝓ circuitũ ꝙ facti in hereditatẽ
reliquis gentib⁹: et ascendisti sup labium
lingue ꝙ obprobriũ ꝓpli: ꝓpterea mõtes israꝫ
audite verbũ dñi dei. Hec dicit dñs deꝰ mõ
tib⁹ et collib⁹ torrẽtib⁹ vallibusq̃ ꝙ desertis
parietinis et vrbib⁹ derelictis que depopu-
late sunt et subsãnate a reliquis gẽtib⁹ per
circuitum. Propterea hec dicit dñs deus.
Quoniã in igne zeli mei locutus sum de re
liquis gentib⁹ et de ydumea vniuersa: que
dederunt terrã meã sibi in hereditatem cuz
gladio et toto corde et ex animo: ꝙ eiecerũt
eaz vt vastarent: idcirco vaticinare super
humũ israel. et dices montib⁹ et collib⁹ iu-
gis ꝙ vallib⁹. Hec dicit dominus deus. Ecce
ego in zelo meo et in furore meo locutus
sum: eo q̃ confusionẽ gentium sustinueris
Idcirco hec dicit dñs deus. Ego leuaui ma
num meã vt gentes q̃ in circuitu vro sunt
ipe ꝓfusionẽ suam portent: vos aũt mõtes

ísrael ramos vr̃os germinetis: ⁊ fructũ ve
strũ auferatis ꝑ̃lo meo ísrael. Prope eñ ẽ
vt veĩat. Quia ecce ego ad vos: ⁊ ꝓuertar
ad vos. ⁊ arabimini: ⁊ accipietis semẽtem
⁊ mltiplicabo in vobis hoĩes oẽmq; domũ
ísr̃l. Et habitabunt̃ ciuitates. ⁊ ruinosa in-
staurabunt̃: ⁊ r̃plebo vos hoĩb⁹ ⁊ iuñtis.
⁊ multiplicabunt̃ ⁊ crescẽt. Et hĩtare vos
faciã sĩc̃ a p̃ncipio: bonisq; donabo maio-
rib⁹ q̃ habuistis ab initio: et scietis q⁹ ego
dñs. Et adducã sup vos hoĩes ꝑ̃lm meum
ísrael: et hereditate possidebunt te. Et eris
eis in hereditatẽ: ⁊ ñ addes vltr̃ vt absq; eis
sis. Hec dicit dñs de⁹. Propeo q̃ dicũt de vo
bis deuoratrix hoĩm es ⁊ suffocãs gentem
tuã: ꝑ̃terea homĩes nõ comedes amplius
et gentẽ tuã nõ necabis vltra: ait dñs de⁹.
Nec auditã faciã in te ampli⁹ ꝓfusionẽ gẽ-
tiũ: ⁊ obꝓobriũ ꝑ̃lor̃ nequaq̃ portabis. ⁊
gentẽ tuã nõ amittes ampli⁹: ait dñs deus
Et factus est verbũ dñi ad me: dicens. Fili
hoĩs. domus ísrael hĩtauerũt in humo sua.
⁊ polluerũt eã in vijs suis ⁊ in studijs suis
Juxta ĩmũditiaz menstruate facta est via
eor̃ corã me: ⁊ effudi indignatõem meam
sup eos ꝑ sanguine quẽ fuderũt sup terraz.
Et in ýdolis suis polluerũt eam: ⁊ dispersi
eos in gẽtes ⁊ vẽtilati sũt in terras: iuxta
vias eor̃ ⁊ adinuentões eor̃ iudicaui eos.
Et ingressi sũt ad gentes ad quas intꝛoie-
runt ⁊ polluerũt nomen sanctũ meũ: cum
dicerẽt de eis ꝑ̃lis dñi iste ẽ: ⁊ de terra eius
egressi sũt. Et pepci nomini sãcto meo: qđ
polluerat dom⁹ ísr̃l in gẽtib⁹ ad q̃s ingressi
sunt. Idcirco dices domui ísr̃l. Hec dicit do
min⁹ deus. Non ꝑ̃ter vos ego faciã domus
ísr̃l: sed ꝑ̃ter nomen sanctũ meũ qđ pollui
stis in gẽtib⁹ ad q̃s intrastis. Et sanctifica
bo nomẽ meũ magnũ qđ pollutũ est inter
gẽtes qđ polluistis in medio ear̃: vt sciant
gẽtes q⁹ ego dñs: dicit dñs exercituũ. Cuz
sãctificatus fuero in vob̃ corã eis. Tollam
q̃pe vos de gẽtib⁹: ⁊ ꝓgregabo vos de vni-
uerſ̃ terris: et adducã vos in terrã vr̃am.
Et effũdã sup vos aquã mũdã: ⁊ mũdabi-
mini ab oĩb⁹ inq̃namẽtis vr̃is: ⁊ ab vniuer
sis ýdolis vr̃is mundabo vos. Et dabo vo-
bis cor nouũ: ⁊ spiritũ nouũ ponã in me-
dio vr̃i. Et auferã cor lapideũ de carne vr̃a
et dabo vobis cor carneũ: ⁊ spiritũ meum
ponaz in medio vr̃i. Et faciã vt in p̃ceptis
meis ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis
et operemini. Et habitabitis in terra quã
dedi p̃ib⁹ vr̃is. et eritis mihi in ꝑ̃lum: et
ego ero vob̃ in deũ. Et saluabo vos ex vni-
uersis inq̃namãtis vr̃is: et vocabo frumẽtũ
⁊ multiplicabo illud: ⁊ ñ imponã in vos fa
mem. Et multiplicabo fructũ ligni ⁊ geni-
mina agri: vt nõ portetis vltra obꝓobriũ
famis in gẽtib⁹. Et recordabimini viaꝝ ve
straꝝ pessimaꝝ studiorũq; nõ bonoꝝ: ⁊ di-
splicebũt vobis iniq̃tates vr̃e ⁊ scelera vr̃a
Non ꝑ̃ter vos ego faciã ait dñs deus: no-
tũ sit vobis. Confũdemini et erubescite su-
per vijs vr̃is dom⁹ ísr̃l. Hec dicit dñs deus.
In die q̃ mũdauero vos ex oĩb⁹ iniq̃tatib⁹
vr̃is ⁊ inhabitari fecero vrbes. ⁊ instaura-
uero ruinosa: ⁊ terra deserta fuerit exculta
q̃ quondã erat desolata in oculis oĩs viato
ris: dicẽt. Terra illa inculta facta ẽ vt or-
tus voluptatis. ⁊ ciuitates deserte ⁊ desti-
tute atq; suffosse munite sederunt. Et scient
gentes quecũq; derelicte fuerint in circui-
tu vr̃o q⁹ ego dñs edificaui dissipata. plan
tauiq; inculta: ego dñs locutus sim ⁊ fece
rim. Hec dicit dñs deus. Adhuc in hoc in-
uenient me domus ísr̃l: vt faciã eis. Multi-
plicabo eos sicut gregem hoĩm vt gregem
sanctũ: vt gregem hier̃m in solẽnitatib⁹ ei⁹
Sic erunt ciuitates deserte plene gregib⁹
hominum: et scient quia ego dñs.

Capitulum .XXXVII.

Facta est super me man⁹
dñi: et eduxit me in spũ dñi. et di-
misit me in medio cãpi q̃ erat ple-
nus ossib⁹: ⁊ circũduxit me ꝑ ea in gyruz.
Erant aũt multa valde sup faciem campi:
siccaq; vehemẽter. Et dixit ad me. Fili ho-
mĩs: putasne viuẽt ossa ista: Et dixi. Dñe
deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare ó
ossib⁹ istis. Et dices eis. Ossa arida: audite
verbum dñi. Hec dicit dñs deus ossib⁹ his.
Ecce ego intꝛomittã in vos spiritũ et viue
tis: et dabo sup vos neruos. et succrescere
faciã sup vos carnes. et superꝛtendã in vo-
bis cutem: et dabo vobis spiritum et viue
tis. et scietis q⁹ ego dñs. Et ꝑphetaui sicut
p̃ceperat mihi. Factus ẽ aũt sonitus ꝑphe-
tante me: et ecce ꝓmotio. Et accesserũt ossa
ad ossa: vnũquodq; ad iunctura suam. Et
vidi: ⁊ ecce sup ea nerui et carnes ascende-
runt. et extenta est in eis cutis desuper: et

ſpiritū habebāt. Et dixit ad me. Vaticina re ad ſpm̄: vaticinare fili hoīs, et dices ad ſpiritū. Hec dicit dñs deus. A quatuor vē tis veni ſpūs: ⁊ inſuffla ſup interfectos iſtos ⁊ reuiuiſcant. Et ꝓphetaui ſicut p̄cepat mi hi. Et ingreſſus ē in ea ſpūs et vixerūt: ſte terūtq; ſup pedes ſuos exercitus grādis ni mis valde. Et dixit ad me. Fili hom̄is: oſſa hec vniuerſa, domus iſrl̄ ē. Ipi dicūt. arue runt oſſa nr̄a: et perijt ſpes nr̄a: et abſciſi ſumus. Proptērea vaticinare. et dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aperiam tumulos vr̄os. et educaz vos de ſepulcris vr̄is ꝓle meus: ⁊ inducā vos in terrā iſrl̄. Et ſcietis q; ego dñs. cū apperuero ſepulc̄ veſtra: ⁊ eduxero vos de tumulis vr̄is ꝓle meus: et dedero ſpiritū meū in vobis ⁊ vi xeritis. Et requieſcē vos faciā ſup humuz vr̄am: et ſcietis q; ego dñs locutus ſū ⁊ fe ci: ait dñs de⁹. Et factus ē ꝑmo dñi ad me: dicens. Et tu fili hoīs ſume tibi lignū vnū ⁊ ſcribe ſup illud. iude ⁊ filioꝝ iſrl̄ ſocijs ei⁹ Et tolle lignū alterꝝ: et ſcribe ſup illud Jo ſeph lignū Ephraim: ⁊ cūcte domus iſrael ſociorūq; eius. Et adiūge illa vnū ad alterꝝ tibi in lignū vnū: et erūt in vnionē in ma nu tua. Cū aut̄ dixerint ad te filij ꝓpli tui loquētes. nōne iudicas nobis q̄d in his ti bi velis: loq̄ris ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aſſumā lignū Joſeph. qđ ē in ma nu ephraim et trib̄ iſrl̄ que ſūt ei adiūctē. et dabo eas pariter cū ligno iuda et faciā eas in lignū vnū. et erūt vnū in manu ei⁹. Erūt aut̄ ligna ſup que ſcripſeris in manu tua in oculis eoꝝ: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego aſſumā filios iſrl̄ de me dio natōnum ad quas abierūt: ⁊ congregabo eos vndiq; et adducā eos ad humum ſuaz. Et faciā eos in gentem vnā in terra in mō tib̄ iſrl̄: et rex vnus erit oīb̄ imperās. Et nō erūt vltra due gentes: nec diuidentur am plius ī duo regna. Neq; polluent̄ vltra in ydolis ſuis et abominatōib̄ et cūctis iniq̄ tatib̄ ſuis: ⁊ ſaluos eos faciā de vniuerſis ſedib̄ ſuis in quib̄ peccauerūt: et emūda bo eos. Et erī mihi ꝓple. et ego ero eis de⁹: et ſeruus meus dauid rex ſup eos. et paſtor vnus erit oīm eoꝝ. In iudicijs meis ambu labūt: et mādata mea cuſtodiēt: ⁊ facient ea. Et hītabunt ſup terraz quam dedi ſuo meo Jacob in qua hītauerūt pres vr̄i: et habitabunt ſup eā ipi et filij eoꝝ et filij fi lioꝝ eoꝝ uſq; in ſempiternū: ⁊ dauid ſeruus meus p̄nceps eoꝝ in ꝑpetuū. Et pcutiā illis fedus pacis: pactū ſempiternū erit eis. Et fundabo eos et multiplicabo: et dabo ſan ctificatōem meam in medio eoꝝ in ꝑpetuū Et erit tabernaculū meuz in eis et ero eis deus: et ipſi erūt mihi ꝓple. Et ſcient gētes q; ego dñs ſanctificator iſrahel cum fuerit ſanctificatio mea in medio eorū in perpe tuum. Capitulum. XXXVIII.

Et factus ē ꝑmo domini ad me: dicens. Fili hoīs pone faciē tuā ꝓtra Gog et terrā magog p̄n cipē capitis moſoch ⁊ thubal: ⁊ vaticinare de eo. et dices ad eum. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te gog p̄ncipē capitis moſoch et thubal. Et circūagam te et ponā frenuz in maxillis tuis: et educā te et omnem ex ercitū tuū equos ⁊ equites veſtitos loricis vniuerſos: multitudinē magnā haſtam et clipeū et arripientiū gladiū. Per ſe ethio pes et libies cū eis: omnes ſcutati ⁊ galea ti. Gomor ⁊ vniuerſa agmina eius: domus togorma latera aquilonis ⁊ totū robur ei⁹ ꝓplīq; multi tecū. Prepara et inſtrue te et omnē multitudinē tuam que coaceruata ē ad te: et eſto eis in p̄ceptū. Poſt dies mul tos viſitaberis. In nouiſſimo ānoꝝ venies ad terrā que reverſa eſt a gladio: congre gata eſt de populis multis: ad mōtes iſrl̄ qui fuerunt deſerti iugiter. Hec ó populis educta eſt: et habitauerūt in ea cōfidenter vniuerſi. Aſcendens aut̄ quaſi tempeſtas venies et quaſi nubes: vt operias terram. tu et omnia agmina tua: ⁊ ꝓplī multi tecū Hec dicit dñs deus. In die illa aſcendēt ſer mones ſup cor tuum: et cogitabis cogita tōnem peſſimā: et dices. Aſcendā ad terrā abſq; muro. Venient ad quieſcētes habitā teſq; ſecure. omnes habitant ſine muro. Ve ctes ⁊ portē nō ſunt eis. Vt diripias ſpolia et invadas predam: vt inferas manū tuaz ſuper eos qui deſerti fuerāt et poſtea reſti tuti: et ſup ꝓplm qui ē congregatus ex gētib̄ qui poſſidere cepit: et eſſe habitatōr umbi lici ēre. Saba ⁊ dedan ⁊ negociatores thar ſis et omnes leones eius dicent tibi. Nun quid ad ſumenda ſpolia tu venis: Ecce ad diripiendam predam congregaſti multitudi nem tuam: vt tollas argentum et aurum:

auferas supellectilē atq; substantiā ꝙ diri
pias manubias infinitas. Propterea vati
cinare fili hoīs: et dices ad gog. Hec dicit
dñs deus. Nūqd nō in die illo cum habita-
uerit ppl's meus israel confidenter scies ꝙ ve
nies tu de loco tuo a lateribus aq̄lonis tu
ꝙ populi multi tecū: ascēsores eq̄ uniuer
si. cetus magnus ꝙ exercitus vehemēs: Et
ascendes sup ppl'm meuz israel quasi nubes
vt operias terrā. In nouissimis diebz eris
ꝙ adducam te super terrā meā: vt sciāt gē
tes me cum sanctificatus fuero in te ī ocu
lis eorū o gog. Hec dicit dominus de⁹. Tu
ergo ille es de quo locutus sum in diebus
antiquis in manu seruoꝝ meoꝝ pphetarū
israel: q̄ pphetauerūt in diebz illoꝝ tēpoꝝ vt
adducerez te sup eos. Et erit in die illa. in
die aduentus gog sup terrā israel ait dñs de⁹
ascendet indignatō mea in furore meo ꝙ in
zelo meo. In igne ire mee locut⁹ sū: qz ī die
illa erit cōmotio magna sup' terrā israel: et
cōmouebunt a facie mea pisces maris ꝙ vo
lucres celi ꝙ bestie agri: ꝙ omne reptile qđ
mouet sup humuz: cunctiq; hoīes qui sūt
sup faciē terre. Et subuertent mōtes: ꝙ ca
dēt sepes: ꝙ oīs murus corruet in terrā. Et
cōuocabo aduersus eū ī cūctis montibz me
is gladiū: ait dñs deus. Gladi⁹ uniuscuius
q; in frem suū diriget. Et tūc iudicabo cū
peste ꝙ sanguīe ꝙ ymbre vehemēti: et lapi-
dibus imensis. Ignē ꝙ sulphur pluā super
eū ꝙ sup exercitū eius: ꝙ sup ppl'os multos
qui sunt cuz eo. Et magnificabor ꝙ sancti
ficabor: et notus ero in oculis multarum
gentium: et scient quia ego dominus.

Capitulum. XXXIX.

Tu aūt fili hōis vatici-
nare aduersū Gog: ꝙ dices. Hec di
cit dñs de⁹. Ecce ego super te gog
principē capitis mosoch ꝙ thubal. Et cir-
cūagam te ꝙ educā te. ꝙ ascendere te faciā
de lateribz aq̄lonis: ꝙ adducā te sup mōtes
israel. Et pcutiā arcū tuū ī manu sinistra
tua: ꝙ sagittas tuas de manu dextera tua.
Deiciā te sup montes israhel: cades tu et
omnia agmina tua ꝙ populi tui qui sūt te
cuz. Feris. auibus. oīq; volatili ꝙ bestijs
terre dedi te ad deuorandum. Sup faciem
agri cades: quia ego locutus sum ait domi
nus de⁹. Et īmittā ignē in magog ꝙ in his
q̄ habitāt ī īsulis confidēter: ꝙ scient qz ego

dñs. Et nomē sanctū meū notū faciam in
medio ppli mei israel: ꝙ nō polluā nomē sā
ctū meū amplius: ꝙ sciēt gētes qz ego dñs
sanctus israel. Ecce venit. ꝙ factū est ait do
min⁹ de⁹. Hec ē dies de q̄ locut⁹ sū. Et egre
dient habitatores de ciuitatibz israel: et suc-
cendent ꝙ cburent arma clipeum ꝙ hastas
arcum ꝙ sagittas ꝙ baculos manuū ꝙ con-
tos: ꝙ succendent ea igni septem annis. Et
nō portabūt ligna de regionibz neq; succi
dēt de saltibz. qm̄ arma succēdent igne: ꝙ de
prēdabunt eos q̄bus prē fuerāt: ꝙ diripient
vastatores suos ait dñs de⁹. Et erit ī die il-
la dabo Gog locū nōatū sepulcꝝ ī israel.
vallē viatorū ad orientē maris: q̄ obstupe-
scere faciet prētereūtes. Et sepelient ibi Gog
ꝙ oēm multitudinē ei⁹: ꝙ vocabit vall' mul
titudinis gog: ꝙ sepelient eos dom⁹ israel vt
mūdent terrā septē mensibz. Sepelient autē
eū oīs ppl's terre: ꝙ erit eis nōata dies in
q̄ glorificat⁹ sū: ait dñs de⁹. Et viros iugit
cōstituēt lustrātes terrā: q̄ sepeliāt ꝙ requi-
rant eos q̄ remanserāt sup faciez terre: vt
emūdet eā. Post menses aūt septē querere
incipient: ꝙ circuibūt pagrātes terrā. Cūq;
viderit os hoīs statuēt iuxta illud titu
lum donec sepeliāt illud pollictores ī valle
multitudinis gog. Nomen autez ciuitatis
amona: ꝙ mūdabūt terrā. Tu ergo fili ho-
minis: hec dicit dñs de⁹. Dic omī volucri
ꝙ uniuersis auibz cūctisq; bestijs agri. Cō-
uenite ꝓperate: concurrite undiq; ad victimā
meā quā ego immolo vobis. victimā grā-
dez sup mōtes israel: vt comedatis carnes ꝙ
bibatis sanguinē. Carnes fortiuz comedi-
tis ꝙ sanguinē prīcipū terre bibetis: arie-
tum ꝙ agnoꝝ et bircorū thauroꝝq; ꝙ altī-
lium ꝙ pinguiū oīm ꝙ comedetis adipē ī sa-
turitatē: ꝙ bibetis sanguinē ī ebrietatē de
victima quā ego immolabo vobis: ꝙ satu-
rabimini sup mensā meā de eq̄ et de equite
forti. ꝙ de uniuersis viris bellatoribus ait
dñs de⁹. Et ponā gloriam meā in gētibus.
ꝙ videbūt oēs gētes iuditiū meū qđ fecerī
ꝙ manū meā quā posuerim sup eos: ꝙ sci-
ent dom⁹ israel qz ego dominus deus eoruz
a die illa ꝙ deinceps. Et sciēt gentes quoni
am ī iniqtate sua capta sit dom⁹ israel: et qđ
dereliqrint me ꝙ abscōderim faciē meā ab
eis. ꝙ tradiderim eos ī man⁹ hostiū ꝙ cecide-
rint ī gladio uniuersi. Juxta īmūditiā eoꝝ

Vide omī volucrī et uniuersis auibus

Sit nota bene contra malitiam polonorum

ꝙ scelus feci eis.et abscondi faciem meam
ab illis.Propterea hec dicit dñs de⁹. Nūc
reducam captiuitatez Jacob: ꝙ miserebor
omis domꝰ isrl'. Et assumā zelū p noīe san
cto meo: ꝙ portabūt confusionē suā ꝙ omnez
ꝓuaricatōz quā ꝓuaricati sūt ī me cū ha-
bitauerī in terra sua confidenter neminē for
midātes. ꝙ reduxero eos de pl'is. ꝙ congrega
uero de terris inimicoꝝ suoꝝ. ꝙ sanctifica
tus fuero in eis in oculis gentiū plurima
rum. Et scient qꝛ ego dñs de⁹ eoꝝ eoꝙ trā-
stulerim eos in natōes: ꝙ congregauero eos
supꝝ terrā suā: ꝙ nō dereliquerim quenq̄ ex
eis ibi. Et nō abscondā vltra faciem meaz
ab eis: eoꝙ effuderim spiritum meum sup
omnem domum israel: ait dominus deus.

Capitulum. XL.

In vicesimoquinto an-
no trāsmigꝝōis nr̄e in exordio āni
decia mēsis q̄rtodecīo anno postq̄
percussa est ciuitas: in ipa hac die facta ē su
per me manꝰ dñi: ꝙ adduxit me illuc in vi-
sionibꝫ dei. Adduxit me in terrā isrl': ꝙ di-
misit me super montē excelsū nimis super
quē erat quasi edificiū ciuitatis vergentis
ad austruz: ꝙ introduxit me illuc. Et ecce
vir cuius erat species q̄i species eris: ꝙ fu
niculus lineus in manu eiꝰ: ꝙ calamꝰ men
surze in manu eiꝰ. Stabat aī in porta. ꝙ lo
cutus est ad me ite vir. Fili hoīs: vide ocu
lis tuis ꝙ auribꝫ tuis audi: ꝙ pone cor tuū
in oīa q̄ ego oñdam tibi qꝛ vt oñdanr̄ tibi
adductus es huc. Annūcia oīa q̄ tu vides
domui isrl'. Et ecce murꝰ forinsecus in cir-
cuitu domus vndiqꝫ: ꝙ ī manu viri calamꝰ
mensurze sex cubitoꝝ ꝙ palmo. Et mensꝰ est
latitudinē edifitij calamo vno: altitudinē
q̄z calamo vno. Et venit ad portam que re
spiciebat viam orientalem: ꝙ ascēdit p gra
dus eius. Et mensus ē limē portē calamo
vno latitudinē. id ē limē vnū calamo vno
in latitudine: ꝙ thalamū vno calamo ī lō-
gū. ꝙ vno calamo in latū: ꝙ inr̄ thalamos
quinqꝫ cubitos: ꝙ limē portē iuxta vestibu
lum portē intrinsecus calamo vno. Et mē
sus ē vestibulū portē octo cubitoꝝ: ꝙ fron
tem eiꝰ duobꝫ cubitis. Vestibulū aūt portē
erat intrinsecus. Porro thalami portē ad
viam orientalem tres hinc ꝙ tres inde: mē
sura vna triū: ꝙ mensura vna frontiuz ex
vtraqꝫ partē. Et mēsus est latitudinē limi
nis portē decē cubitoꝝ: ꝙ longitudinē por-
te tredecī cubitorū. ꝙ magnitudīez añ tha-
lamos cubiti vniꝰ: ꝙ cubitꝰ vnꝰ finis vtrim
qꝫ. Thalami aī sex cubitoꝝ erāt hīc ꝙ inde
Et mensꝰ est porta a tecto thalami vsqꝫ ad
tectum eiꝰ latitudinē viginticinqꝫ cubi-
torū: ostiū ꝓtra ostiū. Et fecit frontes per
sexaginta cubitos: ꝙ ad frontē atriū portē
vndiqꝫ p circuitū: ꝙ añ faciē portē q̄ ptin
gebat vsqꝫ ad faciē vestibuli portē interio
ris q̄nq̄ginta cubitos: et fenestras oblīq̄s
in thalamis ꝙ frontibus eorū: q̄ erāt intra
portam vndiqꝫ p circuitū. Similiter autē
erāt ꝙ in vestibulis fenestre p gȳrū intrin
secus: ꝙ antē frontes pictura palmarū ce-
lata. Et eduxit me ad atriū exteriꝰ: ꝙ ecce
gazophilatia ꝙ pauimētuz stratū lapide in
atrio p circuitū. Triginta gazophilatia ī
circuitu pauimēti: ꝙ pauimentū in frontē
portaꝝ ꝟm longitudinē portarū erat infe-
rius. Et mensus ē latitudinē a facie portē
inferioris vsqꝫ ad frontem atrij interioris
extrinsecus: centū cubitos ad orientē ꝙ aq̄
lonē. Porta vo q̄ respiciebat viaz aquilo-
nis atrij exterioris mensus est tam in lon-
gitudine q̄z ī latitudīe ꝙ thalamos eiꝰ tres
hīc ꝙ tres inde. ꝙ frontē eiꝰ ꝙ vestibulū eius
ꝟm mēsurā portē prioris: q̄nq̄ginta cubito
rū longitudinē eiꝰ: ꝙ latitudinē vigītiquī-
qꝫ cubitoꝝ. Fenestre aūt eiꝰ ꝙ vestibulū et
sculpture ꝟm mensurā portē q̄ respiciebat
ad orientē: ꝙ septem graduū erat ascensus
eius. Et vestibulum antē eā: ꝙ porta atrij
interiora contra portā aquilonis ꝙ orien-
talem. Et mensus est a porta vsqꝫ ad portā
centum cubitos. Et eduxit me ad viam au
stralem: ꝙ ecce porta q̄ respiciebat ad au-
strū. Et mēsus est frontē eiꝰ ꝙ vestibulū eiꝰ
iuxta mēsuras supiores: ꝙ fenestras eiꝰ et
vestibula ī circuitu sicut fenestras ceteras
quinquagīta cubitoꝝ longitudine ꝙ latitu
dine viginticinqꝫ cubitoꝝ: ꝙ in gradibus
septē ascendebaī ad eā. Et vestibulū añ fo
res eiꝰ: ꝙ celatē palme erāt vna hīc ꝙ alte-
ra inde in frōte eiꝰ: et porta atrij īteriꝛis
ī via australi. Et mensꝰ est a porta vsqꝫ ad
portā ī via australi. centū cubitos. Et in-
troduxit me in atrium interius ad portā
australem. ꝙ mensus est portam iuxta mē
suras supiores. thalamum eius: ꝙ frontem
eius ꝙ vestibulum eius hijsdem mēsuris: ꝙ

feneſtras veſtibulorũ eius ĩ circuitu q̃nq̃ginta cubitos longitudĩs ⁊ latitudĩs viginti q̃nq̃ cubitos: ⁊ veſtibulũ p̃ gȳz̃ lõgitudine viginti q̃nq̃ cubitoz̃: ⁊ latitudine quiq̃ cubitoz̃. Et veſtibulũ eius ad atrium exterius: ⁊ palmas eius in fronte: et octo gradus erant quibꝰ aſcendebaꝫ p̃ eã. Et introduxit me in atriũ interius p̃ viam orientalem: et mẽſus ẽ portã ſm menſuras ſupiores. thalamũ eiꝰ et frontẽ eius ⁊ veſtibula eius ſicut ſupra: ⁊ feneſtras eiꝰ ⁊ veſtibulũ in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum ⁊ latitudine viginti quinq̃ cubitorum: ⁊ veſtibulu eius id eſt atrij exterioris ⁊ palme celatæ ĩ frontẽ eius hinc ⁊ inde: ⁊ in octo gradibꝰ aſcenſus eiꝰ. Et introduxit me ad portã que reſpiciebat ad aq̃lonem. Et mẽſus ẽ ſm menſuras ſupiores thalamũ eius ⁊ frontẽ eius ⁊ veſtibulũ eiꝰ ⁊ feneſtras eius p̃ circuitũ longitudine q̃nquaginta cubitoz̃ ⁊ latitudine viginti quiq̃ cubitoz̃. Et veſtibulum eius reſpiciebat ad atriũ exterius. et celatura palmarũ in frontẽ eius hinc ⁊ inde: et ĩ octo gradibus aſcenſus eiꝰ: ⁊ p̃ ſingula gazophilatia oſtium ĩ frontibus portarũ. Ibi lauabũt holocauſtũ. Et in veſtibulo portæ due mẽſe hĩc ⁊ due mẽſe inde: vt immoleẽ ſuper eas holocauſtũ ⁊ p̃ pcõ ⁊ p̃ delicto. Et ad latus exterius qõ aſcendit ad oſtiũ portæ que p̃git ad aquilonẽ due menſe: et ad latus alterũ ante veſtibulũ portæ due menſe. Quatuor menſe hinc ⁊ quatuoz̃ menſe inde: p̃ latera portæ octo menſe erant: ſup̃ quas immolabãt. Quatuor aũt menſe ad holocauſtum ꝺ lapidibꝰ quadris extructæ. longitudine cubiti vniꝰ ⁊ dimidij: ⁊ latitudine cubiti vnius ⁊ dimidij: et altitudine cubiti vniꝰ: ſup̃ q̃s ponãt vaſa in q̃bꝰ ĩmolaꝫ holocauſtũ et victima. Et labia eaz̃ palme vniꝰ: reflexa intrinſecus p̃ circuitũ. Sup̃ menſas autẽ carnes oblatõis. Et extra portã interioꝛez gazophilatia cantoz̃ in atrio interiori qꝺ erat in latere portæ reſpicientis ad aquilonem: ⁊ facies eorũ cõtra viã auſtralẽ: vna ex latere portæ orientalis. q̃ reſpiciebat ad viã aquilonis. Et dixit ad me. Hoc ẽ gazophilatiũ qꝺ reſpicit viã meridianã ſacerdotum qui excubant ĩ cuſtodijs tẽpli. porro gazophilatiũ qꝺ reſpicit ad viã aquilonis ſacerdotũ erit q̃ excubant ad miniſterium altaris. Iſti ſũt filij ſadoch q̃ accedunt de filijs leui ad dñm vt miniſtrẽt ei. Et mẽſus eſt atrium longitudine centũ cubitoz̃ et latitudine centum cubitoz̃. p̃ q̃drũ ⁊ altare antæ faciez̃ templi. Et introduxit me in veſtibulũ tẽpli: ⁊ mẽſus eſt veſtibulũ q̃nq̃ cubitis hinc ⁊ quinq̃ cubitis inde: ⁊ latitudinem portæ trium cubitorum hinc et trium cubitorũ inde: longitudinem aũt veſtibuli viginti cubitoz̃ ⁊ latitudinem vndecim cubitoz̃. Et octo gradibꝰ aſcẽdebaꝫ ad eam: et columne erãt in frontibꝰ. vna hinc et altera inde. Capitulum. XLI.

Et introduxit me in templũ: ⁊ menſus eſt frontes. ſex cubitos latitudĩs hinc. ⁊ ſex cubitos latitudĩs inde. Latitudo tabernaculi et latitudo portæ decẽ cubitorũ erat. ⁊ latera portæ q̃nq̃ cubitis hinc: ⁊ quiq̃ cubitis inde. Et menſus ẽ longitudinẽ eiꝰ quadraginta cubitoz̃: ⁊ latitudinẽ viginti cubitoz̃. Et introgreſſus intrinſecus menſus eſt in frontẽ portæ duos cubitos: et portam ſex cubitoz̃: ⁊ latitudinẽ portæ ſeptẽ cubitoruz. Et mẽſus ẽ longitudinẽ eiꝰ viginti cubitoruz ⁊ latitudinẽ viginti cubitorũ antæ faciem templi. Et dixit ad me. Hoc eſt ſanctũ ſanctoz̃. Et mẽſus eſt parietem domꝰ ſex cubitoz̃: ⁊ latitudinem lateris quatuoz̃ cubitorũ. vndiq̃ p̃ circuitũ domus. Latera autẽ latus ad latus: bis trigintatria. Et erãt eminentia que ingrederenꝫ p̃ parietem domus in lateribꝰ p̃ circuitum vt cõtinerent ⁊ nõ attingerẽt parietẽ templi. Et platea erat in rotundum. aſcendens ſurſum p̃ cocleam ⁊ in cenaculuz̃ templi deferebat per gȳzum. Idcirco latius erat templũ in ſuperioribꝰ: et ſic de inferioribꝰ aſcendebaꝫ ad ſupiora: in medium. Et vidi in domo altitudinẽ p̃ circuitum fundata latera ad mẽſuram calami ſex cubitoz̃ ſpacio: ⁊ latitudinem p̃ parietem lateris forinſecus quinq̃ cubitoz̃. Et erat interioꝛ domus. in lateribꝰ domus. Et inter gazophilatia latitudine viginti cubitoz̃ ĩ circuitu domus vndiq̃. Et oſtium lateris ad orientem: oſtiũ vnum ad viam aquilonis: ⁊ oſtiũ vnũ ad viam auſtralem ⁊ latitudinem loci od orationem quinq̃ cubitoruz̃ in circuitu. ⁊ edifitium quod erat ſepatum verſũq̃ ad viaz̃ reſpicientẽ ad mare latitudĩs ſeptuaginta

cubitoꝝ: paries aũt edificij quiqꝫ cubitoꝝ latitudinis ꝑ circuitum: ⁊ longitudo eius nonaginta cubitoꝝ. Et mensus ẽ dom⁹ longitudinẽ centũ cubitoꝝ: ⁊ qđ sepatim erat edifitiũ ⁊ parietes eius longitudinis cẽtũ cubitoꝝ. Latitudo aũt añ facieꝫ dom⁹: ⁊ qđ erat sepatum ℨ orientẽ centũ cubitorũ. Et mensus est longitudinẽ edifitij ꝯtra faciẽ ei⁹ qđ erat sepatũ ad dorsũ acthetas ex vtꝫ ptẽ centũ cubitoꝝ. ⁊ templũ intẽrius. ⁊ vestibula atrij. limina ⁊ fenestras obliq̃s: acthetas in circuitu ꝑ tres ptes ℨ vniuscuiusqꝫ limẽ: stratumqꝫ ligno ꝑ gyrũ ĩ circuitu. Terra aũt vsqꝫ ad fenestras: ⁊ fenestre clause sup ostia. ⁊ vsqꝫ ad domũ ĩterriorẽ et forinsecus ꝑ omnem parietẽ in circuitu intrinsecus ⁊ forinsecus ad mensuram. ⁊ fabrefacti cherubin et palme. Et palma inter cherub ⁊ cherub. Duasqꝫ facies habebat cherub: faciẽ homis iuxta palmaꝫ ex hac parte: et faciez leonis iuxta palmã ex alia parte expressam. ꝓper omneꝫ domũ in circuitu ↄ terra vsqꝫ ad supiora porte: cherubin ⁊ palme celate erãt in parietẽ tẽpli. Limẽ q̃drangulũ: ⁊ facies sanctuarij aspectus ℨ aspectũ. Altaris lignei triũ cubitorũ altitudo: ⁊ longitudo eius duoꝝ cubitorũ: ⁊ anguli eius ⁊ longitudo eius ⁊ parietes eius lignei. Et locutus ẽ ad me. Hec est mensa corã dño. Et duo ostia erãt ĩ tẽplo ⁊ in sanctuario: ⁊ in duobꝰ ostijs ex vtraqꝫ parte bina erant ostiola: q̃ in seinuicẽ plicabanť. Bina enim ostia erant ex vtraqꝫ parte ostioꝝ. Et celata erãt in ipis ostijs tẽpli cherubin ⁊ sculptura palmaꝝ: sicut ĩ parietibus q̃ꝫ expressa erãt. Q̃obrem ⁊ grossiora erãt ligna in vestibuli frõte forinsec⁹: sup q̃ fenestre oblique. ⁊ similitudo palmaꝝ hĩc atqꝫ inde ĩ humerulis vestibuli ſm latera domus latitudinemqꝫ parietum.

Capitulum. XLII.

Eduxit me in atrium exterius ꝑ viã ducentẽ ad aq̃lonẽ. Et eduxit me in gazophilatiũ qđ erat ℨ sepatũ edifitiũ: ⁊ ℨ edem: vergẽtẽ ad aquilonẽ. in facie longitudinis centũ cubitos ostij aquilonis: ⁊ latitudinis q̃nquaginta cubitos contra viginti cubitos atrij interioris: ⁊ ꝯtra pauimẽtuꝫ stratũ lapidẽ atrij exterioris: vbi erat porticꝰ iũcta porticui triplici. Et ante gazophilatia deambulatõ decẽ cubitoꝝ latitudinis. ⁊ ad interiora respiciẽs vie cubiti vni⁹. Et ostia earum ad aquilonẽ vbi erant gazophilatia ĩ supioribꝰ humiliora. quia supportabãt porticus q̃ ex illis eminebãt de inferioribꝰ ⁊ ↄ medijs edificij. Tristega enim erãt: ⁊ nõ habebãt colũnas sicut erant colũne atrioꝝ. Propterea eminebant de inferioribus ⁊ ↄ medijs a ꝛra cubitis q̃nquagĩta. Et perybolus exterior ſm gazophilatia q̃ erãt in via atrij exterioris añ gazophilatia. Longitudo ei⁹ q̃nq̃ginta cubitoꝝ: or longitudo erat gazophilatioꝝ atrij exterioris q̃nquaginta cubitoꝝ: ⁊ longitudo añ faciez tẽpli centum cubitorũ. Et erat subter gazophilatia hec introitus ab oriente ĩgredientiũ in ea de atrio exteriori: ⁊ in latitudine perybboli atrij quod erat contra viaz orientalem in faciem edifitij separati. Et erant añ edifitiũ gazophilatia: ⁊ via ante faciẽ eorum iuxta similitudinẽ gazophilatiorum que erant in via aquilonis. ſm longitudinem eoꝝ sic ⁊ latitudo eoꝝ ⁊ omnis introitus eoꝝ ⁊ similitudines ⁊ ostia eoꝝ ſm ostia gazophilatioꝝ. que erant in via respicientẽ ad nothũ. Ostium in capite vie que erat ante vestibulũ sepatum ꝑ viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me. Gazophilatia aquilõis ⁊ gazophilatia austri q̃ sũt añ edifitiũ sepatum: hec sũt gazophilatia sancta: in quibꝰ vestiunť sacerdotes q̃ appropinquãt ad dñm ĩ sancta sanctoꝝ. Ibi ponent sancta sanctoꝝ: ⁊ oblatõnes ꝑ peccato ⁊ ꝑ delicto. Locus enim sanctus est. Cum aũt ingressi fuerint sacerdotes: non egredienť de sanctis in atrium exterius. Et ibi reponẽt vestimẽta sua in quibꝰ ministrãt: qr sancta sũt: vestienťqꝫ vestimẽtis alijs ⁊ sic ꝑcedent ad ꝑ plm. Cunqꝫ cõplesset mensuras domus interioris: eduxit me ꝑ viã portæ q̃ respiciebat ad viam orientalem ⁊ mensus est eam vndiqꝫ ꝑ circuitum. Mẽsus est autem contra ventum orientalem calamo mensure: quingentos calamos in calamo mensure per circuitum. Et mensus est contra ventum aquilonis quingentos calamos: in calamo mensure ꝑ gyrũ. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos: in calamo mensure ꝑ circuitum. Et ad ventũ occidentalez mensus est quingẽtos calamos: in calamo mẽsure

Per quatuor ventos mensus est murū ei⁹ vndiqz p circuitū: longitudinē quingentorum cubitorū: ⁊ latitudinē quingentorum cubitoꝝ. Et murus diuidit inter sanctuarium ⁊ vulgi locum. Ca. XLIII.

Et duxit me ad portam que respiciebat ad viam orientalē Et ecce glia dei isrł. ingrediebatur p viā orientalē. ⁊ vox erat ei q̄si vox aquarū multaꝝ: ⁊ terra splendebat a maiestate ei⁹. Et vidi visionē ſm speciē quā videram q̄n veit vt dispderet ciuitatē: ⁊ species ſm aspectū quem viderā iuxta fluuiū chobar Et cecidi sup faciem meā. Et maiestas dñi ingressa est templū: p viam portę q̄ respiciebat ad orientē. Et leuauit me spūs: ⁊ introduxit me in atriū interius. Et ecce repleta erat gloria domini dom⁹. Et audiui loquentē ad me ō domo. Et vir qui stabat iuxta me dixit ad me. Fili hominis locus solij mei. ⁊ locus vestigiorū pedum meorum. vbi habito in medio filioꝝ isrł. inetternum. Et nō polluēt vltra dom⁹ isrł. nomē sanctū meū: ipi ⁊ reges eoꝝ in fornicatōnibus suis ⁊ in ruinis regū suoꝝ ⁊ in excelsis: q̄ fabricati sūt limen suū iuxta limen meum: ⁊ postes suos iuxta postes meos: ⁊ murus erat inter me ⁊ eos. Et polluerūt nomē sanctū meū in abhominatōnibus q̄s fecerūt: ꝓpter qō cōsumpsi eos in ira mea. Nūc ergo repellant pcul fornicatōem suā ⁊ ruinas regū suoꝝ a me: ⁊ habitabo in medio eoꝝ sēper. Tu ḡ fili hominis oñde domui isrł. tēplum ⁊ pfundant ab iniq̄tatibus suis: et metiant fabricam: ⁊ erubescant ex omnibus q̄ fecerūt Figurā dom⁹ ⁊ fabricę ei⁹. exitus ⁊ introitus. ⁊ oñem descriptōem ei⁹ et vniuersa pcepta ei⁹. cunctūq̄z ordinē eius. ⁊ oēs leges ei⁹ oñde eis. ⁊ scribe in oculis eorū: vt custodiant oēs descriptōnes ei⁹ ⁊ pcepta illius: ⁊ faciant ea. Ista est lex dom⁹ in sūmitate montis. Oēs fines ei⁹ in circuitu sanctū sanctorum est. Hec ē ergo lex dom⁹ Iste aūt mēsure altaris ī cubito verissimo qui habebat cubitum ⁊ palmum. In sy̅nu eius erat cubitus ⁊ cubitus in latitudine: ⁊ definitō eius vsq̄ ad labiū ei⁹ ⁊ in circuitu palmi vnius. Hec q̄z erat fossa altaris. Et de sinu terre vsq̄ ad crepidinē nouissimā duo cubiti. ⁊ latitudo cubiti vni⁹: et a crepidine minore vsq̄ ad crepidinē maiorem q̄tuor cubiti: ⁊ latitudo cubiti vnius. Ipe aūt ariel quatuor cubitoꝝ: ⁊ ab ariel vsq̄ ad sursuz cornua q̄tuor. Et ariel duodecim cubitoꝝ in longitudine p duodecim cubitos latitudinis. quadrangulatū equis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorū longitudinis p quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: ⁊ corona in circuitu ei⁹ dimidij cubiti: ⁊ sinus eius vni⁹ cubiti p circuitum. Gradus aūt eius versi ad orientē. Et dixit ad me. Fili hominis: hec dicit dñs deus. Hi sunt ritus altaris in quacūq̄z die fuerit fabricatū vt offerat sup illud olocaustū ⁊ effundat sanguis. Et dabis sacerdotibus ⁊ leuitis q̄ sūt de semie Sadoch qui accedunt ad me ait dñs deus: vt offerāt mihi vitulum de armento p peccato. Et assumēs de sanguine ei⁹ pones sup quatuor cornua eius ⁊ sup quatuor angulos crepidinis ⁊ sup coronā in circuitu: ⁊ mūdabis illū ⁊ expiabis. Et tolles vituluz qui oblatus fuerit p peccato ⁊ cōbures eum in separato loco domus extra sanctuariū. Et ī die secūda offeres hircum caprarū īmaculatū p peccato: et expiabūt altare sicut expiauerunt in vitulo. Cunq̄z cōpleueris expians illud offeres vitulū de armento immaculatū: ⁊ arietem de grege īmaculatū: ⁊ offeres eos in conspectu dñi. Et mittēt sacerdotes sup eos sal: et offerēt eos in olocaustū dño. Septez diebus facies hircū p peccato quottidie: ⁊ vitulū de armento ⁊ arietem de pecoribus immaculatos offerēt. Septem diebus expiabunt altare ⁊ mundabunt illud ⁊ implebūt manū eius. Expletis autem diebus in die octaua ⁊ vltra. facient sacerdotes sup altare olocausta vestra. ⁊ que p pace offerunt: ⁊ placat⁹ ero vobis: ait dominus deus.

Capitulum. XLIIII.

Et duxit me ad viā portę sanctuarij exterioris. que respiciebat ad orientē: ⁊ erat clausa. Et dixit dominꝰ ad me. Porta hec clausa erit et nō aperietur: ⁊ vir nō intrabit p eam quoniaz dominus deus israel ingressus est per eam: eritq̄z clausa principi. Princeps ipe sedebit in ea: vt comedat panē coram dño Per viam portę vestibuli ingredietur: ⁊ per viā ei⁹ egredietur. Et adduxit me p viā portę aq̄lonis ī ꝓspectu domus. ⁊ vidi: et ecce

impleuit gloria dñi domuz dñi. Et cecidi i facie meã: ⁊ dixit ad me dñs. Fili hois pone cor tuũ ⁊ vide oculis tuis. ⁊ auribz tuis audi oia q̃ ego loq̃r ad te: ⁊ vniuersis ceremoniis dom⁹ dñi ⁊ de cũctis legibz eius. Et pones cor tuũ i vijs tẽpli p oẽs exit⁹ sãctuarij: ⁊ dices ad exaspantẽ me domũ israel. Hec dicit dñs de⁹. Sufficiãt vobis oia scelera vra dom⁹ isrl'. eoq; inducitis filios alienos incircũcisos corde ⁊ incircũcisos carne vt sint in sãctuario meo ⁊ polluant domũ meã: ⁊ offertis panes meos adipem ⁊ sanguinem: ⁊ dissoluistis pactũ meũ i oibus sceleribz vris. ⁊ nõ seruastis p̃cepta sãctuarij mei: ⁊ posuistis custodes observatõnũ meaꝝ i sãctuario meo vobismetipis Hec dicit dñs de⁹. Ois alienigena incircũcisus corde ⁊ incircũcis⁹ carne nõ ingrediet sãctuariũ meũ: oĩs fili⁹ alien⁹ q̃ ẽ i medio filioꝝ isrl'. Quz ⁊ leuite q̃ lõge recesserũt a me in errore filioꝝ isrl'. ⁊ errauerũt a me p⁹ ydola sua. ⁊ portauerũt iniq̃tatẽ suã: erũt i sãctuario meo ediui ⁊ ianitores portaꝝ dom⁹. ⁊ ministri dom⁹. Ipi mactabũt holocausta ⁊ victimas ꝓpli. ⁊ ipi stabũt in ꝓspectu eoꝝ vt ministrẽt eis. Pro eo q̃ mĩstrauerũt illis in ꝓspectu ydoloꝝ suoꝝ. ⁊ facti sunt domui isrl' i offendiculũ iniq̃tatis. ideo circo leuaui manũ meam sup eos ait dñs de⁹: ⁊ portauerũt iniq̃tatẽ suã. Et nõ approp̃quabũt ad me vt sacerdotio fũgant mihi: neq; accedẽt ad oẽ sãctuariũ meũ iuxta sancta sanctoꝝ: sz portabũt ꝓfusionem suam ⁊ scelera sua q̃ fecerunt. Et dabo eos ianitores dom⁹ ⁊ i oi mĩsterio ei⁹: ⁊ vniuersis que fient i ea. Sacerdotes aũt ⁊ leuite filij sadoch q̃ custodierũt ceremonias sanctuarij mei cũ errarent filij isrl' a me: ipsi accedent ad me vt ministrẽt mihi ⁊ stabũt i ꝓspectu meo: vt offerãt mihi adipez ⁊ sanguinẽ ait dñs deus. Ipi ingredient sãctuariũ meũ: ⁊ ipi accedent ad mensã meã: vt mĩstrẽt mihi ⁊ custodiãt ceremonias meas. Cũq; ingrediẽt portas atrij interioris vestibz lineis induent: nec ascendet super eos quicq̃ laneũ: q̃n ministrãt i portis atrij interioris ⁊ intrinsec⁹. Vitte linee erũt in capitibz eoꝝ: ⁊ feminalia linea erũt i lũbis eoꝝ. ⁊ nõ accingent i sudore. Cũq; egredient atri⁹ exteri⁹ ad ꝓplm exuent se vestimẽtis suis in q̃bz ministrauerãt. ⁊ reponẽt ea in gazophilatio sanctuarij ⁊ vestient se vestimentis alijs. ⁊ nõ sanctificabũt populum in vestibz suis. Caput aũt suuz nõ radent: neq; comã nutrient: sz tondentes attondent capita sua. Et vinuz nõ bibet omnis sacerdos quando ingressus est atriũ interius. Et viduam ⁊ repudiatam nõ accipient vxores: sz virgines de semine domus israel. Sz ⁊ viduam que fuerit vidua a sacerdote accipient: ⁊ populum meum docebunt quid sit inter sanctum ⁊ pollutum. ⁊ inter mundũ et immunduz ostendent eis. Et cuz fuerit cõtroversia stabũt i iudicijs meis. ⁊ iudicabũt leges meas. Et p̃cepta mea in oibz solẽnitatibz meis custodiẽt: et sabbata mea sanctificabũt. Et ad mortuũ hoiez nõ ingredient: ne polluant: nisi ad patrem ⁊ mrem ⁊ filiũ ⁊ filiam ⁊ fratrem ⁊ sororem que alterũ virũ nõ habuerit: in q̃bz ꝓtaminabũt. Et post̃q̃ fuerit emũdatus septem dies numerabunt ei: ⁊ in die introitus sui in sanctuariũ ad atrium interius vt ministrẽt mihi in sanctuario: offeret p̃ peccato suo ait dominus de⁹. Nõ erit aut̃ eis hereditas. Ego hereditas eoꝝ: et possessionem nõ dabitis eis in isrl' ego em̃ possessio eoꝝ. Victimam ⁊ p̃ peccato ⁊ pro delicto ipi comedent: ⁊ omne votũ in israel ipsoꝝ erit. Et primitiua omniũ p̃mogenitorũ ⁊ omnia libamenta ex omnibz que offeruntur: sacerdotum erũt. Et primitiua cibꝝ vestroꝝ dabitis sacerdoti. vt reponat benedictõnem domui sue. Omne morticinum ⁊ captum a bestia de auibus et de pecoribus non comedent sacerdotes.

Capitulum. XLV.

Quinq; ceperitis terraz diuidere sortito. sepatim p̃mitias domino sanctificatũ de terra: longitudinẽ vigintiquinq; milia: et latitudinẽ decem milia. Sanctificatũ erit i omni termino eius p̃ circuitũ. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam per circuitum: ⁊ quinquaginta cubitis in suburbana eius p̃ gyruz. Et a mẽsura ista mensurabis longitudinẽ vigintiquinq; milium: ⁊ latitudinẽ decem milium. Et in ipso erit templum sanctũq; sanctorum: sanctificatũ de terra erit sacerdotibus mĩstris sãctuarij: qui accedunt ad ministeriũ dñi. Et erit eis locus i domos

⁊ in sanctuariū sc̃itatis. Viginticq̃ aũt milia lõgitudis ⁊ decẽ milia latitudis erũt leuitis. qui ministrãt domui. Ispi possidebũt viginti gazophilatia. Et possessionem ciuitatis habitis quinq̃ milia latitudinis ⁊ longitudis viginticq̃ milia. ℞m sepatõnez sãctuarij oi domui isrl̃. Principi q̃z hinc ⁊ inde ī sepatõem sãctuarij ⁊ in possessionẽ ciuitatis ꝯ faciẽ sepatõnis sãctuarij: ⁊ cõtra faciẽ possessionis vrbis a latere maris vsq̃z ad mare: ⁊ a latere oriẽtis vsq̃z ad oriẽtem. Longitudinẽ aũt iuxta vnãquãq̃z pt̃ẽ a termio occidentali vsq̃z ad terminũ oriẽtalem: ⁊ terra erit ei possessio ī isrl̃. Et nõ depopulabunt vltra principes ꝓpl̃m meũ: sz terrã dabũt domui isrl̃ ℞m tribꝰ eorũ. Hec dicit dñs deꝰ. Sufficiãt vobis principes isrl̃: iniq̃tatẽ ⁊ rapinas intermittite: ⁊ iudiciũ ⁊ iustitiã facite. Separate cõfinia vr̃a a ꝓplo meo ait dñs deꝰ. Statera iusta et ephi iustũ ⁊ batꝰ iustꝰ erit vob. Ephi ⁊ batꝰ eq̃lia ⁊ vniꝰ mẽsure erũt: vt capiat decimã pt̃ẽ chori batus: et decimã pt̃ẽ chori ephi. Iuxta mẽsurã chori erit equa liberatõ eorũ. Siclus aũt viginti obulos hz. Porro viginti sicli ⁊ viginticq̃ sicli. ⁊ q̃ndecim sicli mnã faciũt. Et he sũt ꝓmitte q̃s tolletis sextã pt̃ẽ ephi de choro frumẽti: ⁊ sextã partem ephi de choro ordei. Mẽsura q̃z olei. batus olei. decia ps chori ẽ: qꝝ decẽ bati ipl̃ẽt chorũ. Et arietẽ vnũ de grege ducentoꝝ. ꝺ bis q̃ nutriuit isrl̃ī sacrificiũ ⁊ in olocaustũ ⁊ ī pacifica: ad expiandũ p eis ait dñs deꝰ. Omis ꝓpl̃s terre tenebit̃ ꝓmitte hꝭ principi ī isrl̃. Et sup principẽ erũt olocausta ⁊ sacrificiũ ⁊ libamina ī solẽnitatibꝰ ⁊ ī kalendis ⁊ in sabbatis. in vniuersis solẽnitatibꝰ domꝰ isrl̃. Ipe faciet p pcõ sacrificiuz ⁊ olocaustũ ⁊ pacifica: ad expiandũ p domo isrl̃. Hec dicit dñs deꝰ. In primo mẽse vna mensis sumes vitulũ de armẽto imaculatũ: ⁊ expiabis sanctuariũ. Et tollet sacerdos de sanguine qꝺ erit p pcõ ⁊ ponet ī postibꝰ domꝰ ⁊ in q̃tuor ãgulis crepidinis altaris: ⁊ in postibꝰ porte atrij interioris. Et sic facies ī septima mẽsis p vnoq̃z q̃ ignorauit ⁊ errore deceptꝰ ẽ: ⁊ expiabis p domo In primo mẽse q̃rtadecia die mẽsis erit vobis pasche solennitas. Septẽ diebꝰ azima comedent̃. Et faciet princeps in die illa p se. ⁊ p vniuerso ꝓpl̃o terre vitulum p pcõ.

Et in septẽ diez solennitate faciet olocaustum dño: septẽ vitulos ⁊ septẽ arietes immaculatos quottidie septez diebꝰ: ⁊ p pcõ hircũ capraz quottidie: ⁊ sacrificiũ ephi p vitulũ ⁊ ephi p arietem faciet: ⁊ olei hyn p singula ephi. Septimo mense quintadecima die mensis in solẽnitate faciet sicut supradicta sunt p septem dies: tam p peccato q̃ꝑ pro olocausto ⁊ in sacrificio ⁊ ī oleo.

Capitulum. XLVI.

Hec dicit dominus deꝰ. Porta atrij interioris q̃ respicit ad orientẽ: erit clausa sex diebꝰ in q̃bꝰ opus sit: die aũt sabbati apiet̃. Hoz ⁊ in die kalendaz aperiet̃: et intrabit princeps per viam vestibuli porte deforis: ⁊ stabit in limine porte. Et facient sacerdotes olocaustum eius ⁊ pacifica eius: ⁊ adorabit super limen porte: ⁊ egrediet̃. Porta aũt nõ claudetur vsq̃z ad vesperam. Et adorabit populus terre ad ostium porte illius in sabbatis ⁊ in kalendis coram domino. Olocaustum autẽ hoc offeret princeps domino in die sabbati: sex agnos imaculatos ⁊ arietem immaculatũ ⁊ sacrificium ephi p arietem. In agnis autẽ sacrificium quod dederit manus eiꝰ: ⁊ olei hyn per singula ephi In die autem kalendarum vitulum de armento immaculatum ⁊ sex agni et arietes immaculati erunt: ⁊ ephi p vitulum: ephi quoq̃z per arietem faciet sacrificium. De agnis autem sicut inuenerit manus eius. olei hyn p singula ephi. Cũq̃z ingressurus ẽ princeps. p viam vestibuli porte ingrediat̃: et p eandem viam exeat. Et cum intrabit populus terre in cõspectu domini ī solennitatibus: qui ingreditur per portaz aquilonis vt adoret: egrediatur per viam porte meridiane. Porro qui ingreditur p viam porte meridiane: egrediatur p viaz porte aquilonis. Nõ reuertetur per viam porte per quam ingressus est: sz e regione illius egredietur. Princeps autez in medio eorum erit. Cum ingredientibꝰ ingrediet̃ ⁊ cũ egredientibꝰ egrediet̃. Et in nũdinis ⁊ solẽnitatibꝰ erit sacrificium ephi per vitulum. ⁊ ephi per arietem: de agnis autẽ erit sacrificiũ sicut inuenerit manꝰ eius. et olei hyn p singula ephi. Cum autez fecerit princeps spontaneum olocaustum aut pacifica volũtaria domino: apiet̃ ei porta q̃

respicit ad orientē: ⁊ faciet olocaustū suū ⁊ pacifica sua (sicut fieri solet ī die sabbati) ⁊ egredietur: claudetur q̄ porta postq̄ exierit. Et agnū eiusdē āni immaculatū faciet olocaustū q̄ttidie dño. Sēp mane faciet illud. Et faciet sacrifitiū sup eo cathamane mane. sextā ptē ephi: ⁊ de oleo tertiā ptez hyn. vt misceat̄ simile. Sacrifitiū dño legittimū. iuge atq̄ ppetuū. Faciet agnū et sacrifitiū ⁊ oleū cathamane mane olocaustū sempiternū. Hec dicit dñs deus. Si dederit princeps donū alieni de filijs suis: hereditas ei⁹ filioꝝ suoꝝ erit: possidebūt eaz hereditarie. Si aūt dederit legatū de hereditate sua vni seruoꝝ suoꝝ: erit illius vsq̄ ad annū remissionis: ⁊ reuertet̄ ad principē. Hereditas aūt ei⁹ filijs ei⁹ erit. Et ñ accipiet prīceps de hereditate ꝓpl'i p violentiā ⁊ de possessione eoꝝ: sz de possessiōe sua hereditatē dabit filijs suis: vt nō dispgat̄ ꝓpl'us meus vnusquisq̄ a possessione sua. Et introduxit me p ingressum q̄ erat ex latere porte in gazophilatia sāctuarij ad sacerdotes: que respiciebant ad aq̄lonem: et erat ibi locus vergēs ad occidentē: ⁊ dixit ad me. Iste est locus vbi coquent sacerdotes p peccato ⁊ p delicto: vbi coquent sacrifitiū: nō vt efferāt in atriū exterius et sanctificet̄ ꝓpl'us. Et eduxit me in atriū exterius: et circūduxit me p quatuor angulos atrij. Et ecce atriolū erat in angulo atrij: atriola singula p angulos atrij. In quatuor angulos atrij atriola disposita: quadraginta cubitorū p longū: ⁊ triginta p latū Mensure vni⁹ quatuor erant. Et paries p circuitum ambiens quatuor atriola: ⁊ culine fabricate erant subter porticus p gyrum. Et dixit ad me. Hec est domus culinarū: in qua coquent ministri domus domini victimas populi.

Capitulum. XLVII.

Conuertit me ad portaz dom⁹. ⁊ ecce aq̄ egrediebant̄ subter limen dom⁹ ad orientē. Facies em̄ dom⁹ respiciebat ad orientē. Aq̄ aūt descendebāt ī latus tēpli dexteꝝ: ad meridiē altaris. Et eduxit me p viā porte aq̄lonis ⁊ ꝯuertit me ad viam foras portā exteriorem: viam que respiciebat ad orientez. Et ecce aque redundantes a latere dextro cū egrederet̄ vir ad orientē q̄ habebat funiculum in manu sua: ⁊ mēsus ē mille cubitos. ⁊ trāsduxit me p aquā vsq̄ ad talos. Rursūq̄ mensus est mille. ⁊ transduxit me per aquam vsq̄ ad genua. Rursumq̄ mensus est mille: et tranduxit me p aquam vsq̄ ad renes. Et mensus est mille. torrentem quē nō potuit ptransire: quoniaz intumuerāt aque pfundū torrentis: qui nō potest trāsuadari. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me: ⁊ conuertit ad ripaz torrentis. Cūq̄ me ꝯuertissez: ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq̄ pte Et ait ad me. Aque iste q̄ egrediūt̄ ad tumulos zabuli oriētalis ⁊ descendūt ad plana deserti. intrabūt mare: ⁊ exibūt ⁊ sanabunt̄ aque. Et om̄is anima viuēs que serpit q̄cūq̄ venerit torrens viuet: ⁊ erunt pisces multi satis: postq̄ venerīt illuc aq̄ iste Et sanabunt̄ ⁊ viuēt. oīa ad q̄ venerit torrens viuent: ⁊ stabunt sup illa piscatores. Ab engaddi vsq̄ ad engaluz siccatio sagenarum erūt. Plurime species erūt pisciū eius: sicut pisces maris magni multitudīs nimie. In litoribus autem eius ⁊ in palustribus nō sanabunt̄: quia ī salinas dabūtur. Et sup torrentē orietur ī ripis ei⁹ ex vtraq̄ pte om̄e lignū pomiferū. Nō defluet folium ex eo: ⁊ nō deficiet fructus eius. Per singulos mēses afferet primitiua: quia aq̄ eius de sanctuario egredient̄. Et erūt fructus eius in cibum: ⁊ folia eius ad medicinam. Hec dicit dñs de⁹. Hic est terminus ī quo possidebitis terraz ī duodecim tribubꝫ israel: quia ioseph duplicem funiculuz habet. Possidebitis autem eam singuli eque vt frater suus: sup quam leuaui manum meaz vt darē patribꝫ vestris. Et cadet terra hec vobis in possessionez. Hic est autez terminus terre ad plagam septentrionalē a mari magno. via bethalon veniētibꝫ sedada emath berotha. sabarim que ē inter medium damasci et confinium emath domus thicon que est iuxta terminū auran ⁊ erit termin⁹ a mari vsq̄ ad atriuz enon terminus damasci: ⁊ ab aquilone ad aquilonem terminus emath. plaga septentrionalis. Porro plaga orientalis de medio auran ⁊ de medio damasci ⁊ de medio galaad ⁊ de medio terre israhel. iordanis disterminans: ad mare orientale meciemini plagam orientalem. Plaga autem australis

meridiana a thamar vsq; ad aquas ꝯdictõ
nis cades: ⁊ torrẽs vsq; ad mare magnuz et
hec est plaga ad meridiẽ australis. Et pla-
ga maris: mare magnũ a ꝓfinio ꝑ directũ
donec venias emath: hec est plaga maris.
Et diuidetis terrã istã vobis ꝑ tribus isrl̃
et mittetis eã in hereditatẽ vobis ⁊ adue-
nis q̃ accesserint ad vos q̃ genuerit filios
i medio vr̃m: ⁊ erũt vobis sicut indigene i-
ter filios isrl̃. Cobiscũq; diuidẽt possessio-
nẽ in medio tribuũ isrl̃. In tribu aũ q̃cũq;
fuerit aduena: ibi dabitis possessionem illi
ait dñs deus. Capitulum. XLVIII.

Thec nomina tribuz.

A finibꝫ aq̃lonis iuxta viã ethalõ
ꝓgentibꝫ emath atriũ enon t̃mios
damasci. ad aq̃lonẽ iuxta emath: ⁊ erit ei
plaga oriẽtalis. mare dan vna. Et a t̃mio
dan. a plaga oriẽtali vsq; ad plagã maris
asser vna. Et sup terminũ asser: a plaga o-
rientali vsq; ad plagã maris neptalĩ vna.
Et sup terminũ neptalim: a plaga oriẽtali
vsq; ad plagã maris manasse vna. Et sup
terminũ manasse: a plaga oriẽtali vsq; ad
plagã maris ephraim vna. Et sup termi-
nũ ephraim: a plaga orientali vsq; ad pla
gam maris ruben vna. Et sup terminũ ru
ben: a plaga orientali vsq; ad plagã maris
iuda vna. Et sup terminum iuda: a plaga
orientali vsq; ad plagã maris erũt primi-
tie q̃s separabitis viginti quiq; milibꝫ cala
mis latitudĩs ⁊ lõgitudĩs: sicuti singule p-
tes a plaga orientali vsq; ad plagã maris
Et erit sanctuariũ in medio ei⁹. Primitie
q̃s separabitis dño: longitudo viginti quiq;
milibꝫ: ⁊ latitudo decẽ milibꝫ. Hec aũt erũt
primitie sanctuarij sacerdotũ: ad aq̃lonez
longitudinis viginti q̃nq; milia: ⁊ ad mare
latitudinis decẽ milia. Sz ⁊ ad orientẽ la-
titudinis decẽ milia. ⁊ ad meridiẽ longitu
dinis viginti q̃nq; milia. ⁊ erit sanctuariũ
dñi i medio ei⁹. Sacerdotibꝫ sanctuariuz
erit de filijs Sadoch. q̃ custodierunt cere-
monias meas: ⁊ nõ errauerũt cuz errarẽt
filij isrl̃: sicut errauerũt ⁊ leuite. Et erunt
eis primitie de primitijs terre sanctũ scõꝝ
iuxta terminũ leuitaꝝ. Sz ⁊ leuitis simili-
ter iuxta fines sacerdotũ viginti quinq; mi
lia longitudĩs: ⁊ latitudĩs decẽ milia. Oĩs
longitudo vigĩti ⁊ quinq; miliũ: ⁊ latitudo
decẽ miliũ. Et ñ venũdabũt ex eo neq; mu-

tabũt: neq; trãsferent̃ primitie terre: q; san
ctificate sũt dño. Quiq; milia aũ q̃ supsũt
i latitudĩe ꝑ vigĩtiq̃nq; milia: ꝓphana erũt
vrbis i bitaculũ ⁊ in suburbana. Et erit ci
uitas in medio ei⁹: ⁊ he mensure eius. Ad
plagã septẽtrionalẽ quingẽta ⁊ q̃tuor mi-
lia: ⁊ ad plagã meridianã quigẽta ⁊ q̃tuor
milia: ⁊ ad plagã orientalẽ q̃ngẽta ⁊ q̃tu-
or milia: ⁊ ad plagã occidentalez q̃ngenta
⁊ q̃tuor milia. Erũt aũ suburbana ciuita-
tis ad aq̃lonẽ ducẽtaq̃nq̃ginta ⁊ ad meri-
diẽ ducẽtaq̃nq̃ginta: ⁊ ad orientẽ ducẽta-
q̃nq̃ginta ⁊ ad mare ducẽtaq̃nq̃ginta. Qd̃
aũt reliquũ fuerit i longitudĩe ꝑm primi-
tias sanctuarij decẽ milia i orientẽ. ⁊ decem
milia i occidentẽ erũt sic ꝑmitie sanctuarij
⁊ erũt fruges ei⁹ i panes bis q̃ fuiũt ciuita
ti. Seruientes aũt ciuitati opabũt̃ ex oĩbꝫ
tribubꝫ isrl̃. Oẽs ꝑmitie vigĩtiq̃nq; miliuz
ꝑ vigĩtiq̃nq; milia i q̃drũ. sepabũt̃ i primi
tias sanctuarij. ⁊ in possessionem ciuitatis.
Qd̃ aũt reliquũ fuerit prĩcipis erit ex omĩ
tpe primitiaꝝ sanctuarij ⁊ possessiões ciui-
tatis e regiõe vigĩtiq̃nq; miliũ primitiaꝝ
vsq; ad terminũ oriẽtalẽ: sz et a mari e re-
gione vigĩq̃nq; miliũ vsq; ad terminũ ma
ris sil̃r in ptibꝫ prĩcipis erit. Et erũt pri-
mitie sanctuarij ⁊ sanctuariũ tẽpli in medio
ei⁹. De possessione aũt leuitaꝝ ⁊ de posses-
sione ciuitatis i medio ptiũ prĩcipis: erit
in terminũ iuda ⁊ i terminũ beniamin: et
ad principẽ ptinebit. Et reliqs tribubꝫ a
plaga oriẽtali vsq; ad plagã occidẽtalem:
beniamin vna. Et cõtra terminum benia
min a plaga orientali vsq; ad plagã occi-
dentalẽ. sym̃eõ vna. Et sup terminũ sym̃e-
onis a plaga orientali vsq; ad plagã occi-
dentalẽ. yssachar vna. Et sup terminũ yssa-
char a plaga oriẽtali vsq; ad plagã occidẽ
talem zabulon vna. Et sup terminũ zabu-
lon a plaga orientali vsq; ad plagã maris.
gad vna. Et sup terminũ gad ad plagã au
stri in meridiẽ: ⁊ erit finis de thamar vsq;
ad aquas contradictionis cades: heredi-
tas contra mare magnuz. Hec ẽ terra quã
mittetis in sortẽ tribubꝫ isrl̃: ⁊ he partitõ-
nes eoꝝ: ait dñs deus. Et hi egressus ciui-
tatis. A plaga septẽtrionali q̃ngenta ⁊ q̃-
tuor milia mensurabis: et portæ ciuitatis
oĩbꝫ tribubꝫ isrl̃. Portæ tres a septẽtrione
Porta ruben vna: porta iuda vna: porta

leui vna. Ad plagã orientalẽ quingenta ⁊ quatuor milia. ⁊ porte tres. Porta ioseph vna. porta beniamin vna. porta dan vna. Et ad plagaz meridianã quingentaq̃tuor milia mecieris. Porta simeõis vna. porta ÿsachar vna. porta zabulõ vna. Et ad plagam occidẽtalẽ q̃ngẽta ⁊ q̃tuor milia. porte eoruz tres. Porta Gad vna. porta aser vna. porta neptalim vna. Per circuitũ decem ⁊ octo milia. et nomẽ ciuitatis ex illa die. dñs ibidem. Explicit Ezechiel ꝓpheta.

¶ Incipit prologus in danielem prophetaz

gnouit dn̄s q̄ ſūt ei⁹: et diſcedat ab iniqui
tate oīs q̄ inuocat nom̄ dn̄i. In mag̃ aūt
domo nō ſoluz ſūt vaſa aurea et argentea.
ſz et lignea ⁊ fictilia: ⁊ q̄daz q̄dē in honorē
quedā aūt ī ꝯtumeliā. Si quis g̃ emūdaue
rit ſe ab iſtis: erit vas in honorē ſanctifi-
catū. ⁊ vtile dn̄o ad om̄e op⁹ bonū ꝑatum
Iuuenilia aūt deſideria fuge: ſectare v̄o iu-
ſticiaz. fidē. ſpem. caritatē et pacē cū his q̄
inuocāt dn̄m de corde puro. Stultas aūt ⁊
ſine diſciplina q̄ſtiones deuita: ſciēs qꝛ ge
nerāt lites. Seruū aūt dn̄i nō oportet liti-
gare: ſed māſuetū eſſe ad oēs. docibilē. pa
cientē cū modeſtia corripientez eos q̄ reſi-
ſtūt veritati: nequādo de⁹ det illis peniten
tiā ad ꝯgnoſcendā veritatē. ⁊ reſipiſcāt a
dÿaboli laqueis: a quo captiui tenent̄ ad
ipſius voluntatem. Capitulum. III.

Hoc aūt ſcito qꝛ in nouiſ
ſimis diebꝫ. īſtabūt tēpora ꝑicl'oſa
et erūt hoīes ſeip̄os amātes. cupi
di. elati. ſuꝑbi. blaſphemi. parētibꝫ ñ obedi
entes. ing̃ti. ſceleſti ſine affctōe. ſine pace.
crimīatores. incōtinētes. īmites ſine beni-
gnitate ꝓditores. ꝓterui. tumidi. ceci. ⁊ vo
luptatuz amatores. magiſq̄ dei: habentes
ſpeciez quidez pietatis. virtutē aūt eius ab
negantes. Et hos deuita. Ex his eī ſunt q̄
penetrāt domos ⁊ captiuas ducunt ml'ier-
cl'as oneratas peccatis. q̄ ducūt̄ varijs de-
ſiderijs: ſemꝑ diſcētes. et nunq̄ ad ſciētiaz
veritatis ꝑueniētes. Quēadmodū aūt iā-
nes et mābres reſtiterūt Moÿſi. ita ⁊ hi re
ſiſtūt veritati: homīes corrupti mente. re
probi circa fidē: ſz vltra nō ꝓficient. Inſi-
piēcia em̄ eoꝝ manifeſta erit om̄ibꝫ: ſicut
⁊ illoꝝ fuit. Tu aūt aſſecutus es meam do-
ctrinā. inſtitutōez. ꝓpoſitū. fidem. lōgani-
mitatē. dilectōez. pacientiam. ꝑſecutōnes.
paſſiōs: qualia mihi facta ſūt anthiochie
ÿconio ⁊ liſtris. q̄les ꝑſecutōes ſuſtinui: ⁊
ex om̄ibꝫ eripuit me dominus. Et omnes
q̄ pie volūt viuere ī xp̄o ih̄u: ꝑſecutōnem
pacient̄. Mali aūt hoīes ⁊ ſeductores ꝓfici
ent in pei⁹: errātes ⁊ in errorē mittentes.
Tu v̄o permane in his q̄ didiciſti: et credi
ta ſunt tibi: ſciens a quo didiceris. ⁊ quia
ab infācia ſacras lrās noſti: que te poſſūt
inſtruere ad ſalutē ꝑ fidē que ē in xp̄o ih̄u
Oīs eī ſcriptura diuinit⁹ inſpirata. vtilis ē
ad docenduz. ad arguenduz. ad corripien-
dū. ad erudienduz in iuſticia: vt ꝑfect⁹ ſit
hō dei ad om̄e opus bonum inſtructus.
Capitulum .IIII.

Teſtificor corā deo ⁊ ih̄u
xp̄o q̄ iudicatur⁹ ē viuos et mor-
tuos. ⁊ aduētum ip̄i⁹ ⁊ regnū ei⁹:
p̄dica v̄bum. inſta oportune inoportune.
argue. obſecra. increpa in omni patientia
et doctrina. Erit em̄ tempus cū ſanā doct̄
nam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria
coacerbabūt ſibi magiſtros pruriētes au-
ribꝫ: ⁊ a veritate quidē auditū auertēt. ad
fabulas aūt ꝯuertentur. Tu vero vigila. ī
omnibꝫ labora. opus fac euāgeliſte. mini-
ſteriū tuuz imple: ſobrius eſto. Ego em̄ iā
delebor: ⁊ tēpus reſolutōis mee inſtat. Bo
num certamē certaui: curſuz ꝯſumaui: fi-
dem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi
corona iuſticie: quā r̄ddet mihi dn̄s ī illa
die iuſt⁹ iudex. Nō ſolū autē mihi: ſz et his
q̄ diligūt aduentū eius. Feſtina ad me ve-
nire cito. Demas eī me reliq̄t diligēs hoc
ſeculū et abijt Theſſalonicā. creſcēs in ga
latiā. Thitus ī dalmaciā. Lucas ē mecuz
ſolus. Marcū aſſume ⁊ adduc tecū: ē eniz
mihi vtilis in miniſteriū. Thiticum autez
miſi epheſum. Penulā quā reliqui troade
apud carpū veniēs affer tecū ⁊ libros ma
xime aūt mēbranas. Allexāder erari⁹ ml'ta
mihi on̄dit: r̄ddet illi dn̄s ſcd̄m opa eius:
quē ⁊ tu deuita. Valde em̄ r̄ſiſtit v̄bis nr̄is
In p̄ma mea defenſione nemo mihi affuit
ſz oēs me dereliq̄rūt: ñ illis reputet̄. Dn̄s
aūt mihi aſſiſtit et ꝯfortauit me vt ꝑ me p̄-
dicatō īpleat̄: ⁊ audiāt oēs gētes qꝛ libēa
tus ſum de ore leonis. Liberauit me de⁹ ab
oī ope malo: et ſaluū faciet in regnū ſuuz
celeſte: cui gl'ia ī ſcl'a ſcl'oꝝ amen. Saluta
Priſcā ⁊ aq̄laz: ⁊ oneſifori domū. Eraſtus
remāſit corinthi: Trophinū aūt r̄liq̄ infir-
mū mileti. Feſtina añ hÿemē venire. Sa
lutāt te eubol⁹ ⁊ pudēs et linus ⁊ claudia:

et fratres om̃es. Dñs ih̃s xp̃c cum spiritu tuo. Gratia vobiscum amen. Explicit epistola ad Timotheum secunda.

Incipit argumẽtũ in epl'az ad Thitũ.

Thitum ꝯmonefacit ⁊ instruit de cõstitutõe presbiterij ⁊ de spũali ꝯuersatõne et hereticis vitãdis: qui traditionibus iudaicis credunt: scribens ei a Nicopoli. Finit argumentum.

Incipit epl'a ad Thitum. Capitu. I.

Paulus seruus dei apostolus autem ih̃u xp̃i ꝑm fidem electorũ dei et agnitõem veritatis. que ꝑm pietatẽ est in spem vite eterne: quã ꝓmisit qui nõ mẽtit̃ deus añ tempora secularia. manifestauit autez temporibꝫ suis verbum suum in predicatione. que credita ẽ mihi ꝑm preceptũ saluatoris nr̃i dei. Thito dilecto filio ꝑm cõmunẽ fidez. Grã et pax a deo patre et xp̃o ih̃u saluatore nostro. Hui⁹ rei gratia reliqui te crete vt ea que desũt: corrigas. ⁊ cõstituas ꝑ ciuitates p̃sbiteros sic ⁊ ego disposui tibi si quis sñ crimĩe est vni⁹ vxoris vir: filios hñs fideles nõ in accusatõne luxurie aut nõ subditos. Oportet em̃ episcopũ sine crimĩe esse sicut dei dispẽsatorẽ: nõ suꝑbũ. ñ iracũdũ. nõ vinolentũ. nõ ꝑcussorem. nõ turpis lucri cupidũ: sꝫ hospitalez benignũ. sobriũ. iustũ. sãctũ. ꝯtinentẽ. amplectẽtem eũ qui ꝑm doctrinã ẽ fidelẽ ꝑmonẽ: vt potẽs sit exhortari ĩ doctrina sana: ⁊ eos q̃ ꝯdicũt arguẽ. Sũt em̃ mlti etiam inobediẽtes. vaniloq̃ et seductores. maxĩe qui de circuncisione sũt q̃s oportet redargui: q̃ vniuersas domos subuertũt. docẽtes q̃ nõ oportet turpis lucri grã. Dixit q̃daz ex illis ꝓprius ip̃oꝝ ꝓpheta. Cretẽses sẽper mẽdaces male bestie ventris pigri. Testĩoniũ hoc veꝝ ẽ. Quã ob causã ĩcrepa illos dure vt sani sint ĩ fide: nõ intẽdẽtes iudaicis fabulis ⁊ mãdatis hoĩm auersantiũ se a veritate. Oĩa mũda mũdis: coinq̃natis at̃ et infidelibꝫ. nihil ẽ mũdũ: sed inq̃nate sũt eoꝝ ⁊ mẽs etlꝯscĩa. Confitent̃ se nosse deũ factis at̃ negant: cum sint abomĩati ⁊ incredibiles et ad omne opus bonum reprobi.

Capitulum .II.

Tu autẽ loquere que decẽt sanã doctrinã. Senes vt sobrij sint: pudici. prudẽtes. sani ĩ fide. ĩ dilectõe. in paciencia. An⁹ similiter in habitu sãcto: non criminatrices. non multo vino seruiẽtes: bñ docentes vt prudenciaz doceãt. Adolescẽtulas: vt viros suos amẽt filios suos diligãt: prudẽtes. castas. sobrias. domus curã habẽtes: benignas. subditas viris suis: vt nõ blasphemetur verbuz dei. Iuuenes similiter hortaẽ vt sobrij sint In om̃ibꝫ teip̃m p̃be exemplum bonorum opeꝝ: ĩ doctrina. in integritate. in grauitate. Verbuz sanũ irrep̃hensibile: vt is qui ex aduerso ẽ vereat̃: nihil habẽs malũ dicere de nob̃. Seruos dñis suis subditos eẽ in om̃ibꝫ placẽtes: ñ ꝯtradicẽtes. nõ fraudãtes. sꝫ in om̃ibꝫ fidẽ bonaz oñdentes: vt doctrinã saluatoris nr̃i dei ornẽt in oĩbus Apparuit eĩ grã dei et saluatoris nr̃i oĩbꝫ hoĩbꝫ erudiẽs nos: vt abnegãtes ĩpietatẽ et scl'aria d̃sideria. sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus ĩ hoc seculo: expectãtes beataz spem et aduentũ gl'e magni dei et saluatoris nr̃i ih̃u xp̃i: q̃ dedit semetip̃m ꝓ nob̃ vt nos redimeret ab oĩ ĩiq̃tate: ⁊ mũdaret sibi ꝓpl'uz acceptabilẽ sectatorẽ bonoꝝ opeꝝ. Hec loq̃re et exhortare: et argue cũ omni imperio. Nemo te ꝯtemnat.

Capitulum. III.

Admone illos principibꝫ et pt̃atibꝫ subditos eẽ: dico obedire: ad oẽ opus bonũ ꝑatos esse: neminẽ blasphemare. nõ litigiosos esse. sed modestos: om̃ez oñdentes mãsuetudĩez ad oẽs homĩes. Eramus em̃ aliquãdo et nos insipiẽtes. ĩcreduli. errãtes. ꝑuiẽtes desiderijs ⁊ voluptatibꝫ varijs: ĩ malicia ⁊ ĩuidia agẽtes: odibiles. odiẽtes. ĩuicẽ. Cũ at̃ benignitas et hũanitas apparuit saluatoris nr̃i dei nõ ex opibꝫ iusticie que fecim⁹ nos sed ꝑm suaz misericordiam saluos nos fecit per lauacruz regeneratõnis et renouatõnis spũssancti quem effudit in nos habũde per ih̃m xp̃m saluatorem nostrũ: vt iustificati grã ip̃i⁹ hẽdes sim⁹ ꝑm spez vite eterne. Fidelis ꝑmo est. Et d̃ his volo te cõfirmare: vt currẽt bonis operibꝫ preesse q̃ credũt deo. Hec sunt bone et vtilia hoĩbꝫ.

Stultas at̄ questiones. et genealogias et contētiones et pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles et vane. Hereticū hominez post vnaz et secundam correptōnez deuita: sciens. quia subuersus est qui eiusmōi est: et delinquit cum sit proprio iuditō cōdemnatus. Cū misero ad te Arteman aut Thiticuz: festina ad me venire nicopolim Ibi eniz statui hyemare. Zenam legisperitum ⁊ Appollo solicite premitte: vt nihil illis desit. Discant autez nostris bonis operibꝫ preesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutāt te qui mecū sūt omnes. Saluta eos qui nos amant ī fide Gratia dei cum omnibus vobis amen. Explicit epistola ad Thitum.

Incipit argumentū in epistolam pauli ad Philemonem.

Philemōi familiares litteras facit. ꝑ Onesimo ſuo eius: scribēs ei ab vrbe roma de carcē ꝑ suprascriptum Onesimum. Finit argumentum.

Incipit epl'a ad Philemonē. Capi. vnicū

Paulus vinct⁹ xp̄i ih̄u ⁊ Thimothe⁹ fr̄: Philemoni dilecto adiutori nr̄o. et Appie sorori carissime ⁊ Arcippo ꝯmilitoni nostro: et ecclesie que ī domo tua est. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro: et domīo ih̄u xp̄o. Gratias ago deo meo semper memoriaz tui faciens in orationibus meis audiēs caritatem tuam ⁊ fidez quaz habes ī domino ih̄u et in omnes sanctos: vt ꝯmunicatō fidei tue euidens fiat ī agnitōne omnis operis boni in xp̄o ih̄u. Gaudium eniz magnum habui et consolatōnē in caritate tua: quia viscera sanctoruz requieuerūt per te frater. Propter qd̄ multam fiduciaz habens in xp̄o ih̄u imperandi tibi quod ad rem ꝑtinet: propter caritatem magis obsecro cum sis talis vt Paulus senex nūc autez et vinct⁹ ih̄u xp̄i: obsecro te pro meo filio quē genui ī vīculis onesimo q̄ tibi aliquādo inutilis fuit: nūc autez et mihi et tibi vtilis: quem remisi tibi. Tu autez illum vt mea viscera suscipe. Quez volueraz mecum detinere: vt pro te mihi mīstraret in vinculis euāgelij. Sine cōsilio autez tuo nihil volui facere: vti ne velut ex necessitate bonum tuū essz: sz volūtarium. Forsitan enim ideo discessit ad horaz a te. vt eternum illum reciperes: iā nō vt seruum sed pro seruo carissimū fratrez: maxime mihi. Quāto autē magis tibi: et ī carne ⁊ in domino? Si ergo habes me sociuz: suscipe illuz sicut me. Si autez aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi īputa. Ego paul⁹ scripsi mea māu. Ego r̄d daz: vt non dicam tibi q̄ ⁊ teip̄m mihi debes. Ita frat̄ ego te fruar in domino: refice viscera mea in xp̄o. Confidens de obediēcia tua scripsi tibi: sciens quoniam et super id quod dico facies. Simul autē ⁊ para mihi hospiciuz: nam spero ꝑ oratōnes vestras me donare vobis. Salutat te epafras ꝯcaptiuus meus in xp̄o ih̄u. Marc⁹ aristarch⁹ demas et lucas adiutores mei. Gratia domini nostri ih̄u xp̄i cuz spiritu vestro amen. Finit epistola hec.

Incipit argumētū ī epl'az ad Hebreos.

In primis dicendū ē cur apl's Paulus in hac epl'a scribēdo nō seruauerit morez suuz: vt vel vocabuluz nomīs sui vel ordīs describeret dignitatem. Hec causa est. q̄ ad eos scribēs qui ex circuncisione crediderāt q̄si gentium apostolus et nō hebreoꝝ: sciens q̄z eorum suꝑbiam. suamq̄z humilitatē ip̄e demōstrās: meritum officij sui nolui añferre. Nam simili modo etiā Johannes apostolus propter humilitatē ī epistola sua. nomē suum eadez ratione nō p̄tulit. Hanc ergo epl'am fertur apostolus ad hebreos ꝯscriptā hebraica līgua misisse: cui⁹ sensū et ordinem retinēs Lucas euāgelista post recessum apl'i pauli greco ſmone ꝯposuit. Finit argum̄tū.

Incipit epistola ad Hebreos. Capi. I.

Multipharie multisq̄z modis olim. deus loquēs p̄ribꝫ in ꝓphetis: nouissime diebus istis locutus est nob̄ ī filio quē cōstituit heredem vniuersoꝝ: per quez fe-

cit et scꝫa. Qui cū sit splēdor glorie. ⁊ figura substātie eius. portansq; omnia verbo virtutis sue purgatōnem peccatoꝝ faciēs sedet ad dexteraz maiestatis in excelsis tāto melior angelis effectus: quāto differentius p illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquādo angeloꝝ filius meus es tu ego hodie genui te. Et ruꝛsuz. Ego ero illi in patrez: et ipse erit mihi in filium. Et cū iteruz introducit primogenitum in orbez terre dicit. Et adorēt eum omnes angli dī Et ad angl'os quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos flāmam ignis. Ad filiuz autē. Thronus tu⁹ deus ī seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatem: ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo exultatōis pre participibus tuis. Et tu in prīcipio domine terram fundasti: et opa manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis: ⁊ oīs ut vestimētum veterascent. Et velut amictum mutabis eos et mutabūtur: tu autem idē ipse es: et anni tui non deficient. Ad quez autē angeloꝝ dixit aliquando sede ad dexteris meis: quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ. Nōne omnes sunt ammistratorij spiritus: in ministerium missi propter eos qui hereditatez capiunt salutis:

Capitulum .II.

Propterea habundātiꝰ oportet obſuare nos ea que audiuimꝰ: ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo factus ē firmus et omnis preuaricatio ⁊ inobediēcia accepit iustam mercedis ſtributōez: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutez: Que cum iniciū accepisset enarrari per dominuz: ab eis q̄ audierūt in nos confirmata est: contestante deo signis et portētis et variis virtutibus et spiritussancti distributionibus ſm suaz volūtatem. Non enim angelis subiecit deus orbez terre futurum: de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. Quid est homo q̄ memor es eiꝰ: aut filius hominis qm̄ visitas eū: Minuisti eū paulominus ab angelis: gloria et honore coronasti euz: et constituisti eum sup opa manuum tuaruz. Omnia subiecisti sub pedibꝫ eius. In eo enim q̄ omnia ei subiecit nihil dimisit nō subiectum ei. Nunc autez necdum videmꝰ omnia subiecta ei. Eū aūt qui modico q̄ āgelis minoratus est videmꝰ ihm. propter passionē mortis gloria ⁊ honore coronatū: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortez. Decebat enim eum ꝓpter quem omnia ⁊ per quez omnia: qui multos filios ī gloriam adduxerat: auctorē salutis eoruz per passionem consumari. qui enim sanctificat ⁊ qui sanctificant: ex uno oīes. Propter quam causam nō confunditur fratres eos vocare: dicēs. Nunciabo nomē tuum fratribꝫ meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iteruz. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego et pueri mei: q̄s dedit mihi deus. Quia ergo pueri ꝓmunicauerunt carni et sanguini: et ipse similiē participauit eisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperiuz id est dyabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusq̄ enim angelos apprehendit: sz semen Abrahe apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus simulari: ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deum: ut repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et temptatus: potēs est et eis qui temptantur auxiliari.

Capitulum .III.

Unde fratres sācti vocatōis celestis participes. consideratе apostoluz et pontificez ꝓfessionis nostre ihm: q̄ fidelis ē eī qui fecit illū: sicut moyses in oī domo eiꝰ. Amplioris eī gl'e iste p̄ moyse dignus est habitus: q̄nto amplioꝛez honorem habet dominꝰ q̄ fabricauit illaz. Omnis nanq̄ domꝰ fabricatur ab aliquo qui autē omnia creauit. deus ē Et moyses quidē fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimonium eoꝝ q̄ dicenda erāt: xp̄c vo tanq̄ filius in domo sua. Que domꝰ sumus nos: si fiduciam et gloriaz spei usq̄ ad finem firmam ſtinemus. Quapropter sicut dicit spūssanctus hodie si vocez eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatōe ſm diez temptationis in deserto. Ubi temptauerūt me patres vestri: probauerunt ⁊ viderūt opera mea quadragīta annis. Propter quod īfensus fui generationi huic: et

dixi semp errāt corde. Ipsi aūt nō cognouerūt vias meas: quibꝫ iurauī in ira mea. si introibūt in requiem meam. Videte frēs: ne forte sit ī aliquo vr̄m cor malū īcredulitatis discedendi a deo viuo. Sꝫ adhortami vosmetipos p singlos dies donec hodie cognomiaū vt nō obdurēt quis ex vobis fallatia peccati. Participes em̄ xp̄i effcti sum⁹: si tn̄ inicīū substātie eius vsqꝫ ad fīnē firmū retineam⁹: dū dr̄. hodie si vocem ei⁹ audiēritis nolite obdurare corda vestra quēadmodū in illa exacerbatōe. Quidam em̄ audiētes exacerbauerūt: sꝫ nō vniuersi qui pfecti sūt ab egipto p Moysen. Quibus aūt infensus ē q̄draginta ānis: Nonne illis q̄ peccauerūt: quoꝝ cadauera prostrata sūt in deserto? Quibꝫ aūt iurauit nō introire ī requiē ip̄i⁹: nisi illis q̄ īcredduli fuerūt: Et vidēm⁹ quia nō potuerūt introire ī req̄ em ip̄i⁹ ꝓpter increditatē. Capi. IIII.

Timeam⁹ g̃ ne forte relicta pollicitatōe introeūdi ī req̄em ei⁹. existimet aliq̄s ex vob deesse. Etenim et nob nūciatū ē quēadmodū q̄ illi: sꝫ nō pfuit illis sm̄o audit⁹ ñ admixt⁹ fidei ex his q̄ audierūt. Ingrediemur em̄ ī req̄em q̄ credidim⁹: quēadmodū dixit. Sic iurauī ī ira mea: si ītroibūt ī req̄ez meā. Et q̄dē opibꝫ ab īstitutōe mūdi pfctis: dixit ei q̄dā loco de die septīa sic. Et req̄euit de⁹ die septima ab oībꝫ opibꝫ suis. Et ī isto rursuꝫ Si introibūt ī requiē meā. Quōm g̃ superest introire q̄sdā ī illā: q hi quibꝫ prīus anūciatuꝫ ē nō introierūt ꝓpter incredulitatē: itez termīat diē quēdaꝫ hodie in dauid dicēdo post tātū tēporis sicut supdictuꝫ ē: hodie si vocē ei⁹ audieritis: nolite obdurare corda vr̄a. Nam si eis ihs requiem pstitisset: nunq̄ de alia loqueret post. hac die. Itaq̄ relinquit sabbatism⁹ ꝓpl̄o dei. Qui enīz ingressus est in requiez ei⁹: etiaz ipe req̄euit ab opibꝫ suis sicut et a suis deus. Festinem⁹ g̃ ingredi in requiem illam: vt ne in idipm quis incidat īcredulitatis exemplū. Viuus est ei sermo dei et efficax q penetrabilioz omī gladio ancipiti: et ptigēs vsz ad diuisionē anime ac spūs. cōpagum q̄z ac medullaz: q discretor cogitatōnuꝫ q intētionū cordis. Et nō ē vlla creatura invisibilis in ꝓspectu ei⁹: omnia aūt nuda q aperta sūt oculis eius: ad quē nobis sermo

Habētes ergo pontificez magnum qui penetrauit celos ihm filiuz dei: teneam⁹ spei nostre cfessionez. Non ei habemus pontificez qui nō possit cpati infirmitatibꝫ nostris tēptatū autez p omnia p similitudīe absq̄ peccato. Adeamus g̃ cum fiducia ad thronum gratie eius: vt misericordiā cōsequamur. et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Capitulum .V.

Omnis namq̄ pōtifex ex hoībꝫ assūptus p hoībus cōstituit ī his q̄ sūt ad deuz: vt offerat dona q sacrificia p pctis. Qui cdolē possit his qui ignorāt q errāt: qm̄ et ipse circundatus est infirmitate: q ꝓpterea debet quemadmodū p ꝓplo. ita et etiam pro semetipso offerre p peccatis. Nec q̄sq̄ sumit sibi honorez: sed q̄ vocaū a deo tanq̄ aaron. Sic et xp̄c ñ semetipm clarificauit vt pōtifex fieret: sꝫ qui locutus est ad eū. Filiꝰ meus es tu: ego hodie genui te. Quēadmodū q ī alio loco dicit. Tu es sacerdos inetern⁹ scōm ordinez melchisedech. Qui in diebus carnis sue preces supplicatōesq̄ ad eū qui possit illuz saluum facere a morte. cū clamore valido q lacrimis: offerēs: exaudit⁹ est p sua reuerētia. Et quidē cū essz filiꝰ dei didicit ex his q̄ passus ē obedienciā: q cōsumatus fact⁹ est omnibꝫ obtemperantibꝫ sibi causa salutis eterne: appellat⁹ a deo pōtifex iuxta ordinem melchisedech. De q̄ nobis grādis sermo et interpretabilis ad dicēdū: qm̄ imbecilles estis facti ad audiēdum. Etenīz cū deberetis magri esse propt tempus: rursuꝫ indigetis vt vos doceam⁹ que sint elemēta exordij sermonū dei: q facti estis quibꝫ lacte opus sit nō solido cibo Omīs em̄ qui lactis ē particeps: expers ē sm̄ois iusticie. Paruul⁹ ei ē. Perfectoruꝫ aūt ē solidus cibus: eoꝝ qui p ipa ꝓsuetudine exercitatos habent sensus ad discrectōnem boni ac mali. Capitulum .VI.

Quapropter intermittētes inchoatōis xp̄i sm̄onez ad pfectōz ei⁹ feramur: ñ rursū iacentes fundamētum penitētie ab operibus mortuis. q fidei ad deū. baptismatum doctrine impositōnis q̄z manuum. ac resurrectōnis mortuoꝝ: et iudicij eterni. Et hec faciem⁹ siquidem p̄miserit deus. Impossibile enim

est eos qui semel sc̄ illuīati. gustauer̄t etiā donū celeste. et participes facti sūt sp̄ūssā-cti: gustauer̄t nihilomin⁹ bonuz dei v̄bum v̄tutesq; scl̄i venturi. ⁊ ꝓlapsi sūt: rursum renouari ad penitētiā: rursū crucifigētes sibimetip̄is filiū dei: ⁊ ostētui hn̄tes. Terra em̄ sepe veniētē sup̄ se bibēs ymbrem et germinās herbā oportunā ill' quibꝫ colit̄ accipit bn̄dictōnem a deo: ꝓferens at̄ spinas ac tribulos reproba ē et maledicto ꝓxima: cui⁹ ꝯsumatō in ꝯbustōez. Confidimus at̄ de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora saluti (tāetsi ita loq̄mur) Nō ei īiust⁹ ē deus vt obliuiscat̄ operis vr̄i ⁊ dilectōis quā on̄distis in noīe ip̄i⁹: q̄ ministrastis sc̄tis et mīstratis. Cupim⁹ at̄ vnūquēq; vr̄m eādē ostētare solicitudīez ad expletōez spei vsz ī finē vt n̄ segnes efficiamini. verꝫ imitatores eorꝫ q̄ fide et pacīa hereditabūt ꝓmissiōes. Abrahe nāq; ꝓmittēs de⁹ qm̄ neminē habuit ꝑ quē iuraret maiorez iurauit ꝑsemetip̄m: dicēs. nisi bn̄dicēs benedicaz tibi et multiplicans multiplicabo te: ⁊ sic lōganimit̄ ferēs adeptus est repromissiōz. Hoīes em̄ ꝑ maiorē sui iurant: et oīs ꝯtrouersie eorꝫ finis ad ꝯfirmatōnem ē iuramētū. In q̄ habūdāti⁹ volēs de⁹ ostēdere pollicitatōis hēdibꝫ īmobilitatē ꝯsilij sui. interposuit iusiurādū: vt ꝑ duas res īmobiles quibꝫ impossibile est mētiri deuz fortissimū solaciū hēam⁹ qui cōfugim⁹ ad tenēdaz ꝓpositaz spem: quā sicut anchorā habemus aīe tutam ac firmā et incedētem vsq; ad interiora velamīs: vbi precursor ꝓ nobis ītroijt ih̄s ꝟm ordinē melchisedech pontifex factus ineternū. Capitu. VII.

Hic eniz melchisedech rex salē sac̄dos dei sūmi qui obuiauit abrahe r̄gresso a cede reguz: et bn̄dixit ei: cui ⁊ decimas omniū diuisit Abrahā: p̄mū quidē qui interpretat̄ rex iusticie: deinde at̄ et rex salem quod ē rex pacis: sine pr̄e. sine mr̄e. sine genealogia neq; iniciū dierꝫ neq; finē vite habēs: assimilatus at̄ filio dei manet sacerdos in perpetuū. Intuemini at̄ quātus sit hic: cui et decimas dedit de p̄cipuis abrahā patriarcha. Et q̄dem d̄ filijs Leui sacerdotiū accipiētes. mandatuz habent decimas sumere a populo ꝟm legez id est a fratribꝫ suis: q̄ q̄ et ip̄i exierint de lumbis abrahe. cuius

decimas ✝

aūt generatō nō ānūeratur in eis decimas sūpsit ab abrahaz: et hūc qui habebat repromissiōes bn̄dixit. Sine vlla at̄ contradictōe quod min⁹ est a meliore benedicitur Et hic quidē decimas moriētes hoīes accipiūt: ibi at̄ contestat̄ quia viuit. Et vt ita dictū sit ꝑ abrahā: et leui: qui decimas accepit decimat⁹ est. Adhuc em̄ ī lumbis patris erat: qn̄ obuiauit ei melchisedech. Si g̊ ꝯsumatō ꝑ sacerdotiū leuiticuz erat: popul⁹ em̄ sub ipso legē accepit: quid adhuc necessariū fuit ꝟm ordīem melchisedech aliū surgē sacerdotem et nō ꝟm ordinē aaron dici? Trāslato eniz sacerdotio: necesse est vt ⁊ legis trāslatio fiat. In quo em̄ hec dicunt̄ de alia tribu ē: de qua nullus altario p̄sto fuit. Manifestū em̄ est q̄ ex iuda ortus sit domin⁹ noster: ī qua tribu nihil de sacerdotibꝫ locutus est Moyses. Et ampli⁹ adhuc manifestum est. si ꝟm similitudinē melchisedech exurgat alius sacerdos qui nō ꝟm legem mādati carnalis fact⁹ ē. sed ꝟm virtutem vite insolubilis. Cōtestatur em̄: quoniam tu es sacerdos ineternū ꝟm ordīem melchisedech. Reprobatio quidem fit precedētis mandati ꝓpter infirmitatem eius et īutilitatem. Nihil em̄ ad perfectum adduxit lex. Introductō v̄o melioris spei ꝑ quā ꝓximam⁹ ad deū: ⁊ q̄ntū est. nō sine iureiurando. Alij quidem sine iure iurādo sacerdotes facti sunt: hic autē cum iureiurādo ꝑ eū q̄ dixit ad illū. Iurauit domin⁹ ⁊ nō penitebit eū: tu es sac̄dos ineternū. Intātū melioris testamēti sponsor fact⁹ ē ih̄s. Et alij quidē plures facti sunt sacerdotes iccirco q̄ morte ꝓhiberent̄ ꝑmanere: h̄ at̄ eo q̄ maneat īeternū sempit̄nuz habet sacerdotiū. Unde ⁊ saluare īꝑpetuū pōt accedēs ꝑ semetip̄m ad deum: semꝑ viuēs ad interpellādū ꝓ nobis. Talis em̄ decebat vt nobis esset pōtifex: sanctus. innocēs. impollutus. segregatus. a peccatoribꝫ ⁊ excelsior celis fact⁹. Qui nō habet necessitatem quottidie quēadmodū sacerdotes prius ꝓ suis delictis hostias offerre: deinde ꝓ populo. Hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Lex enim homines ꝯstituit sacerdotes infirmitatem habentes: ꝟmo autem iurisiurandi qui post legem est. filiuz ineternum perfectum.

Capitulum .VIII.

Capitulum autē super ea
q̄ dicūt. Talē habem⁹ pōtificē: q̄
cōsedit ī dextera sedis magnitudīs
ī celis sctor mīster. ⁊ tabnacli veri: qđ fi
xit de⁹ ⁊ ñ hō. Omis ei pōtifex ad offerendū
mūera ⁊ hostias ꝓstituit. Vñ necesse est ⁊
hūc hr̄e aliq̄d qđ offerat. Si g̃ essz sup̄ terrā
nec esset sac̄dos cū essent q̄ offerrent ꝑm le
gē munera q̄ exemplari et vmbre deſeruiūt
celestiū: sicut rñsū ē Moyſi cū ꝓsumarz ta
bernaculū. Vide inq̄t oīa facito ꝑm exem
plar: qđ tibi ostēsū est ī mōte. Nūc aūt me
li⁹ sortit⁹ ē mīsteriū q̄nto ⁊ melioris testamē
ti mediator ē: qđ ī melioribo ꝓmissiōibo
sc̄itū ē. Nā si illud pri⁹ culpa vacassz: non
utiq̄ sc̄di loc⁹ inq̄rerek. Vnde paulo ꝑas em̄ eos
dic. Ecce dies veniēt dicit dñs: ⁊ ꝓsumabo
sup domū isrl̄ ⁊ sup̄ domū iuda testm̄ nouū
nō ꝑm testm̄ quod feci pr̄ibo eor̄ ī die qua
appr̄hēdi manū eor̄ ut educerē illos de t̄ra
egipti: qm̄ ipi ñ ꝑmanserūt in testamento
meo: ⁊ ego neglexi eos dic dñs. Quia hoc
est testamētū quod disponā domui israel
p⁹ dies illos: dicit dñs. dando leges meas ī
mēte eor̄ et in corde eor̄ supscribam eas:
et ero eis in deū: ⁊ ipi erūt mihi in pp̄lm. Et
nō docebit unusq̄sq̄ ꝓximū suū ⁊ unusq̄sq̄
frē suū: dicēs. ꝯgnosce dñm: qm̄ oēs sciēt
me a minore usq̄ ad maiorē: q̄a ꝑpiti⁹ ero
iniq̄tatibo eor̄. et pc̄or̄ eorū iam nō me
morabor. Dicēdo aūt nouū: veterauit pri⁹
Quod autē antiquatur et senescit: prope
interitum est. Capitulum .IX.

Habuit quidez et prius
iustificatōs culture: ⁊ sc̄m sc̄lare.
Tabnacl'm ei fc̄m ē p̄mū. ī q̄ erāt
cādelabra et mensa et ꝓpositō panuz qđ di
cit sācta: p⁹velamentū aūt. ꝑm tabernacu
luz qđ dicit sancta sanctor̄ aureuz habēs
thuribuluz ⁊ archam testamenti circūtec
tā ex oīni parte auro: in q̄ vrna aurea ha
bens māna. et virga aarō q̄ frondauerat. ⁊
tabule testamēti: superq̄ eā cherubin gl'e
obumbrācia ꝓpiatoriū: de quibo non est
modo dicēdum p singula. His vo ita com
positis. ī priori q̄dez tabnaculo semp introi
bāt sacerdotes sacrificior̄ officia ꝓsuman
tes in scđo autē semel in anno solus ponti
fex nō sine sanguine quem offerret p sua ⁊
populi ignorācia: hoc significante spiritu
sc̄o. nōdum ꝓpalatam esse sanctor̄ viam
adhuc p̄or̄e tabernaculo habente statum
Que pabola ē tp̄is instantis: iuxta quam
munera et hostie offerunt̄ q̄ nō possūt iu
xta ꝓscīam pfectum facere seruientem: so
lūmodo ī cibis ⁊ potib⁹ ⁊ in varijs baptis
matib⁹ ⁊ iustitijs carnis: usq̄ ad tp̄s cor̄re
ctōis impositis. Xp̄c autē assistens ponti
fex futuror̄ bonor̄ pamplius et pfectius
tabnaculū nō manufactū id ē non huius
creatōis: neq̄ p sanguinez hircor̄ aut vi
tulor̄ sz p ꝓprium sanguinem introiuit se
mel in sācta: eterna redemptōe inuēta. Si
ei sāguis hircor̄ ⁊ thaurorum et cinis vitu
le aspsus inq̄natos sāctificat ad emunda
tōez carnis: q̄ntomagis sanguis x̄pi q̄ per
spm̄ sc̄m semetip̄m obtulit immaculatuz
deo: emundauit cōsciam nr̄am ab operib⁹
mortuis ad seruiēduz deo viuenti. Et ideo
noui testamēti mediator ē: ut morte inter
cedēte in redemptōnem eor̄ p̄uaricatōnū.
q̄ erāt sub priori testamento: repromissio
nem accipiāt q̄ vocati sūt eterne hereditā
tis. Vbi ei testamētū: mors necesse ē inter
cedat testatoris. Testm̄ em̄ in mortuis cō
firmatū ē. Alioq̄n nōdū valet: dum viuit
q̄ testat⁹ ē. Vñ nec primum quidē sine san
guīe dedicatū ē. Lecto ei oī mādato legis
a Moyſe vniuerso ꝑp̄lo: accipiēs sanguīez
vitulor̄ et hircor̄ cuz aq̄ et lana coccinea
et ysopo: ipm̄ q̄z libr̄ ⁊ oēm populū aspsit
dicēs. Hic sanguis testamenti: qđ manda
uit ad vos de⁹. Etiā tabernaculuz ⁊ oīnia
vasa mīsterij sanguīe similit̄er aspersit. Et
oīa pene ī sāguīe ꝑm legē mūdant̄: et sine
sanguis effusione non fit remissio. Neces
se est ergo exemplaria quidez celestiuz his
mūdari: ipsa autem celestia melioribo ho
stijs q̄ istis. Nō enīz in manufacta sancta
ih̄s introijt exemplaria verorum sz ī ipsū
celum: ut appareat nunc vultui dei p̄o no
bis. Neq̄ ut sepe offerat semetipsum. quez
admodum p̄tifex intrat in sancta per sin
gulos ānos in sanguine alieno. Alioquin
oportebat eum frequēter pati ab origine
mundi. Nūc autem semel in consumatōne
seculorum. ad destitutionez peccati per ho
stiā suam apparuit. Et quēadmodum sta
tutum ē hoīb⁹ semel mori. post hoc aūt iu
diciū: sic et x̄p̄c semel oblat⁹ est ad multor̄
exhauriēda peccata: secūdo sine peccato

Testamētus

apparebit omnibus expectantibus se ī sa-
lutem per fidem. Capitulum .X.

Umbrā enim habēs lex
futuroꝝ bonoꝝ nō ipaꝫ imaginē
reꝝ: ꝑ singl'os ānos eisdeꝫ ipis ho
stijs q̄s offer̄t indesinent̄: nunq̄ pōt acce-
dētes ꝑfectos facē. Alioq̄n cessassent offer
ri: ideo q̄ nullā haberēt vltra ꝯsciam pec
cati cultores semel mdati. Sꝫ in ipis con
memoratō pc̄toꝝ ꝑ singl'os ānos fit. Im
possibile em̄ est sanguīe thauroꝝ et hir-
coꝝ auferri peccata. Ideo ingrediēs mdm
dicit. Hostiā et oblatōeꝫ noluisti: corpus
aūt aptasti mihi. Olocaustomata ⁊ ꝑ pec
cato nō tibi placuerūt. Tūc dixi. Ecce ve-
nio. In capite libri scriptū est d̄ me: vt fa
ciam de⁹ voluntatē tuaꝫ. Superi⁹ dicens
qꝛ hostias ⁊ oblatōes ⁊ olocaustomata et
ꝑ pc̄to noluisti. nec placita sūt tibi q̄ ꝟm
legē offerūt̄. tūc dixi ecce venio. vt faciaꝫ
de⁹ volūtatē tuā: auffert primū vt sequēs
statuat. In q̄ volūtate sanctificati sumus
ꝑ oblatōeꝫ corporis xp̄i ihu semel. Oīs q̄-
deꝫ sac̄dos p̄sto ē quottidie mīstrās: ⁊ eas
deꝫ sepe offerēs hostias q̄ ñ possūt auffer-
re pc̄ta. Hic at̄ vnā ꝑ peccatis offerēs ho
stiā in sempiternū sedet in dextera dei: d̄ce
tero expectās donec ponant̄ inimici eius
scabellū pedū e⁹. Una em̄ oblatōe ꝯsuma
uit in sempiternū sāctificatos. Cōtestatur
aūt nos ⁊ spūssanct⁹. Postq̄ em̄ dixit. hoc
at̄ testamentū qd̄ testabor ad illos p⁹ dies
illos dīc dn̄s dando leges meas in cordibo
eoꝝ ⁊ in mētibo eoꝝ suꝑscribaꝫ eas: ⁊ pec
catoꝝ ⁊ iniq̄tatū eoꝝ iam nō recordabor
ampli⁹. Ubi at̄ hoꝝ remissio: iā nō ē obla
tio ꝑ pc̄to. Habentes itaq̄ fr̄es fidutiam
ī introitu sc̄toꝝ in sāguīe xp̄i quaꝫ īicia-
uit nobis vitā nouā et viuētez. ꝑ velamen
id ē carnez suā: et sacerdotē magnū sr̄ do-
mū dei: accedam⁹ cū vero corde in pleni-
tudīe fidei aspsi corda a cōsciencia mala:
⁊ abluti corp⁹ aqua mūda: teneamus spei
nr̄e ꝯfessionē indeclinabilez. Fidelis enim
ē q̄ repromisit. Et ꝯsiderem⁹ inuicez in ꝑ-
uocatōez caritatis et bonoꝝ opeꝝ: nō de-
serētes collatōnē nr̄aꝫ (sicut ꝯsuetudinis
ē q̄busdā) sꝫ ꝯsolātes: ⁊ tātomagis quan-
to videritis appropīquātez diem. Volunta
rie em̄ peccantibus nobis post acceptam
noticiā veritatis iam nō relinquit̄ ꝑ pec-

Voluntarie peccatis

catis hostia: terribilis at̄ quedaꝫ expecta
tio iuditij ⁊ ignis emulatō: q̄ ꝯsūptura est
aduersarios. Irritā q̄s faciens legē Moy-
si sine vlla miseratōe duobo vel tribo testi-
bo morit̄: q̄ntomagis putatis deteriora me
reri supplicia q̄ filiū dei ꝯculcauerit. et san
guinē testamēti pollutū duxerit. in q̄ san
ctificat⁹ est. ⁊ spiritui gr̄e ꝯtumeliaꝫ fece-
rit: Scim⁹ em̄ qui dixit. Mihi vīdictam:
ego retribuaꝫ. Et iteꝝ. Qꝛ iudicabit dn̄s
ꝑpl'm suū. Horrēduꝫ est incidere in manus
dei viuētis. Rememoramini autē p̄stinos
dies in quibo illumīati magnum certamē
sustinuistis passionū: ⁊ ī altero quideꝫ ob-
probrijs ⁊ tribulatōibo spectaculuꝫ facti:
in altero at̄ socij taliter ꝯuersātiuꝫ effecti
Nā ⁊ vīctis ꝯpassi estis: ⁊ rapinā bonorū
vr̄oꝝ cū gaudio snscepistis: cognoscentes
vos habē meliorem et manentez substan-
ciam. Nolite itaq̄ amittere ꝯfidēciam ve
stram: que magnam habet remuneratōnē
Paciētia enim vobis necessaria est: vt vo
lūtatem dei facientes reportetis promissi-
onez. Adhuc enim modicū aliquantulū-
q̄ qui venturus est: veniet ⁊ nō tardabit.
iustus autez meus ex fide viuit. Qd̄ si sub
traxerit se non placebit anime mee. Nos
autem non sumus subtractōnis filij in ꝑ-
ditionem sed fidei in acquisitionez anime.

Capitulum .XI.

Est aūt fides sperādaꝝ
substātiaꝝ argumētū nō apparen
tiū. In hac em̄ testimoniū ꝯsecu-
ti st̄ senes. Fide intelligim⁹ aptata eē scl'a
v̄bo dei: vt ex inuisibilibo visibilia fierent.
Fide plurimā hostiā abel quā cayn obtu
lit deo: ꝑ quā testimoniuꝫ cōsecutus ē esse
iust⁹: testimoniuꝫ perhibente muneribus
ei⁹ d̄o: ⁊ ꝑ illā defūct⁹. adhuc loquit̄. Fide
Enoch trāslat⁹ ē ne videret mortez: ⁊ non
īueniebat̄: qꝛ trāstulit illū dn̄s. Añ t̄nsla
tōez testimoniū habuit placuisse deo. Si-
ne fide at̄ īpossibile ē placē deo. Credē eniꝫ
oportet accedētez ad deū qꝛ ē: et inq̄rētibo
se remūerator de⁹. Fide. Noe respōso acce
pto de his que adhuc nō videbantur. me-
tuēs aptauit archā in salutē dom⁹ sue: per
quā dānauit mdm: ⁊ iusticie q̄ ꝑ fidem est
heres ē institut⁹. Fide. q̄ vocat̄ Abraham
obediuit in locū exire quez acceptur⁹ erat
in hēditatē: ⁊ exijt nesciēs quo iret. Fide.

demorat⁹ ē in terra repromissionis tanq̄ ī
aliēa: ī casulis hītando cuz ÿsaac et iacob
coheredibꝫ repromissiōis eiusdē. Expecta
bat eī fūdamēta hñtem ciuitatē: cui⁹ arti-
fex ⁊ ꝯditor de⁹. Fide. ⁊ ipa sara steril' vir-
tutē ī ꝯceptōe seminis accepit. etiā preter
tp̄s etatis: qm̄ fidelē credidit esse eum qui
repromiserat. Propt̄ qd̄ ⁊ ab vno orti sūt
et hoc emortuo tanq̄ sidera celi in mltitu
dinē: ⁊ sicut arena q̄ est ad oram maris in
numerabilis. Juxta fidez defūcti sūt om̄s
isti non acceptis repromissiōibꝫ: sz alonge
eas aspiciētes ⁊ salutātes: ⁊ ꝯfitētes qr ꝑ-
egrini ⁊ hospites sūt sup terrā. Qui eī hoc
dicūt: significāt se patriā inq̄rere. Etsi q̄dē
ipi⁹ memīssent de q̄ exiert̄: habebant vtiq̄
tp̄s reuertendi. Nūc autez meliorē appetūt
id est celestē. Ideo nō ꝯfūdit̄ de⁹. vocari de
us eoꝝ. Parauit em̄ illis ciuitatem. Fide
obtulit abrahā ÿsaac cū tēptaret̄: ⁊ vnige
nitū offerebat ī quo susceperat repromis-
siōes ad quē dct̄m ē. qr ī ÿsaac vocabit̄ ti-
bi semē: arbitrās qr et a mortuis suscitare
potēs ē de⁹. Vñ eū ⁊ in parabolaz accepit
Fide. ⁊ de futuris bñdixit ÿsaac iacob ⁊ E-
sau. Fide. iacob moriēs singl'os filiorū Jo
seph bñdixit: et adorauit fastigiū v̄ge eius
Fide. ioseph moriēs de ꝓfectōe isrl' memo-
rat⁹ ē: ⁊ de ossibꝫ suis mādauit. Fide. moÿ
ses natus occultat⁹ ē mēsibꝫ tribus a parē
tibꝫ suis eo q̄ vidissent elegantē infantez
et nō timuert̄ regis edictuz. Fide. moÿses
grādis fact⁹ negauit se esse filiū filie Pha-
raōis: magis eligēs affligi cuz ꝓpl'o dei: q̄
tēporalis peccati habē iocūditatez: maio
res diuitias existimās thesauro egiptiorū
imperiū xp̄i. Aspiciebat em̄ ī remuneratō
nē. Fide. reliq̄t egiptū: nō verit⁹ aīmosita
tē regis. Inuisibilē eī tanq̄ vidēs sustinuit
Fide. celebrauit pascha et sanguīs effusio
nez: ne q̄ vastabat primitiua tangeret eos
Fide. trāsiert̄ mare ruhꝝ tanq̄ per aridaz
terrā: qd̄ experti egiptij deuorati sūt. Fide.
muri hiericho corruert̄ circuitu dierū se-
ptez. Fide. raab meretrix nō perijt cum in
credulis: excipiēs exploratores cuz pace.
Et q̄d adhuc dicā: Deficiet eī me tp̄s enar
rantē. de gedeon. barach. samson. iepte. da-
uid. samuhel. ⁊ alijs ꝓphetis: q̄ ꝑ fidez vice-
rūt regna. opati sūt iusticiaz: adepti sunt
repromissiōes. Obturauerūt ora leonum
extinxert̄ impetuz ignis. Effugarūt aciez
gladij: ꝯualuert̄ de infirmitate: fortes fct̄i
sūt ī bello. Castra verterūt exteroꝝ: acce-
pert̄ mulieres de resurrectōe mortuos su-
os. Alij at̄ distenti sūt nō suscipiētes redē-
ptōez: vt meliorez inuenirēt resurrectōnē
Alij v̄o ludibria et verbera experti insup
et vincula et carceres: lapidati sūt secti st̄
temptati sūt: in occisiōe gladij mortui sūt
Circuiert̄ ī melotis ī pellibꝫ caprinis: egē
tes. āgustiati. afflicti. q̄bꝫ dignus nō erat
mdus: in solicitudinibꝫ errātes. ī mōtibꝫ. ⁊
spelūcis ⁊ ī cauernis terre. Et hi om̄es te-
stimonio fidei ꝓbati nō accepert̄ repromis
siōz: deo ꝑ nob̄ meli⁹ aliq̄d ꝓuidēte: vt non
sine nob̄ ꝯsumarent̄ Capitulum. XII.

Ideoq̄z ⁊ nos tantā ha-
bētes impositā nubē testiū: d̄ponē
tes om̄e pōdus et circūstans nos
pct̄m ꝑ paciam curram⁹ ad ꝓpositū nobis
certamē. aspiciētes ī auctorē fidei. et cōsu-
matorez ih̄m: qui proposito sibi gaudio su
stinuit crucē. confusione cōtempta atq̄ in
dextera sedis dei sedet. Recogitate em̄ euz
qui talez sustinuit a peccatoribꝫ aduersuz
semetipsum cōtradictionem: vt ne fatige-
mini animis vestris deficiētes. Nondū eī
vsq̄ ad sāguinem restitistis aduersus pec
catum repugnātes: et obliti estis consola
tōis que vobis tanq̄ filijs loquitur: dicēs.
Fili mi noli negligere disciplinā domini:
neq̄ fatigeris dum ab eo argueris. Quez
em̄ diligit dominus castigat: flagellat aūt
om̄em filium quem recipit. In disciplina
ꝑseuerate. Tanq̄ filijs vobis offert se de⁹.
Quis em̄ filius quez nō corripit pater? Qꝛ
si extra disciplinaz estis. cui⁹ ꝑticeps facti
sunt om̄es: ergo adulteri ⁊ non filij estis.
Deinde p̄res quidē carnis nr̄e eruditores
habuim⁹: et reuerebamur eos. Nū multo
magis obtemperabim⁹ p̄ri spirituū et vi-
uem⁹? Et illi q̄dē ī tp̄e paucoꝝ dieruz s̄m
volūtatez suā erudiebāt nos: hic at̄ ad id
qd̄ vtile ē in recipiēdo sanctificatōnē eius
Omnis at̄ disciplina in p̄nti quidē videtur
nō esse gaudij: sz meroris: postea at̄ fructū
pacacissimū exercitatis per eam reddet iu
sticie. Propter quod r̄missas manus et so-
luta genua erigite: ⁊ gressus rectos facite
pedibꝫ v̄ris. vt non claudicans quis erret
magis autē sanet̄. Pacem sequimini cuz

omnib⁹ et ſanctimoniã: ſine qua nemo vi
debit deũ. Contẽplãtes ne q̃s deſit gr̃a dei:
ne q̃ radix amaritudis ſurſum germinãs
impidiat: ⁊ per illam inquinent mlti. Ne
quis fornicato: aut prophan⁹ vt eſau: qui
ꝓpter vnã eſcã vendidit ꝑmitiua ſua. Sci
tote ei: qm̃ ⁊ poſtea cupiẽs hẽditare bene
dictiõem reprobatus ẽ. Non enim inuenit
penitẽtie locũ: quanq̃ cũ lacrimis inqui
ſiſſet eaz. Non em̃ acceſſiſtis ad tractabilez
et acceſſibilẽ ignẽ et turbinẽ. ⁊ caliginẽ et
pcellã et tube ſonũ ⁊ vocẽ verboꝝ: quã q̃
audierũt excuſaueṙt ſe ne eis fieret ũbuz
Nõ em̃ portabãt qđ dicebaṫ: etſi beſtia te
tigerit mõtem lapidabiṫ. Et ita terribile
erat qđ videbaṫ. Moyſes dixit. Exterrit⁹
ſũ et tremebũd⁹. Soz acceſſiſtis ad ſyõ mõ
tem et ciuitatẽ dei viuẽtis irl'm celeſtem ⁊
multoꝝ miliũ angl'oꝝ freq̃ntiã. et eccl'iaz
ꝑmitiuoꝝ qui ꝓſcripti ſũt in celis: ⁊ iudicẽ
oim̃ deũ ⁊ ſpũs iuſtoꝝ pfectoꝝ: et teſtamẽ
ti noui mebitatorẽ ih̃m: et ſãguinis aſpſi
onẽ. meli⁹ loquentez q̃ Abel. Videte ne re
cuſetis loquẽtez. Si em̃ illi nõ effugerunt
recuſãtes eũ q̃ ſup terrã loquebaṫ. multo
magis nos q̃ de celis loq̃ntẽ nob auertim⁹
cui⁹ vox mouit terrã tũc: nũc aũ repromit
tit: d cẽs. adhuc ſemel: ⁊ ego mouebo nõ
ſolũ terrã ſz ⁊ celũ. Qđ aũ adhuc ſemel di
cit: declarat mobiliuz trãſlatõez tanq̃ fa
ctoꝝ: vt maneãt ea que ſũt imobilia. Itaq̃
regnũ imobile ſuſcipiẽtes habem⁹ gratiaz
ꝑ quam ſeruiamus placentes deo cuz metu
et reuerencia. Etenim deus noſter ignis
conſumens eſt. ¶ Capitulum .XIII.

Caritas fraternitas ma
neat i vob: ⁊ hoſpitalitatez nolite
obliuiſci. Per hãc ei placueũt qui
daz ãgl'is hoſpitõ rceptis. Memẽtote vinc
rum tanq̃ ſil' vincti: et laborantiũ tanq̃ et
ipi i corpe morãtes. Honorabile ꝓnubiũ i
omnib⁹: et thorus imaculat⁹. Fornicatores
em̃ ⁊ adulteros iudicabit de⁹. Sit mores
ſine auaricia: ptẽti pntib⁹. Ipſe em̃ dixit.
Nõ te deſerã neq̃ derelinquã: ita vt ꝓfidenṫ
dicam⁹. Dñs mihi adiutor eſt: nõ timebo
qđ faciat mihi hõ. Mementote ꝓpoſitorũ
vr̃oꝝ q̃ vobis locuti ſũt verbũ dei: quoꝝ in
tuẽtes exitũ conuerſatõnis imitamini fidem
ih̃s xp̃c heri ⁊ hodie: ipſe et i ſcl'a. Doctri
nis variis ⁊ pegrinis nolite abduci. Opti
mum eſt em̃ grã ſtabilire cor: nõ eſcis q̃ nõ
ꝓfuerũt ambulantib⁹ i eis. Habem⁹ altare
de q̃ edere ñ habẽt potẽſtatẽ qui taberna
culo deſeruiũt. Quoꝝ em̃ aĩalium inferũt ſan
guis ꝑ peccato in ſancta ꝑ põtificẽ: horuz
corpa cremanṫ extra caſtra. Propter quod
et ih̃s vt ſãctificaret ꝑ ſuuz ſanguinẽ pp'lm
extra portã paſſus ẽ. Exeam⁹ igr̃ ad eũ ex
tra caſtra: improperiũ ei⁹ portantes. Non
em̃ hẽm⁹ hic manentẽ ciuitatẽ: ſz futuraz
inq̃rim⁹. Per ipm̃ q̃ offeram⁹ hoſtiaz lau
dis ſp deo: id ẽ fructũ labioꝝ cõfitẽtiũ noi
ei⁹. Beneficiẽtie aũt et cmunionis nolite
obliuiſci. Talib⁹ ei hoſtijs pmeretur deus.
Obedite ꝓpoſitis veſtris: et ſubiacete eis.
Ipi em̃ puigilãt q̃ſi ratõnem ꝑ aĩab⁹ vr̃is
reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant: et nõ
gemẽtes. Hoc ei non expedit vobis. Orate
ꝑ nobis. Cõfidim⁹ em̃ qr bonã cſcientiam
habem⁹: in oĩbus bñ volentes cõuerſari.
Ampli⁹ aũ deprecor vos hoc facere: q̃ cele
ri⁹ reſtituar vobis. Deus autez pacis qui
eduxit de mortuis paſtorez magnũ ouiuz
in ſanguĩe teſtamenti eterni dominuz no
ſtruz ih̃m xp̃m. aptet vos in oĩ bono vt fa
ciatis eius volũtatez: faciens in vobis qđ
placeat corã ſe ꝑ ih̃m xp̃m: cui ẽ gl'a in ſe
cula ſcl'oꝝ amen. Rogo aũ vos fratres: vt
ſufferatis verbuz ſolatij. Etenim ꝑpaucis
ſcripſi vobis. Cognoſcite fratrez vr̃m Ti
motheũ dimiſſũ: cũ q̃ ſi celeri⁹ venerit vi
debo vos. Salutate omñs ꝓpoſitos vr̃os et
oẽs ſãctos. Salutãt vos de ytalia fratres
Gr̃a cum omnib⁹ vobis amen. Finit epi
ſtola ad Hebreos.

¶ Incipit pfatõ beati Hieronimi p̃sbiteri
in librum Actuum apoſtolorum.

Canit pſalmiſta. ãbu
labũt de ũtutib⁹ i ũtutes. Poſt
apl'i Pauli epiſt'las dubũ vno
vobis volumĩe tranſlatas ꝓ
nion et rogaciane cariſſimi. Actus apo
ſtolorum cõpellitis vt tranſferam in lati
num: quẽ librũ (nulli dubiuz eſt) a Luca
ãthiocheno arte medico. qui poſtea inſer
uiẽs paulo apl'o xp̃i fact⁹ ẽ diſcipul⁹ fuiſſe
editum. Ceruices premit impoſita ſepius
oneris magnitudo: quia ſtudia iuuenuꝝ re
p̃henſione digna putãt ea que ſcribimus
Illorum nũq̃ odio et detractione. iuuãte
xp̃o meuz ſilebit eloquium. Lucas igitur

anthiocēsis. natōne syrus. cui⁹ laus i euā-
gelio canit. apō anthiochiā medicine ar-
tis egregi⁹. et apostoloꝝ xpi discipul⁹ fuit
postea vsq; ad pfessiōez ꝓ Paulum secutus
apostoluz. sine crimine in virginitate per
manēs. deo maluit seruire. Qui octoginta
et quattuor annos etatis agens in bichi-
ma obiit plenus spiritusācto: quo instigā-
te in achaie partibus euāgelium scribēs
grecis fidelibo incarnatōnem domini fideli
narratōe ostendit: eundemq; ex stirpe da-
uid descēdisse monstrauit. Cui non imme
rito scribēdorum actuum apostoloruz po
testas in ministerio datur: vt deo in deum
pleno. et filio pditōnis extincto. oratione
ab apostolis facta. sorte dominice electōis
numer⁹ compleretur: sicq; paulum consu-
mationem apostolicis actibo daret. q̄diu
cōtra stimulum calcitrantem domin⁹ ele-
gisset. Quod legētibus et requirentibo de-
um breui volui ostēdere sermōe: q̄ plirius
aliquid fastidiētibo pdidisse: sciens q̄ ope-
rātem agricolam oportet de suis fructibo
edere. Quē ita diuina subsecuta est grā: vt
nōsolum corporibo sed etiam animabo. ei⁹
proficeret medicina. Finit prefatio.

Incipit liber Actuū aplōz. Capi. I.

PRimum quidē sez
mōz feci de omni
bus o theophile que cepit
ihs facere ⁊ docere: vsq; in
diē qua precipiēs aposto-
lis per spiritumsanctuz quos elegit assum
ptus est. Quibus et prebuit seipsum viuū
post passionez suam in multis argumētis
per dies quadragita apparens eis: ⁊ loqns
d̄ regno dei. Et conuescens precepit eis ab
hierosolimis ne discederēt. sz expectarent
promissionez patris quaz audistis inquit
per os meum: quia Johannes quidem ba-
ptizauit aqua: vos autez baptizabimi spi
ritusācto non post multos hos dies. Igit̄
qui ꝓuenerāt: interrogabāt eum dicētes.
Domie: si in tempore hoc restitues regnū
israel: Dixit autem eis. Non est vestr̄ nos-
se tempora vel momēta que pater posuit i
sua potestate: sz accipietis virtutem sup-
ueniētis spiritussancti in vos: ⁊ eritis mi-
hi testes in Hierusalem et in oīi iudea et

samaria. et vsq; ad vltimuz terre. Et cum
hoc dixisset: videntibus illis eleuatus est: ⁊
nubes suscepit euz ab oculis eoruz. Cumq;
intuerētur in celum euntem illū: ecce duo
viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis
qui ⁊ dixerūt. Viri galilei quid statis aspi
ciētes in celuz: Hic ihs qui assumptus est
a vobis i celum: sic veniet quēadmodū vi
distis eum euntem in celum. Tunc reuersi
sunt hierosolimaz a monte qui vocat̄ oli-
ueti qui est iuxta hierusalē: sabbati habēs
iter. Et cum introissent. in cenaculuz. ascē
derunt vbi manebat petrus et iohannes et
Jacobo et andreas. philipp⁹ ⁊ thomas bar
tholomeus et matheus iacobo alphei ⁊ sy-
mō zelotes ⁊ iudas iacobi. Hi omnes erāt
perseuerātes vnanimiter in oratione cum
mulieribo et Marie matre ihu: ⁊ fratribus
eius. In diebus illis exurgēs petrus i me
dio fratrū dixit. Erat autem turba hoīm
simul fere centūuigīti. Viri fratres: opor
tet implere scripturaz quam predixit spi-
ritussāctus per os Dauid de iuda qui fuit
dux eoz qui ꝓprehēderunt ihm qui cōnu
meratus erat in nobis: ⁊ sortitus est sortez
mīsterij hui⁹. Et hic quidez possedit agrū
de mercede iniquitatis: ⁊ suspēsus crepuit
medi⁹: ⁊ diffusa sunt omnia viscera ei⁹. et
notum factum est omnibus habitantibus
hierusalez: ita vt appellaretur ager ille lī-
gua eoruz acheldemach. hoc est ager san-
guinis. Scriptum est ei in libro psalmoz
Fiat ꝓmoratō eoruz deserta: et non sit q̄
habitet i ea. Et episcopatum eius accipi-
at alter. Oportet ergo ex his viris qui no
biscuz sūt congregati in omni tempore q̄
intrauit ⁊ exiuit inter nos dominus ihs in
cipiens a baptismate iohannis. vsq; i diē
qua assumptus est a nobis: testez resurrec-
tōis eius nobiscum fieri vnum ex istis. et
statuerūt duos: ioseph qui vocatur barsa
bas. qui cognominatus est iustus: et Ma-
thiaz. Et orantes dixerunt. Tu domine q̄
corda nosti omniuz: ostende quez eligeris
ex his duobo vnum accipere locum mini-
sterij huius et apl̄atus: de quo preuaricā-
tus est iudas vt abiret in locum suum. Et
dederunt sortes. Et cecidit sors super Ma-
thiam: et anumeratus est cum vndecim a-
postolis. Capitulum .II.

